







Manuale Clericorum.



Manuale Clericorum

in quo habentur

Instructiones asceticæ liturgicæque

ac

variarum precum formulæ

ad usum eorum

qui in Seminariis clericorum

ad presbyteratus ordinem instituuntur.

Collegit, disposuit et edidit

P. Josephus Schneider S. J.





Superioribus approbantibus.

Pars I. Ascetica.

Ratisbonæ, Neo-Eboraci & Cincinnatii.
Sumptibus, Chartis et Typis Friderici Pustet,
S. Sedis Apostolicæ Typographi.
MDCCCLXVIII.

Imprimatur.

Ratisbonæ d. 30. Apr. 1868.

† Ignatius, Episc.

Præfatio.

Quamvis suum quodque pæne Seminarium
›at libellum, qui ad exercitia pietatis tam
.ica quam privata adhibeatur; tamen,
ntum scio, non exstat liber, in quo,
ter illa devotionis exercitia etiam præci-
vitæ spiritualis capita, legesque liturgicæ
tineantur, quibus functiones sacræ ab alu-
s obiri solitæ regantur. Quare hoc Ma-
.le Clericorum conscripsi, in cujus quidem
na parte, eaque ascetica, ea vitæ spiri-
.lis documenta, quæ huic potissimum statui
ıveniunt, ex operibus præclarissimorum di-
æ hujus artis magistrorum non levi equi-
ı manu, ut ajunt, transscripta, sed alia
ssius concinnata, alia fusius explicata et
ırmam instituto meo aptiorem redacta suo
que loco conatus sum rite disponere. Ea,
citavi sacræ Scripturæ, Conciliorum, san-
umque Patrum dicta, ex editionibus, quas
›re potui, optimis, diligenterque inspectis,
ue vero ex obviis quibusque libris asce-
, quos *notum est, hac in re* sæpissime

errare, haurienda censui. Exercitia pietatis maxima ex parte excerpta et collecta sunt ex optimis, quos noveram libris, præsertim B. P. Canisii, P. Nacateni, Merlo-Horstii, Amort; precationes autem, quibus indulgentiæ annexæ sunt, ex collectione Prinzivalliana mihi sumpsi. In secunda parte, quæ est liturgica, in omnibus omnino et quidem fere ad verbum secutus sum leges in Missali Romano, in Cæremoniali Episcoporum et Pontificali Romano descriptas, et probatissimorum auctorum doctrinam.

Id, quod tantopere exoptat ecclesia, ut clerici ad tantum munus evehendi omnibus adjumentis ad illud rite obeundum conducentibus, quam abundantissime sint instructi, quo et continua virtutum exercitatione interiorem vitæ sanctitatem sibi comparare, et ex augustissimis, quibus summa religionis nostræ mysteria peraguntur, cæremoniis majora in dies solidæ virtutis sensa et in se et in aliis excitare atque fovere assuescant, id unum, inquam, mihi proposui.

Operæ susceptæ utinam D. O. M. copiosissima benedictione dignetur aspirare!

Ratisbonæ die S. Josepho sacro 1868.

Pars I. Ascetica.

I. Instructiones.

1. De excellenti dignitate et fine status clericalis.

Magnæ semper curæ fuit Deo Domino nostro, dignitatem et statum sacerdotalem honorare, tribuens sacerdotibus magnam eminentiam et singulares eis exhibens favores in triplici lege, in naturali scilicet, in scripta, et in Evangelica, augens eos in secunda plus quam in prima, et in tertia sine comparatione plus, quam in utraque præcedente. Sacerdotis enim novæ legis primum officium est, ut, qua vices gerens Jesu Christi sacrosanctum novæ legis sacrificium, hostiam immaculatam, quæ, quia verum Corpus et Sanguis Filii Dei est, infinitum valorem habet, in remissionem peccatorum Deo offerat; „ut offerat dona et sacrificia pro peccatis." Sanctum hoc sacrificium offerens, vices Jesu Christi adimplet, qui se incruento modo pro sancta sua ecclesia offert, ut eam suo Sanguine lavet ab omnibus inquinamentis, contra insultus inferni eam muniat, ac divinum Patrem exoret, ut suas miserationes sanctamque benedictionem et pacem benigne ei largiatur. Ad altare Dei sacrificans, velut omnipotentia Dei indutus sacerdos apparet; verba sacræ consecrationis, mysterio plena, eloquitur, et ad vocem oris ejus panis et vinum in Carnem et Sanguinem Jesu Christi Filii Dei transsubstantiantur; eo ipso instanti

sacerdos pretium redemptionis humanæ tenet in manibus, quo se sanctificat; sed et aliis fidelibus escam vitæ æternæ distribuit. An major dignitas potest excogitari?

Aliud munus insigne sacerdoti traditum est, ut in nomine et virtute Jesu Christi judex sit conscientiarum. Jesus Christus jura sua super peccatores ei concredidit. Ad sacerdotes, quemadmodum ad Apostolos locutus est: „accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis retenta sunt.“ Sacerdotes cum Apostolo in veritate fateri possunt: „Dei enim sumus adjutores“ — „pro Christo legatione fungimur;“ Deus nostris manibus thesauros gratiarum suarum commisit, nosque dispensatores earum constituit. In manus nostras claves cœli deposuit, ut ingressum ad cœlum dignis aperiamus, indignis claudamus. In gravi hoc negotio, unde æterna salus hominis dependet, monarcha sicut et subditus judicio sacerdotis subjectus est.

Sacerdos per Jesum Christum in nomine et virtute illius qua instrumentum gratiarum Dei et omnium benedictionum cœlestium constitutus est in administratione Ss. Sacramentorum. Officium sacerdotis est, ut per sacrum Baptisma filios Dei multiplicet; — ut peccatores erigat, ac Deo reconciliet in Sacramento Pœnitentiæ; — ut mundos Carne vivificante et Sanguine Jesu Christi Filii Dei nutriat; — ut christianorum conjugia ad Christi gregem propagandum legitime consecret; — ut moribundos per Sacramentum extremæ Unctionis roboret, et ad felicem obitum præparet. In sacro sacerdotis ministerio Deus depositum omnium gratiarum pro hominibus, ad capiendam hæreditatem salutis collocavit. Sacerdotes sunt ministri Christi et dispensatores mysteriorum Dei *(I. Cor. 4. 1.)*; si ergo minister regis, aut thesauri regii administrator propter eminentiam principis sui eo magis in honore

etur, quo major illi a domino suo potestas con-
sa est, quanto honore dignus habendus est minister
isti et mysteriorum Dei dispensator!
Sancti Patres hæc considerantes, amplitudinem
muneris sacerdotalis sequentibus encomiis expo-
tes, licet eloquentiæ explicent vela, fatentur ta-
ı, dicendo se non posse æquare, quod cogitando
possint assequi; quæ si attentius considerare vo-
it clericus, certo obstupescet de immensa Dei bo-
te, et agnoscens suam vilitatem attonitus excla-
e cogetur „quid est homo, quia magnificas eum!
quid apponis erga eum cor tuum“? *(Job 7. 17.)*
„Qui sacerdotem dicit, augustiorem prorsusque
num insinuat virum totiusque sanctæ scientiæ pe-
issimum.“ *(S. Dionys. Areop. de cœl. hierarch.)* „O
aculum stupendum; o potestas ineffabilis; o tre-
dum sacerdotii mysterium spiritale ac sanctum,
erandum et irreprehensibile, quod Christus in
c mundum veniens etiam indignis impertitus est
quid dicam, quid eloquar, aut quid laudibus effe-
i? Excedit quippe intellectum et orationem, om-
nque cogitationem donum altitudinis dignitatis sa-
dotalis, et sicut arbitror, hoc est, quod Paulus
si in stuporem mentis actus, innuit exclamans:
ltitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei ....
iam magnam in se continet profunditatem formi-
ile et admirabile sacerdotium! Felicem illum, qui
ac ipsa dignitate administrat pure et irreprehen-
liter .... Discamus igitur, fratres, quoniam magna
et multa, immensa ac infinita ipsius sacerdotii
nitas. Gloria unigenito, gloria et soli bono illud
. præbenti discipulis per sanctum suum novum
amentum, ut et ipsi nobis per impositionem ma-
m suarum super dignos, exemplum demonstrent.
cti ergo honoremus, cuncti hac venerandi sacer-

dotii sublimitate condecoratos prædicemus beatos."
(S. Ephraem de sacerdotio.)

„Sacerdotium enim in terra peragitur, sed cœlestium ordinum classem obtinet; et jure quidem merito. Non enim homo, non Angelus, non Archangelus, non alia quæpiam creata potestas, sed ipse Paraclitus hoc officium ordinavit, qui manentibus in carne auctor fuit, ut Angelorum ministerium animo conciperent. Idcirco sacerdotium obeuntem, ita purum esse decet, ac si in cœlis inter potestates illas collocatus esset... Cum enim videris Dominum immolatum et jacentem et sacerdotem sacrificio incumbentem, ac precantem, omnesque pretioso illo sanguine rubentes, an putas te adhuc cum hominibus et in terra esse? Annon potius in cœlos translatus omnique carnali cogitatione eliminata, nudo animo menteque pura, quæ in cœlis sunt circumspicis! O miraculum! o Dei benignitatem!... Si quis enim secum reputet, quantum illud sit, nempe hominem carne et sanguine involutum prope beatam illam et immortalem naturam constitui, tunc probe intelliget, quanto honore Spiritus gratia sacerdotes ornaverit. Nam per eos hæc peraguntur aliaque his nihilo inferiora, quæ ad dignitatis salutisque nostræ rationem spectant. Etenim, qui terram incolunt, in eaque commorantur, ad ea quæ in cœlis sunt, dispensanda commissi sunt, potestatemque acceperunt, quam neque Angelis dedit Deus. Neque enim illis dictum est, *„quæcumque ligaveritis in terra, erunt ligata et in cœlo, et quæcumque solveritis in terra, erunt soluta et in cœlo."* Habent quidem ii, qui in terra imperant, potestatem ligandi, verum corpora solum; hoc autem vinculum ipsam attingit animam cœlosque transscendit; ac quæcumque inferne sacerdotes faciunt, eadem Deus superne confirmat, servorumque sententiam ipse Dominus ratam facit. *(S. Chrysost. de sacerdotio lib. 3.)*

„Quando aliquid boni cœlitus requiritur, rex ad

[illegible] confugere solitus est. Habet enim hic justitiae [illegible] habet [illegible] [illegible] honestiora [illegible] ; habet [illegible] [illegible] coronam capitis [illegible] [illegible] [illegible] (S. Chrysost. [illegible]) [illegible] [illegible] „Sacerdotium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gloriam [illegible] [illegible] sacer- [illegible] [illegible] Quam- quam enim nobis admirabilis videatur thronus regius ob gemmas affixas et aurum, quo obvinctus est, tamen rerum terrenarum administrationem sortitus est, nec ultra potestatem hanc praeterea quidquam habet auctoritatis. Verum sacerdotis thronus in coelis collocatus est, et de coelestibus negotiis pronuntiandi habet auctoritatem. Quis haec dicit? Ipse coelorum rex: *Quaecumque ligaveritis etc.* Quid cum hoc honore conferri potest? A terra judicandi principalem auctoritatem sumit coelum; nam judex sedet in terra; dominus sequitur servum, et quidquid hic in inferioribus judicarit, hoc ille in supernis comprobat. Itaque medius stat sacerdos inter Deum et naturam humanam, illinc venientia beneficia ad nos deferens et nostras petitiones illuc perferens, dominum iratum reconcilians utrique naturae, nos qui offendimus eripiens ex illius manibus." (*S. Chrysost. hom. 5. in cap. 6. Isaiae.*)

„Cum Angelis stabit (sacerdos), cum Archangelis glorificabit; *in supernum altare sacrificia* transmittet,

cum Christo sacerdotio fungetur, figmentum instaurabit . . . superno mundo opificem aget." (S. Greg. Nazianz. or. 1. apolog.) „Vis verbi sacerdotem augustum et honorandum facit, novitate benedictionis a communitate vulgi segregatum. Quum enim heri et tempore superiori unus e multitudine ac plebe esset, repente redditur praeceptor, praeses, doctor pietatis, mysteriorum latentium praesul, eaque contingunt ei, cum nihil vel corpore, vel forma mutatus, sed quod ad speciem externam attinet, ille sic qui erat, invisibili quadam vi ac gratia invisibilem animam in melius transformatam gerens." (S. Greg. Nyssen. or. de sancto Baptismate.) „Qui apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt, . . . qui claves regni coelorum habentes quodammodo ante diem judicii judicant." (S. Hieron. epist. ad Heliod.) „Est hujus officii (sacerdotii) dignitas plus quam aestimari possit, magna et inaestimabiliter Deo et hominibus cara, si sacerdos ita vivit, sicut ille vivere debet, qui hujus officii curam gerit." (S. Anselm. or. 28. ad Christ.) „Magna prorsus et admiranda sacerdotum est dignitas. Maxima illis est collata potestas, sua namque prolatione eloquiorum coelestium, et ad eorum pene libitum, corpus Christi de panis transsubstantiatur materia, descendit de coelo in carne Verbum, et altaris verissime reperitur in mensa; hoc illis praerogatur ex gratia, quod nusquam datum est Angelis. Assistunt Deo, illum contrectant manibus, tribuunt populis, in se ipso suscipiunt. Verum Angelorum, sive adstantium, sive ministrantium quoniam vice funguntur, potius Angelicam, quam humanam debent conversationem habere . . . Accedat igitur sacerdos ad altaris tribunal ut Christus, assistat ut Angelus, ministret ut Sanctus, populorum offerat vota ut pontifex, interpellet pro pace, ut mediator, pro se autem exoret, ut homo. Eximia sunt haec et admiratione

dignissima, quae solum hominibus congruunt ambulantibus in spiritu sanctificationis, condecet praeelectis a Domino. Nullam prorsus majorem valetis acquirere dignitatem, quam Corporis et Sanguinis Domini tractare Sacramenta. Honorabunt vos populi vestros observabunt mores, imitabuntur vitam temporaliaque stipendia erogabunt tanquam patribus suis, animarum rectoribus, intercessoribus mundi et Altissimi sacerdotibus. Venerabuntur (inquam) vos Angeli velut Christi ministros, ecclesiarum duces, Sanctorum cohaeredes, coelestisque regis praecones." (*S. Laurent. Justin. serm. de Christi Corpore.*)

Sed ad quid tot et tanti praeclari status sacerdotalis encomia? numquid forte ad pompam, aut forte ut sacerdotii candidati inde aliquam vanitatis auram capiant, sibique de status praecellentia et dignitate blandiantur? et non potius ut unusquisque (verba sunt S. Hieronymi) „interpretetur nomen suum, et nominis probata significatione nitatur esse quod dicitur," et omnes sese in tantam celsitudinem elevandos non sine formidine intuentes, de cavendo praecipitio sollicite cogitent, quid Sancti de sacerdotali dignitate senserint, saepe animo revolvant, sibique ac suis viribus diffidentes, divinaeque solummodo gratiae innixi ad tantum onus suscipiendum vitae sanctimonia sese disponant, et cum timore et tremore suam et aliorum salutem operari satagant, memores illius effati, „judicium durissimum his, qui praesunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur" (*Sap. VI. 6. 7.*) et „cui multum datum est, multum quaeretur ab eo; et cui commendaverunt multum, plus petent ab eo." (*Luc. 12. 48.*) Certe vereri debemus, ne, „qui plus ceteris in hoc mundo accepisse cernimur, gravius inde ab auctore mundi judicemur; cum enim crescunt dona, rationes etiam crescunt donorum." „*Videmus* viros, cum ad

novum dignitatis gradum subvecti fuerint, novos induere mores, dignitati et officio pares, ne contemptui pateant. Tantum apud illos valet cura nominis; quid apud te, qui clericus non valebit cura nominis, imo salutis? Neque vero ista dicta sint eo fine, ut hi, qui se Deo dicare et sacris altaribus ejusdem se mancipare exoptant, a proposito deterreantur, sed ut propositum suum attente perpendentes perspiciant et clare intelligant, num vota et desideria sua divinæ voluntati concordent, num vero a Christo Domino selecti sint et vocati, utque, si ita esse deprehenderint, debitas ad divinum illud munus capessendum dispositiones afferre curent beneque perpendant sequens S. Chrysostomi effatum:

„Quo igitur non oportet esse puriorem tali fruentem sacrificio? quo solari radio non splendidiorem manum, carnem hanc dividentem, os, quod igne spiritali repletur, linguam, quæ tremendo nimis sanguine rubescit? Cogita quali sis insignitus honore, quali mensa fruaris, quod Angeli videntes horrescunt, neque libere audent intueri propter emicantem inde splendorem; hoc nos pascimur, huic unimur, et facti sumus unum Christi corpus, et una caro .... Audiamus ergo et sacerdotes et subditi, quali esca facti sumus digni, audiamus et horreamus, sanctis carnibus suis nos dedit impleri, semetipsum apposuit immolatum; quænam igitur erit nobis excusatio, cum talibus pasti, talia peccemus, cum lupi fiamus agnum comedentes?“ *(S. Chrysostom. hom. 60. ad popul. Antioch.)*

2. De necessitate et signis vocationis ad statum clericalem.

Cum adeo excelsa sint sacerdotis dignitas et finis, adeoque magnus virtutum cumulus ad ministeria ejusdem exercenda sit necessarius, satis liquet, neminem debere audere hunc statum suscipere solo suo arbi-

tum; sed, opus [illegible] vocationis et electionis Dei; ad quem pertinet, eligere et vocare ministros, quorum [illegible].

Qui igitur ad statum clericalem anhelant, ante omnia perpendere debent, anne ad illum statum a Deo sint vocati; vix enim fieri potest, ut dignus evadat sacerdos, qui ad sacerdotium divinitus non est vocatus.

Nomine autem vocationis ad statum clericalem intelligitur dispositio divinæ providentiæ, qua Deus pro suo beneplacito quosdam homines eligit et segregat ad [illegible] sui, ipsisque qualitates et gratias ad id necessarias elargitur, ut fiant digni ministri [illegible].

Hinc iterum atque iterum æquo animo, mature et coram Deo afferre oportet notas et argumenta ab auctoribus tradita, quibus quis dignoscere queat, utrum ad statum sacerdotalem a Deo vocatus sit, necne.

Atque imprimis supponenda est tanquam certissima doctrina sancti Bernardi asserentis „universos in ordinibus ecclesiasticis honorem quærentes proprium, aut divitias, seu corporis voluptates, postremo quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi, manifeste prorsus et indubitanter non eam caritatem, quæ a Deo est, sed alienam a Deo, et quæ omnium malorum radix est, cupiditatem introducere". Proinde qui de ordinibus ecclesiasticis cogitant, sedulo perspiciant, num tales sint, quales hi, de quibus sanctus ille Pater conqueritur; sciantque se primos hac in parte sui ipsius judices constitutos esse, inquisitionemque in seipsos a semetipsis esse faciendam, an v. g. otii consectandi laborisve fugiendi causa? an spe quæstus, vel beneficii alicujus captandi occasione? an honoris vel gloriæ intuitu? an denique humano aliquo respectu sacerdotium appetant? Facile est enim super his ordinatores ipsos et *examinatores falsa* relatione aut

specie virtutis deciperet: at vero, ipse qui ordinatus est, dicere non potest, se sibi ut aliis fuisse incognitum; sicut ergo is graviori supplicio puniendus est, quam illi, a quibus ascitus productusque est, ita debet ipse accuratius quam illi, suimetipsius periculum facere.

Posito igitur quod quis nullam in se pravam ejusmodi deprehendat dispositionem, inter alia divinæ vocationis argumenta, non ultimum locum obtinet inclinatio illa et propensio ad cultum et obsequium Deo, in statu clericali seu sacerdotali deferendum, quam quis in seipso a tenerioribus annis ad maturiorem usque ætatem constanter expertus est; proprium enim est divinæ sapientiæ, sicut attingere a fine ad finem fortiter, sic et disponere omnia suaviter (*Sap. 8.*) ac proinde voluntatem hominis ad excelsum illum statum præparare, ac veluti per quosdam gradus paulatim elevare.

Videndum præterea, an suppetant qualitates virtutesque saltem inchoatæ, quæ necessariæ sunt ad ordines tum digne suscipiendos, tum debite exercendos, v. g. doctrina sufficiens, vita irreprehensibilis, continentiæ donum, et alia similia, de quibus postea; an etiam nulla subsit irregularitas, nulla censuræ nodatio, aut aliud quodvis canonicum impedimentum. „Quis enim volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum? ne posteaquam posuerit fundamentum, et non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, et non potuit consummare“. (*Luc. 14.*)

Hoc autem examen instituant deposito omni inordinato affectu et posthabita quacumque consideratione humana, in id unice intenti, ut cognoscant, quæ sit voluntas Dei beneplacens, pro fine sibi proponentes Dei gloriam, propriam et proximi salutem, idque

ntes, quod statuisset recipere in mortis articulo, stabit hora, qua Deo rationem sint reddituri [illegible] nimo itaque sibi proponant hujus status, et quæ omnia capacitatem, onera, obligationes, difficultates, scrupulos, quas habere debeat vir ecclesiasticus, vitare; uno verbo, qualis esse debeat vir ecclesiasticus. Deinde attendant an talem capacitatem, profectum in studiis, diligentiam, bonas et malas passiones, defectus, vitia, animi dispositionem; vitæ suæ tenorem animo revolvant; qualem se in factis, moribus et vicissitudinibus exposuerint, considerent; neque se ecclesiæ esse existiment, omnibus attentis, se ad vitam vere ecclesiasticam ducendam, et omnia hujus status munera implenda dispositos, neque se capaces et idoneos [illegible] neque talem vitam ducturos, et hæc omnia [illegible] prudenter considerent.

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in sancto ejus? (inquit Propheta regius, et subdit) „Innocens manibus, et mundo corde“: alio Scripturæ loco „Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos“. Ex quibus aliisque similibus Scripturæ locis constat, puritatem quandam conscientiæ munditiem animæque sanctitatem in eo requiri, qui Sacramentum Ordinis suscepturus est, aut in eo jam suscepto ministraturus: idem vas fictilis [illegible], qui se ministros gratiæ pro[illegible] (*S. Bernard. Serm. de convers. ad cler. c. 27*).

Itaque inprimis consentiunt omnes, illum, qui divinæ gratiæ auxilio innocentiam in Baptismo acceptam servasset, si reliqua necessaria minime desint, optime ad sacram Ordinationem fore dispositum: e contra eum, qui (ut loquitur Concilium Tridentinum Sess. 6. cap. 14.) gratiæ Dei, quam accepit, ingratus, Spiritum sanctum contristare, et templum Dei lethali *aliqua culpa violare* non esset

veritus, sacro illo charactere prorsus indignum fore, quamdiu in illo peccati mortalis statu perseveraret. Idemque dicendum est de iis, qui post Baptismum in peccata lethalia lapsi sunt, in iisque diuturno tempore jacentes, aut in eadem crebro relabentes, pravas aliquas peccandi habitudines contraxerunt.

Certe si quis attente ministerii sacerdotalis dignitatem perpendat, si mysteriorum celsitudinem, quorum dispensatio sacerdotibus concredita est, si sanctitatem functionum illarum, ad quas obeundas tum ipsi sacerdotes, tum alii ecclesiastici ministri jugiter paratos se præstare debent, facile perspiciet, non decere quemquam adeo sublimem gradum conscendere, qui vitiorum et pravorum, quos peccando contraxit, habituum, velut quibusdam compedibus et manicis totus adhuc præpeditus sit.

Præterea si quis ferat hominem e cœno peccati alicujus, v. g. impudicitiæ, in quo diu hæserat, recenter emersum, fœtoremque ac reliquias illius, id est, effrænatos concupiscentiæ rebellantis motus, variaque obscœnitatis phantasmata circumferentem, mox Dei præpotentis sanctuarium ingredi, tremendum illius altare circumire, ac immaculati agni carnes sanctas manibus contrectare, in sacrificium offerre, populo fideli distribuere? „Væ (inquit S. Bernardus, Serm. de convers. ad cleric. c. 27.) ministris infidelibus, qui necdum reconciliati, reconciliationis alienæ negotia quasi homines, qui justitiam fecerint, apprehendunt. Væ iis, qui ambulantes in carne, Deo placere non possunt, et placare velle præsumunt."

„Quisquis ergo, (dicit S. Gregorius Papa in Pastor. part. 1. cap. 11.) quolibet vitio subigitur, panes Domini offerre prohibetur; ne profecto aliena diluere peccata non valeat is, quem adhuc propria devastant". „Molestum sane, deliciis ac libidini deditum hominem sacerdotem ordinari". *(Isid. Pelus. lib. 5. Epist. 436.)*

[illegible] Bourdaloue [illegible] hujusmodi [illegible] inquit, considerans [illegible] dei et [illegible] Proinde in [illegible] tempus, per quod [illegible] hujusmodi periculosa [illegible] fiat, et quidem recte [illegible] requirit [illegible] propriam [illegible] aliena studeant [illegible] ...

Sacerdotalis honor non probatis minime tribuatur, nec unquam heri saeculares hodie sacerdotes, heri in [illegible] hodie sacrorum antistites [illegible] virgines et recentes discipuli simul ac magistri [illegible] sed ii tantum, juxta constitutas a majoribus leges, ab humili gradu fidelis populi ad sacram administrationem sublimitatem promoveantur, post mutatum habitum saecularem diuturna conversatione inter clericos fuerint comprobati, ac multo ante didicerint, quae postea docere alios debeant" (Innoc. XII.)

„Altitudinem ministerii hujus utinam saperent et intelligerent, forsan ad illud etiam vocati atque immisse acclamarent indignos, non minus Dei, quam conscientiae propriae judicium formidantes. At vero jam caeci sunt, tanti officii onus discutere nesciunt" (S. Laurentius Justin. sermo de Christi corpore.)

Ex quibus omnibus merito inferre possumus, consimum, ne dicam in aliquo sensu necessarium iis, qui a Baptismo suscepto in peccata aliqua lia frequenter prolapsi sunt, vel in ejusmodi peccmoras traxerunt, primo apud se diu multumque endere, num vere ad statum ecclesiasticum divino vocentur? Peculiaris siquidem ratio inest de us plerumque dubitandi; quodsi nihilominus iis, supra explicati sunt modis, vocatos se esse deprehendant, antequam ulterius progrediantur, debent anteactae vitae peccata plangere, de iisque ex dis animi praecordiis dolere, et invocata coelesti

gratia, toto corde ad Dominum converti, præmissisque congruis dispositionibus confessionem generalem peccatorum omnium instituere, beneficioque absolutionis Sacramentalis accepto, et satisfactione impleta, non ideo se penitus exoneratos et liberos æstimare; sed denuo ad pravas illas habitudines, quas peccando contraxerunt, evellendas et extirpandas manum apponere, et ad id dignos Pœnitentiæ fructus exhibere, occasiones peccatorum sedulo devitare, mortificationi studere, virtutum operibus exercendis incumbere, sicque veterem hominem exuentes novum induere, et in novitate vitæ ambulare; ac postquam tempore aliquo notabili juxta prudentis ac pii confessarii consilium, in hac pietatis virtutumque palæstra sese exercuerint, tum demum in spiritu humilitatis et animo contrito suscipiendos se sperare poterunt, ab eo, cui spiritus contribulati sacrificium semper acceptissimum est, quique cor contritum et humiliatum nusquam despicit.

Porro, qui sunt indolis agrestioris, animi ferocioris, levis et instabilis, aut mollis ac ignavi, pravis habitibus, ac consuetudinibus implicati; luxuriæ, intemperantiæ, lusui, arrogantiæ, avaritiæ, sæculi vanitatum, ac voluptatum amori, similibusve vitiis dediti, ad virtutes viro ecclesiastico necessarias parum propensi, et e contrario ad ea, quæ sacris canonibus interdicuntur, procliviores; jugi obedientiæ impatientes, et disciplinam ecclesiasticam aversantes, exercitia pietatis negligentes, aut obiter tantum ac perfunctorie peragentes, Sacramenta rarius, aut ex humano respectu, sine vero pietatis sensu suscipientes, animum ad se raro advocantes, suæque perfectioni non studentes, conversationem cum ecclesiasticis ad normam sacrorum canonum viventibus parvi facientes, sed e contrario frequentare, ac imitari amantes laicos, aut ecclesiasticos in sua loquendi

[illegible] ratione liberiores, [illegible] venis vero multum dissentientes, beneficia [illegible] ates ambientes, et de pinguibus reditibus, quos cant, sæpius loquentes, interim tempus [illegible] es studia negligentes, et vix de obligationibus, eneficiatos circa suas functiones, [illegible] premunt, cogitantes; aut exemplo illas [illegible] [illegible] et pro conscientia [illegible] extenuan- [illegible] patientes; statum ecclesiasticum amplecti [illegible] ut parentibus, aliisve placeant, sibi [illegible] sustentationem, aut etiam divitias pro- honores adipiscantur; commodiorem vitam alias non amplecti [illegible] et similes [illegible] confidere nequeunt, [illegible] ecclesiastic os, et hujus status munia rite obituros esse; nec eum amplecti præsumant, [illegible] [illegible] ac sibi blandiantur, [illegible] ingressos, sese res emendaturos esse; hos enim quamdiu non de emendaverunt, signa non vocationis præ se , nec nisi summa temeritate huic statui sese erent. Itaque eos notabili tempore, et penitus, ltem insigniter emendatos esse oportet, ante vocatos se esse, et hunc statum amplecti posse, e valeant. Imo qui non vere sese emendant, ut tum ecclesiasticum promoveantur, sæpe huic lationi nimium fidunt; solum ad tempus sese ent, et pravos habitus refrænant, sed radices non evellunt; atque postmodum sub disciplina mplius constituti, sed sibi ipsis relicti ad vomi- edeunt, mali sacerdotes evasuri; in iis enim im- illud Scripturæ: „Adolescens juxta viam , etiam cum senuerit, non recedet ab ea (Prov. Hinc vix sibi satis cavere possunt, qui ita tuti, tamen statum ecclesiasticum ambiunt; et eos peculialiter cautos *esse oportet* confessa- utpote *qui ex officio teneantur* ab Ordinibus,

quantum per ipsos stat, etiam denegata absolutione, removere eos, quos non vocatos esse vident.

Ceterum, cum ab electione status pendere soleat temporalis ac æterna felicitas, et nulla sat magna dari possit securitas, ubi periclitatur æternitas, cumque in propriis virtutibus et defectibus dignoscendis plerumque cæcutimus, et, ut loquitur S. Gregorius, „sæpe sibi de se mens ipsa mentitur, et fingit, se de bono opere amare quod non amat, et de mundi gloria non amare quod amat“, de re tanti momenti deliberantes proprio suo judicio non nitantur, sed consilium petant juxta monitum Ecclesiastici (32, 22 et 24): „Vir consilii non disperdet intelligentiam . . . Fili, sine consilio nihil facias, et post factum non pœnitebis“. Consilium autem petant tum, ac præcipue, a Deo, cum humili ac ferventi oratione precantes, ut eis ostendat viam, per quam juxta ejus beneplacitum ambulent; tum et ab hominibus, superioribus, nempe ecclesiasticis, conscientiæ directoribus, aliisve intelligentibus, vere probis, de eorum salute, Dei et ecclesiæ gloria pie sollicitis, qui rem ea, qua par est, cura examinaturi, et quid convenire judicaverint, ingenue dicturi sint. Caveant vero, ne duci se sinant ab iis, qui status ecclesiastici obligationes, pericula ac difficultates non satis norunt, de eo secundum spiritum hujus sæculi nequam judicant, et sola attendunt motiva humana; quales quidem non raro sunt ipsi etiam consanguinei et parentes, qui, ut ait S. Chrysostomus, corpus natorum suorum amant, animam autem contemnunt, desiderant illos valere in sæculo isto, et non curant, quid sint passuri in alio.

Denique secessus a negotiis et turbis mundi per aliquot dies in sanctis meditationibus aliisque pietatis exercitiis impensus, oratio crebra et perseverans, sapientis et pii viri consilium, jejunium aliaque similia

pera haud dubie plurimum conferre possunt, ucem cœlitus hauriendam, tum ad uberiores ecipiendas, quarum subsidio divina voluntas s agnosci possit et perfectius impleri.

nctitate et perfectione, quibus clericus præcipua cura incumbere debet.

cerdotes, qui accedunt ad Dominum, sanctifi- ie percutiat eos". *(Exod. 19. 22.)* „Sacerdotes erunt Deo suo, et non polluent nomen ejus; n enim et panes Dei sui offerunt, et ideo sancti *(Levit. 21. 6.)*. „Sacerdotes tui induantur justi- *Ps. 131.)* Veteris legis sacerdotes destinati erant ndum incensum et panes et ad curandas vi- nimalium, et nihilominus Deus ab iis exigebat linariam vitæ sanctimoniam et perfectionem; rgo multo ampliorem requiret ab iis, qui ordi- t constituuntur ad offerendum ipsius unige- geniti sanctissimi Filium, qui vocantur in sortem Domini, ejusque divinis ministeriis peculiari modo deputantur? Sacerdotis est, sanctum esse, itatem officii sanctitate vitæ tueri; illam qua- ta et humili mente coram Deo profiteri potest, ro supplex semper petere et totis viribus affe- deo, ut sanctis moribus cum sanctæ vocationi eat et Deo placeat, qui ipse sanctus, sanc- t habere ministros.

n igitur sacerdos peculiari quodam modo san- e debeat, sicque præ aliis christianis ad con- tam perfectionem arctissime obstrictus sit, tum ipsius status sacerdotalis, qui ad alios etiam candos destinatus est, tum ratione divinorum m, quibus addictus est, ad quæ perfecte im- Dei ipsius sanctitatem, quantum homini fas ae tenetur exprimere; videndum est, in quo *s huius sanctitas et perfectio sacerdotalis,* quæ

quidem potest ad tria præsertim capita revocari, quorum primum est, ut maxima sollicitudine et vigilantia caveat a quibuscumque peccatis, etiam iis, quæ leviora æstimantur, „non mediocris siquidem esse debet virtus sacerdotalis“, ut loquitur S. Ambrosius, „cui cavendum, non modo ne gravioribus flagitiis sit affinis, sed ne minimis quidem.“

Secundum est, ut acquirendis et exercendis virtutibus, iis præsertim, quæ muneri suo magis aptæ et congruæ videntur, sedulo incumbat, in illisque de die in diem proficere ac progredi studeat. „Indefessum enim proficiendi studium (ut docet S. Bernardus) et jugis conatus ad perfectionem perfectio reputatur“. Cum vero juxta Christi Domini edictum perfectus tunc demum futurus sit servus, si sit sicut Dominus ejus; ideo clericus perfectionis studiosus, in eo virtutum exercitio Christum Dominum toto affectu imitari, ejusque vestigiis inhærere debet, ut sic integer ac in nullo deficiens, aliis fidelibus dicere possit cum Apostolo, „imitatores mei estote, sicut et ego Christi“.

Tertium denique est, ut virtutes illas in gradu non mediocri aut vulgari, sed excelso et eminenti, quales scilicet in Christo Domino fuerunt, obtinere studeat et enitatur, ita ut clerici humilitas, si quando oporteat ob majores munerum difficultates rerumque majora discrimina, eo usque se demittat, ut nullam respuat confusionem et abjectionem, imo gloriæ divinæ procurandæ causa quibuscumque opprobriis saturari gaudeat; obedientia usque ad mortem perseverare parata sit; caritas erga proximos quoscumque, etiam maxime adversantes et infensos nullis arctetur limitibus, sed eo usque urgeat, ut, si opus sit, optet esse anathema pro fratribus, et sic de reliquis virtutibus.

„Quamvis virtutes (ut loquitur S. Ambrosius,) connexæ sibi invicem sint, ac concatenatæ“; ita ut (quod *recte* dixit S. Gregorius) „una virtus sine aliis, aut om-

la sit, aut imperfecta", inde tamen non sequi-
s æquali gradu a quolibet justo possideri; „qui
rtutem habet (inquit S. Hieronymus), habet
omnes, sed participatione, non proprietate";
articipat quidem omnibus, non tamen excellit
bus; unde postea subdit: „necesse est enim,
llæ excellant in quibusdam, ut in Salomone
a, in Davide animi mansuetudo, in Elia et
zelus, in Abraham fides, in Petro, cui dictum
ion Joannis amas me, perfecta dilectio, in
is vase studium prædicandi, et sic in cete-
n igitur ea sit animi humani conditio, quamdiu
atem istam circumfert, ut secundum legem
am simul in omnibus virtutibus excellere ne-
intque inter ipsas virtutes quædam, quarum
præ aliis magis convenire videatur, habita
temporum, locorum, personarum, et similium
antiarum; hinc sequitur cuilibet perfectionis
, ac præsertim clerico, qui ejusmodi studio
re debet, delectum habendum esse virtutum,
s se peculiari cura exerceat, neque vero ullo
liquas negligat.
ae in primis, quædam virtutes sunt, quarum
omnes vitæ christianæ partes extendere se
ceterarumque virtutum actionibus veluti con-
esse; raro siquidem occurrunt occasiones
dæ magnanimitatis, magnificentiæ, fortitu-
t similium; sed v. g. mansuetudo, modestia,
is tales sunt, ut vix sine illis actus ullus huma-
genere moris omnibus suis numeris absolutus
sit, et licet aliæ sint virtutes excellentiores,
tamen praxis magis necessaria est, ac proinde
i studio et affectu consectanda est clerico.
a inter reliquas virtutes, usus illarum clerico
anteferendus est, quæ *postea muneri* suo magis
unt, *non quæ magis animo arrident*; sic Apo-

stoli verbi divini prædicationem utpote officio suo magis congruentem, mensarum ministerio, et pauperum curæ prætulerunt.

Virtutes præterea, quæ coram Deo excellentiores sunt et solidiores, eligendæ sunt præ illis, quæ in oculis hominum majorem fulgorem emittunt, et pluris vulgo æstimantur.

Docet nos etiam ejusdem Christi Domini exemplum, virtutes illas præsertim præeligendas esse non solum, quæ majorem demissionem et abjectionem conjunctam habeant, sed etiam, quæ naturalibus cujusque inclinationibus minus favere videantur, et quæ ad sui ipsius abnegationem magis juvent. Poterat certe divinus ille hominum Servator, si libuisset, inter legitimum divitiarum et deliciarum usum salutem ipsorum hominum operari, poterat in regio palatio commode nasci, vitamque regiæ dignitati congruentem et bonis omnibus affluentem ducere, non solum sine ullo pietatis detrimento, sed etiam cum summa laude virtutis; et tamen ut nos non verbis solum, sed et exemplo suo instrueret, longe diversam sibi virtutis viam deligere voluit, „non venit ministrari sed ministrare“ *(Matth. 20. 28)* et „propter vos egenus factus est, cum esset dives“ *(2. Cor. 8. 9)*, voluit „esse vir dolorum“ *(Isa. 53. 3)*, voluit „opprobriis saturari“ *(Thren. 3. 30)*., ut vel hinc ministri ejus discerent earum præsertim virtutum studium assumere, quæ illos aptiores redderent ad id præstandum, quod ipse primum fecit, deinde docuit, cum dixit, „si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam et sequatur me.“ *(Matth. 16. 24.)*

4. De Seminario.

Sicut in hortis ordinata pulvinorum dispositio, in quibus diversæ florum species ad artis regulas terræ mandantur, ut capto de eorum suaveolentia et varie-

experimento, meliores et nobiliores suo tempore ponantur, seminaria apposite vocantur, ita et giis clericorum eadem denominatio convenit, considerantur ut pulvinus, in quo juvenes clerici terræ plantæ sine sua adhuc consistentia locan- it vegetatione virtutum in arbusculos excrescant, eliores dein ex hoc pomario desumpti, et pro modo in hunc, modo in illum ecclesiæ hortum plantati, excelsæ plantæ pulchre excrescant, sub ım dein salutari umbra populus fidelis secure cat.

ıdolescentes igitur, qui singulari Dei beneficio ıtur, ut in Seminario instituantur, illud inprimis igere debent, ea potissimum de causa Seminaria erecta, ut in iis boni strenuique operarii ad ionem animarum, quas Christus Dominus pre- simo Sanguine suo redemit, instituantur et eam perfectionem adipiscantur, quæ in iis, qui docto- ɔpulorum sunt futuri, elucere debet SS. D. N. PP. IX. anno 1853 instituens novum Semina- idem edixit his verbis „Si maxima semper vigi- ı ac singularis plane sollicitudo fuit adhibenda, omnes, qui in castris Domini militare cupiunt, ancteque educarentur, et optimis erudirentur ılinis, neminem certe latet, quantopere christia- ıvilisque reipublicæ intersit, tam salutare opus e ingeminatis studiis urgeri, hisce præsertim rimis temporibus, quibus ecclesiæ rationes omni- ɔstulant, ut quotidie magis optimorum sacer- n suboleſcat copia, qui virtutum omnium tu fulgentes ac sana solidaque pollentes rina valeant proprii ministerii muneribus pie ıue perfungi, christianam plebem sedulo erudire, ırum saluti accurate consulere, errantes ad veri- et justitiæ semitas *reducere, ac Dei* ejusque *æ ecclesiæ causam strenue scienter*que defen-

dere, et insidiantium hominum fallacias detegere, errores refellere, insaniam ac temeritatem redarguere et impetus frangere.... ut quodidie magis optimorum sacerdotum crescat numerus, qui vitæ sanctimoniæ et doctrinæ laude commendati, virtutum omnium exempla christiano populo præbeant, ejusque spirituali bono inserviant " *(Analecta Juris Pontif. Ser. I. col. 565.)* Idem Summus Pontifex in litteris ad Archiepiscopos et Episcopos Bavariæ die 23. Martii anno 1865 datis „optime, inquit, agnoscitis, quam vehementer ecclesiæ intersit hisce præsertim luctuosissimis temporibus, ut cleri institutio cum pia ac vera ecclesiastica ejusdem cleri educatione intime conjungatur. Nam omnino oportet, et clerum sacrarum præcipue disciplinarum scientia ex intaminatis catholicæ doctrinæ fontibus hausta accuratissime imbui, et uno eodemque tempore ad pietatem et omnes virtutes, quæ ecclesiasticos viros plane decent, sedulo formari, qua propriis Episcopis in vinea Domini excolenda auxiliariam utilemque operam navare et christiano populo virtutum omnium exempla præbere, ac in animarum salutem procurandam incumbere, et nefarios adversariorum errores refellere, conatusque reprimere valeant."

Cum igitur duo præcipue in sacerdote requirantur, probitas videlicet et doctrina, utraque in Seminariis est comparanda et excolenda. Sed bene sibi alumni inculcent oportet, virtutem solidam mediocri scientia instructam mira sæpius patrare in vinea Domini; scientiam autem altissimam socia virtute destitutam, prodesse nihil, obesse plurimum. Nemo opificium aut etiam artem liberalem addiscit, nisi præterquam quod regulas artis doceatur, etiam opere ipso exerceatur. Nemo erit musicus, nemo pictor, nemo scriba, si tantum regulas a magistro accipiat, manum *vero ad tabulam* numquam admovere jubeatur, errans

igatur, torpens non stimuletur aliisque modis s ejus non urgeatur. Eodem prorsus modo quiret virtutem mortificationis, abnegationis, diæ, patientiæ, mansuetudinis, modestiæ etc., iva voce instituentis has virtutes doceatur, et is a strepitu mundano eas exercere jubeatur, iiuturno exercitio virtutum habitum sibi con-.t sicut probitatis et virtutis solidæ major est as quam doctrinæ, sic singulis alumnis in ea-dio magis est elaborandum, cum præsertim o virtutis in uniuscujusque assiduitate et in-nagis quam inspectorum aut Superiorum vigi-t posita, ita, ut, nisi quis laborem adhibeat, tum aut nihil illi aliorum vigilantia sit pro-unusquisque hunc Seminarii finem perspe-ceat, et id sibi quotidie proponat, ut omnino ius diœceseos minister et ecclesiæ sacer-dere, purumque se ab omni labe peccati re, morum innocentiam, teneram in Deum , cordis et corporis puritatem, obedientiam, m, mansuetudinem, gravitatem et sobrie-ectari, spiritum internum, mundi contem-abnegationem sui ipsius et perfectionem ticam acquirere, nam „non dat natura vir-'s est bonum fieri"; et „boni strenuique ope-nascuntur, sed fiunt"; quo facto multo faci-rinæ cognitionem acquiret.

. proh dolor (verba sunt celeberrimi illius libri! a Cleri") sunt, qui in Seminarium intrant pæne inviti, quasi in terram alienigenarum pertransirent, aut ad triremes damnarentur; inarii statuta passim violant, exercitia pieta-gligunt, aut tepide et male peragunt, Deo obe-uam obedientiæ filii vix sciunt; præpositis i *gerentibus subjacere renuunt*; eorum qui-*ntati se tandem subjiciunt*, sed mancipiorum

instar obediunt, quia humilitatis usum non habent; quapropter superiores et præfectos immoderatæ severitatis accusant et damnant. et tacitis saltem cogitationibus adversus eos murmurant, eorumque defectus aperiunt et amplificant; societatem cum protervis ineunt, externorum colloquiis delectantur, proximo suo et secreto et palam detrahunt; ipsi jam perversi, alios pravis exemplis pervertunt; suos errores, licet ob eorum utilitatem id fiat, deferri moleste ferunt, consilia negligunt, increpationes oderunt et relinquunt, corripienti irascuntur; mentiri, aut sua errata inficiari, aut excusare solent; adeo dyscoli et morosi sunt, ut nec aliis nec sibi conveniant; in detestabile susurrium laxant procaces linguas; unde discordias seminant, odia excitant et fovent; vane, scurriliter, ironice, procaciter et minus recte loquuntur, aut respondent; aut ad summum de beneficiis, dignitatibus, ordinibus et vanitatibus sæculi, quibus avidi inhiant, verba faciunt, raro autem de divinis. Quid mirum! quamvis in terra Sanctorum versentur, de terra sunt, idcirco de terra loquuntur; indecore et buccis crepitantibus rident, huc et illuc rotant oculos, incomposito corpore ambulant, sedent et jacent; electorum modestiam vix norunt. — Per cubicula, ipso studii, recollectionis et silentii tempore vagantur; quinimo, ad exteriora semper effusi, facultatem extra Seminarium exeundi et per domos cursitandi, necessitatis prætextu, sæpius æquo extorquent; otio, quieti, somno, ignaviæ, confabulationibus et nugis, nimium per diem indulgentes, vix theologiæ, rubricarum, cæremoniarum et cantus scientiæ incumbunt; vix ad sacra mysteria rite et sancte obeunda se exercent. Heu! quot videntur, qui ventri tanquam Deo serviunt? hinc, quamvis sat saturati, murmurant; ad sæcularium epulas, quoad fieri potest, stimulante gula, non fame, convolant quasi helluones et ciborum

gurgites; et ni id sufficiat, cibos sibi clam afferri curant; cibariis in ipso conclavi non carent, quo sæpius gulæ indulgere valeant."

Sunt alii, qui particulares amicitias contrahunt; adeo singulares sunt, ut ambulent, conveniant et sedeant seorsim a ceteris. Scientia tumidi et in Cleris dominari ac in cathedra seniorum maturius sedere cupientes, ad honorifica opera, verius dicamus, ad vanam gloriam assidue nimis se exercent, vix ad pietatem et ad sui abnegationem; conciones sibi coacervant, non virtutes; student prius esse canalis, quam concha; prius docere, quam facere; prius magistri esse, quam discipuli; totum Seminarii tempus dant actioni, nihil contemplationi; discunt quidem, sed ad scientiam veritatis numquam perveniunt; intrarunt tepidi, exeunt frigidi. Unde fiunt postea arbores autumnales, nubes sine aqua, æs sonans et cymbalum tinniens; balbutiunt velut infantes, in suggestu recitant labris et psittacorum instar ea, quæ nec cor sentit, nec intelligit, quia nondum didicerunt ea opere complere, imo nec meditari. Hinc fit, ut sibi non prosint et aliis obsint; et vero, qui sibi nequam, cui bonus erit? Attamen adeo sunt sua tumidi superbia, adeo inanis gloriæ cupidi ac proprio addicti judicio, ut illud nec intelligere, nec audire velint. Usque adeo proprio sensu hac in re interdum abundant, ut superiores sanctos et expertes aliter suadentes quasi delirantes et somniatores reputent, et ut ceteros condiscipulos, qui utpote sapientiores (quamvis scientiam non negligant) reformationi et vitæ spirituali sedulo student, aspernentur, eos scrupulositatis, aut desidiæ, aut simulationis accusent, eorum simplicitatem derideant, eorumque consortia aufugiant, aut moleste ferant. Intersunt quidem meditationi, examini, collationibus de divinis aliisque exercitiis *spiritualibus*, sed coacte, per*functorie, et ut videantur a superioribus* orantes et

arctiori vitæ addicti; regularitatem, Pharisæorum instar, omni ornatu et candore exteriori profitentur; eximiæ pietatis speciem habent, ejus autem veritatem abnegant; sunt falsi et fallentes Sancti, sunt sepulchra dealbata, intus autem mortuorum ossibus plena.

Et vero, quot sunt, qui, dum in Seminario versantur, Confessioni quidem, Communioni aliisque piis exercitiis vacant, tempore autem feriarum hæc omnia fastidiunt et negligunt? Et nihilominus postmodum testimonia de regulari vita fraudulenter extorta, ad Superiorem scripto deferunt, ut illis sibique imponant. Ecce tibi formosos et conformes nimis histrionum imitatores! Hac tamen fucata humilitate, simulata pietate, fallaci adulatione, studiosiori obsequio, exiguæ et inanis scientiæ ostentatione inflati ac freti, a cœlesti autem alieni, Superiorum favorem captant, viam sibi ad ordines et ad beneficia parant; hos enim, utpote cupidos, elatos libertatis et sui amatores, adurit ordinationum cupiditas, earumdem secundum canones dilatio cruciat, et ad desperationem adigit.

Suntne hi omnes pretiosa Seminarii ornamenta? Minime! ejus sunt potius simulacra, idola, scandala et opprobria, ex his sodalitiis potius expellenda, quam ad ordines, ad beneficia, et præsertim ad animarum curam assumenda et exaltanda. Tali pœna mulctari præcipit Concilium Trid. hos dyscolos et incorrigibiles malorum morum seminatores, et Conc. Prov. Coloniense (anno 1860 celebratum), „nemo porro, inquit, inter Seminarii alumnos est alendus, qui sine spe solidi in pietate fundamenti hinc videatur discessurus, ne forte pravi unius alumni vita ea destruat, quæ multorum in religione et pietate profectus ædificaverit; neque enim quibus severitate pœnarum opus est coercendis, digni sunt hujus vitæ instituto“. Nam tales scientiæ et pietatis simulatores, quoquo modo ordi-

ibus initiati, lætantur in exitu de Seminario quasi i exitu de Ægypto et de populo barbaro; et quoiam fucata et violenta virtus non durat, jam exusso regularis observantiæ jugo, quod ægre portaant, vanitatem aliaque vitia, quæ non ruperant, ed solum interruperant, ut recte loquitur S. Augutinus, præ se ferunt, ad graviora etiam ruunt; am hæc sepulchra, tandem reserata, fœtidum coram leo, Angelis et hominibus, odorem exhalant et spargunt.

Tu vero, frater carissime! Seminarium lætus inredere tanquam locum gratiæ et benedictionis; ibi icetur tibi, quid te oporteat facere, ut Dominus ponat per te spiritum suum, ut te sanctifices, ut eruditione virtute ad sacrum ministerium digne te præpares. sem finem ut assequaris, hæc sequere monita et conlia ex S. Caroli Borromæi „Instit. Semin." (Act. el. Mediolan. part. II. pag. 964 edit. Bergom.) et iis probatis auctoribus desumpta.

1) Ingressus recogita in amaritudine animæ tuæ elicta juventutis tuæ, conscientiamque tuam geneali Confessione (si prudens confessarius id tibi expeire judicaverit) emunda.

2) Sæculi insanias, amicorum et veterum sociorum lecebras parvi pendens frequenter et coram Deo dito tibi cum S. Bernardo: N. ad quid venisti? Haud ubie venisti, aut saltem venire debuisti, ut animam iam sanctifices, eamque eruditione et pietate ad sarum Ecclesiæ ministerium præpares. Si hæc fuerit iens tua, quam maxime contende vitam, ut cleriam decet, toto Seminarii tempore instituere. Quaropter memineris istius sententiæ S. Bernardi: non locus homines, sed homines locum sanctificant."

3) Præpositis tuis et moderatoribus prompto et ilari animo in omnibus *obedire, eisque te tanquam leo subiacere in deliciis habeas*; obedientia enim

est tuta ad gratias particulares et ad salutem æternam via; at contra, omnem ordinem sine obedientia perturbari necesse est.

4) Erga eosdem Rectores et Superiores ea sis animi affectione, qua filii erga parentes; ab iis, si quid præter voluntatem imponitur aut negatur, id existima ad utilitatem tuam referri; pro certo habens, Superiores ad id multis duci causis, quæ adolescentes plerumque lateant. Eorum monita libenter accipe, imo et illorum increpationes æquo animo tolera; quam bonum tibi erit, si identidem humilient te! Justus est accusator sui; noli ergo excusare excusationes in peccatis. Præsertim, si quid ab iis petieris, repulsamque tuleris, cave, ne de eorum agendi ratione queraris, licet personarum acceptionem tibi videantur facere; sed potius tacitus et libens acquiesce; et in te reversus, humilia te, ac ordinibus propter peccata tua te indignum existima; exspectans placide exspecta, et interim cor tuum accuratius proba et præpara; humilis sis corde, et invenies requiem animæ tuæ.

5) Eisdem Rectoribus et Superioribus præsertim vero patri spirituali sensus tuos libere expone, et illos, prout opus fuerit, consulas, cum nihil sit difficilius adolescenti, quam immoderatis animi affectionibus per se moderari.

6) Statuta Seminarii fideliter observa, eaque singulis mensibus lege; hæc enim sunt vitæ tuæ regula, et qui regulæ vivit, Deo vivit.

7) Mores triviales et loquendi rusticitatem sedulo devita; modestiam in omnibus et ubique serva. Quapropter cave, ne oculos huc illuc circumferas; ne altius loquaris, nec strepitum excites, nec nimis festinanter incedas; sed potius nihil vel in minimis corporis motibus nisi grave et religione plenum præ te feras; „nam, (verba sunt Conc. Trident. (*Sess. 22. de*

n. p. 1.)], „sic decet omnino clericos in sortem Do-
vocatos, vitam moresque suos omnes compo-
ut habitu, gestu, incessu, sermone aliisque
ous rebus nihil nisi grave, moderatum ac reli-
plenum præ se ferant, ut eorum actiones cun-
fferant venerationem".

) Cum silentium permultum ad pacis pietatis-
onservationem, ad studia, ad evitandas multas
rbationes conferat, numquam colloquaris, nisi
bus necessariis, præterquam relaxationis tem-
, quo de rebus utilibus sermonem habere, sine
ltu tamen, licebit. Præsertim inania et faceta
luia, verba minus honesta et detractoria pro
is evita.

) In omnibus actionibus, motu corporis et verbis
mem et superbiam fuge, cum ea homines Deo
eos et ceteris odiosos reddat; et quoniam scien-
flat et excæcat, noli in collationibus contendere
s præ tumore et nimio æstu, nec altum sapere,
præ scientia et præsumptione inter sodales tuos
nari; et multo minus eos, quamvis minus doctos,
mnere aut confundere; id enim intolerabilem
biam redolet; da ergo operam, ut flagans cari-
: humilis modestia decertationes tuas ædificent;
are charismata meliora. Quapropter humilita-
mansuetudinis studiosus, omnes Jesu Christo et
ucrifacere incumbe. Si parvulus in medio eorum
it infans, Deus tibi utpote humili dabit gratiam,
creta cœlestia revelabit, quæ abscondit pruden-
et sapientibus inani scientia tumidis.

10) In omnibus fuge singularitatis notam. Cave
, ne ipso relaxationis tempore ambules separatim
liis, nec unquam nisi cum tribus saltem aut qua-
recreationem institue.

11) Mutuam caritatem, *concordiam* ac benevo-
am *amplectere. Omnes sodales* honore præve-

nias; erga omnes semper urbanum et affabilem te exhibeas, eorum indoli te accommodes, in omnibus, quæ honesta et licita sunt, iis placere studeas; sis cum illis cor unum et anima una, sine acceptione personarum; nescit enim nostra religio personas accipere. Omnium existimationem et amorem tibi conciliare stude; si enim scias sic illorum animos tibi devincire, magnam affers spem, fore, ut deinceps tibi devincias animos eorum, quibuscum vivendum et agendum tibi erit.

12) Neminem irrideas, nec verbis offendas; factionem et insusurrationem, utpote discordiarum fomitem, a tuo corde et ore longe repelle. Susurronem ne adeas, nec discordiam seminantibus aurem præbeas.

13) A privatis amicitiis nimiaque familiaritate abstineas; sunt enim inimicissimæ amicitiæ. Attamen omnium sodalium infirmitatibus scias compati et condolere, ut caritatem Christi jam adimplere incipias.

14) Nullius cubiculum intres absque Superioris aut Præfecti facultate.

15) Quas in aliis virtutes respexeris, eas in te ipso exprimere contende; vitia vero, si quæ forte in aliis videris, quasi pestem fuge; fratrem delinquentem in spiritu lenitatis instrue; amica autem monitione nihil proficiente Superiori delictum defer; ne sis adeo impius, ut dæmonis officio fungens, alios pie aliquid agentes vituperare audeas, eosque ab operibus virtutum abducere coneris.

16) Si crimen tuum aliquod deferri contingat, auctorem non quæras, resciens autem, nullam male erga illum affecti animi significationem des; conare potius melior inposterum fieri, neque ea admittere, propter quæ merito accusari possis.

17) Sobrius esto; quapropter ne comedas extra Seminarium, nisi apud tuos parentes vel propinquos, idque raro et cum facultate. Nihil extra refectionis

nedas; hoc enim ingluviem sapit; tempe-
destiæ et mortificationis memor, alimenta
œnaculo sumas, eaque altiori ad sacram
ttentione condire satagas.
theologiæ et philosophiæ scientiam viri-
e, simul ad sacræ Scripturæ intelligen-
ens fias exhortari in doctrina sana, et eos,
licunt, arguere, assiduo etiam canonum,
ricarum et cantus studio te ad pietatem
ta sancte tractanda exerce; in hoc po-

plenius pretiosum Seminarii tempus con-
colloquaris etiam cum externis, nisi cum
s licentia, et dumtaxat propter necessita-
tem et christianam urbanitatem; exeundi
numquam, nisi propter similes causas pe-
tibi cum sæcularibus? Quoties cum ho-
s, minor homo redibis.
ditationi, examini, et animæ recollectioni
tioni sedulus adhære simul et vitæ spiri-
quenta, quam sæpissime poteris, Sacra-
nitentiæ et Eucharistiæ; ambula coram
ue suavissimam præsentiam actibus jacu-
ibus in locis fove; quære illum in simpli-
is tui, et illum invenies; Christum Domi-
haristia frequenter et pie, quoad fas erit,
ejus ardentissimo corde hauri scientiam

pore feriarum semper, nisi fueris in itinere,
i sive sotana oblonga et cingulo utere;
nem potissimum cum viris ecclesiasticis,
vero cum juvenibus dissolutis, multo
personis alterius sexus habe; a venatione,
et aliis ludis per canones interdictis et a
cauponarum abstine, et in omnibus rebus
s *diœcesis observare stude*; consueta

exercitia pietatis quotidie omni cum diligentia perage, ne spiritum, quem per annum collegeris paucarum hebdomadarum spatio dissipes. Quotidie SS. Missæ sacrificio cum debita reverentia et devotione et populi ædificatione assiste; SS. Sacramenta quavis hebdomada vel saltem decimo quinto quoque die suscipe. Non omne tempus otiose transigas, sed præter exercitia pietatis aliquot horas quotidie ante et post meridiem studio theologiæ vel historiæ tribue.

Tandem, quamdiu in Seminario versaberis, incipe quotidie exhibere te idoneum et dignum Dei ministrum. In omnibus vel minimis statutis, regulis et Moderatorum monitis adeo fidelis sis, ut horum usum jam radicatum habeas, et ab his numquam deflectas; nam si in Seminario disciplinæ et ordinato vivendi generi assuefias, verosimilius in posterum quoque disciplinæ ecclesiasticæ amans eris, ejusque observantiam tibi religioni duces. Nulli sodali sis lapis offensionis; in omnibus vero jam teipsum præbe exemplum bonorum operum. Attamen cave et iterum cave, ne exercitiis spiritualibus incumbas, ut a Superioribus et a sodalibus tuis videaris, et ut favores, beneficia et ordinationes tibi concilies; sed dumtaxat ad majorem Dei gloriam et ad tuæ animæ profectum; ama et opta secretum; sis æque fervens, humilis, mansuetus et modestus in sodalitio et in cubiculo, quam extra; cor tuum coram Deo ferventius effunde, quam coram hominibus. Sanctitatis internæ sis magis avidus, quam exterioris; humilitatis magis cupidus, quam ordinationis; esto in Seminario, sicut Apostoli in solitaria domo, perseverans in oratione, et exspectans cum fiducia et tota animi quiete adventum Spiritus sancti; hinc tandem exibis, sicut illi, ignem spirans et amore divino quasi ebrius, factus ipsi diabolo terribilis.

na autumno et ante collationem Ordinum
tradantur, hic quædam scitu necessaria
atura, scopo et ordine proponimus.

exercitiorum spiritualium intelligitur
lus orandi vocaliter et mentaliter, exami-
ientiam, legendi libros pios et aliarum
spiritualium eo fine, ut imperium peccati
cordibus nostris destruamus, imperium
damus, et ad perfectionem ejusdem per-
Finis ergo exercitiorum minime est, ut
luminibus cœlestibus, diffluamus lacrymis,
consolationibus; aut ut per aliquot dies
emporis tribuamus orationi et mentis recol-
d primarius et unicus finis est solida mo-
io, major in virtute progressus, clariorque
rfectiorque exsecutio divinæ voluntatis
vitæque nostræ statum. Gradus autem
xercitia eo nos perducunt, sunt hi: Præ-
uod plus aliquid significat, disponunt ani-
d tollendas affectiones inordinatas, i. e.
incipium neque in fide, neque in recta ra-

Porro, recte dicitur, per exercitia præparari ac disponi animus ad illa omnia, ne forte quis existimet, se per exercitia sola, brevi illo tempore, et affectiones male ordinatas tollere a se posse, et cetera omnia præstare; est enim hoc opus, hic labor totius vitæ; sed per exercitia animus ad ista „præparatur ac disponitur". Monitum hoc est momenti non levis, incipientibus præsertim, qui, cum in exercitiis aliqua bona desideria conceperint, facile sibi quasi de victoria jam parta blandiuntur, cum vixdum ac fortasse ne vix quidem pugnare cœperint.

Nec tamen ideo negandum, eos, qui strenue exercitia ingrediantur, ita solere per illa „præparari ac disponi", ut etiam fructus optatos, magnam certe partem, ipsorum exercitiorum tempore consequantur. Imo vero non pauci ita parati ac dispositi ex exercitiis vel semel factis prodeunt, ut inde, novi plane homines, in novitate vitæ ambulent, ipsamque illam novam vitam porro teneant ac perficiant usque ad mortem. Estque hoc ipsum, ad quod exercitia „præparant" animum ac „disponunt" mira quadam efficacia; et hunc omnem fructum producere „per se" nata sunt in eo, qui sibi ipse non deest.

Exercitiorum spiritualium plurimæ quidem species diu ante S. Ignatium notæ et usitatæ erant; verum ea exercitia spiritualia, quorum S. Ignatius auctor est, quantum cum aliis devotionibus conveniunt in materia, tantum differunt in forma. Nam finis seu scopus eorum (quem jam supra innuimus) non est qualiscumque sensus animi religiosus cum dulci affectu amorem virtutis aut horrorem vitii alicujus incitante, sed integra reformatio hominis interni sive ex malo in bonum, sive ex bono in meliorem, sive ex meliori in optimum, perfectum et sanctum. Forma *vero huic fini* accomodata consistit in methodo nova, in *ordine novo* proponendi veritates fidei considerandas;

in suis exercitiis proponit in quadam serie et nexu tum logico, tum et psychologico ita oncatenatas, ut hac sua concatenatione tam atia adjuvante sortiantur efficaciam ad conm intellectum et permovendam et expugnanellem etiam voluntatem, ut, nisi quis ultro onat, prope non possit non sequi optatus ef'æcipue, si, quod S. Ignatius postulat, ordini t locus colligendo spiritui opportunus, temcuris atque negotiis non impeditum, modus ntus, sed placidus et grata varietate jucundus, lenique, qui sciat ac velit communem mateommodare statui, ætati et dispositioni exer, noveritque ex regulis de discretione spirilicationis fervorem in singulis prudenter vel vel temperare.

citia spiritualia unum ex aptissimis mediis bus peccatores convertuntur, tepidi novo ferenduntur, et fervidi in via perfectionis mavehuntur. Ratio est, quia in cordibus nostris ritur sincerum et efficax desiderium fugiendi , exercendi virtutem et in perfectione ultegrediendi, nisi serio reflectamus de motivis, ad hoc excitare possint, et quia ejusmodi unquam melius perpendimus, quam in exeriritualibus. Animus enim noster tunc ab , quæ nos distrahere possent, abstractus, topplicat ad propriam sanctificationem, singuates bene perpendit, bonas sanctasque cogicordi instillat, et denique bona proposita pro e ratione facit.

e proveniunt prodigiosi fructus, quos teste et quotidiana experientia sacer secessus in icere solet, qui vel cum modica animi præpacum subeunt. Videmus ejusmodi homines isi novos *omnino et alios egredi.* Complures,

commercium interdicat. Hæc enim mentem implere solent variis cogitationibus, quæ deinde magnopere distrahunt, et conceptum, si quis est, fervorem restinguunt. Imo vero omnem etiam aliam cogitationem de quavis alia re excludere curet, perinde ac si nullum aliud negotium in hoc mundo haberet. Silentium eadem de causa quam religiosissime observet.

3. Habeat deinde magnam spem in Domini bonitate et liberalitate, qui cum etiam errantes requirat, et fugientes sequatur, multo magis eos, qui ad se bono animo accedunt, recipiet et complectetur. Quare confidat in illa infinita clementia, quæ cum pium illud desiderium dederit, dabit etiam gratiam ac vires exsequendi bene ac fructuose; siquidem ejus voluntas est sanctificatio nostra.

4. Inter cetera vero, ita etiam animo constitutus esse debet, ut libenter et avide exercitia hæc aggrediatur, non tam ut spirituali dulcedine fruatur, quam ut Dei voluntatem de se intelligat, suumque affectum a terrenis omnibus avellat, et eum in suo Creatore collocet. Illud vero maxime necessarium, ut præter hoc desiderium proficiendi in spiritu, sit etiam bene resignatus in beneplacito Dei in iis, in quibus adhuc liber est, animoque ita paratus sit, ut quidquid a Deo cognoverit faciendum esse, omnino exsequi decreverit. Velut instrumentum se exhibeat in manu Dei; instrumentum propria voluntate caret, ideoque utenti nunquam resistit. — An vero æquum non est, ita hominem comparatum esse erga Creatorem ac Dominum suum, erga Majestatem divinam, ut omnem voluntatem propriam sanctissimæ illi Voluntati, omnino in omnibus subjiciat? Quare non debet quisquam deliberationem aliquam secum afferre, a qua dimoveri nolit Deinde non debet etiam modum ac terminum ipse ponere Dei donis, ita ut nonnisi usque ad *quosdam limites* illuminari ac juvari velit. Nam præ-

tanquam quod valde indecens est, ut creatura hoc modo agat cum suo Creatore, valde etiam sibi ipsi nocet; primum, quia se ipsum privat illis majoribus donis, quæ Deus fortasse daturus erat; deinde, quia ita ipsa illiberalitas, restrictio et ingratitudo in Deum meretur, ut ne ea quidem accipiat, quæ vellet accipere. Quare debet potius animi sinum dilatare, ut quam maxime possit, sese cum Deo conjungere, et quam maxime ab eo ditari thesauris istis cœlestibus desideret.

Mirum in modum (verba sunt S. Ignatii) juvatur qui suscipit exercitia, si magno animo atque liberali accedens, totum studium et arbitrium suum offerat suo Creatori, ut de se suisque omnibus id statuat, in quo ipsi potissimum servire possit juxta ejusdem beneplacitum.

Hæc vero liberalitas erga Deum duo continet, quæ exercitans ex corde puro et simplici petere debet semper: 1°) ut intellectu quam copiosissime illustretur circa vitam suam et officia sua, et 2°) ut voluntate omne illud exsequatur, quod faciendum cognoverit. Dicat ergo ex una parte: „Domine, quid me vis facere“; ex altera parte, „Domine, doce me facere voluntatem tuam“. Quæ duplex oratio valde est necessaria; licet enim Deus non sit instar heri morosi, qui, cum voluntatem suam clare manifestare dedignetur, nihilominus irascatur servo, si quando illam divinando non assecutus sit; tamen, quia sæpe alias vel agnoscere Dei voluntatem noluimus, vel agnitam sequi aut contempsimus aut neglеximus, merito instandum est orationi, non sine deprecatione præteritæ nostræ seu cæcitatis, seu negligentiæ, seu etiam contumaciæ.

Ad conservandum et alendum fructum in his sacris exercitiis conceptum hæc potissimum commendantur 1°) ut retineat *usum meditandi* quotidie fer-

venter per dimidiam horam, aut etiam per integram horam, si fieri poterit, ad amussim infra (pagina 66.) traditam; 2°) ut quotidie faciat utrumque examen conscientiæ ad amussim infra (pag. 84.) traditam; 3°) ut octavo aut saltem decimo quinto quoque die confiteatur et communicet; 4°) ut eligat aliquem confessarium stabilem, eumque accipiat ut ducem spiritualis itineris, et cum eo tractet omnia, quæ ad animam suam pertinent; 5°) ut curet proficere quotidie in virtutibus præsertim in humilitate, mansuetudine patientia et caritate; 6°) ut bene observet omnia, quæ supra in instructione quarta (pag. 27) commendata sunt.

Ordo diurnus tempore exercitationum.

(qui mutatis pro locorum circumstantiis mutandis facile servari potest.)

Prima die: Matutino et Laudibus ab iis, qui jam in ordinibus sacris sunt constituti, pro crastina die privatim recitatis, vespere hora statuta omnes ad signum campanæ convenient in ecclesiam ubi, exposito SS. Sacramento, recitabitur Hymnus Veni Creator, dabiturque Benedictio. Tum incipiet consideratio de recte peragendis exercitiis. Hora cœnæ et reliqua erunt ut ceteris diebus.

Reliquis diebus:

Hora	5	Surgitur. Preces matutinæ.
„	5 1/2	Meditatio (ad normam pag. 66. positam).
„	6 1/2	Examen meditationis (cfr. pag. 72.) et annotatio fructus, in cubiculo.
„	6 3/4	Tempus liberum.
„	7	SS. Missæ sacrificium.
Hora	7 1/2	Jentaculum: dein tempus liberum.
„	8 1/4	Horæ minores (vel Rosarium et Litaniæ SS. Nominis Jesu).
„	8 3/4	Tempus liberum.
„	9	Meditatio.

„ 10 Examen meditationis et annotatio fructus.
„ 10 1/4 Visitatio Sanctissimi.
„ 10 1/2 Consideratio status animæ, vel Lectio communis.
„ 11 3/4 Examen conscientiæ generale et particulare.
„ 12 Prandium, dein pia animi relaxatio in silentio et suavi communicatione cum Deo.
„ 1 1/2 Lectio ex Imitatione Christi.
„ 2 Vesperæ et Completorium (vel Rosarium et Litaniæ Lauretanæ); dein tempus liberum.
„ 3 Instructio vel meditatio; dein tempus liberum.
„ 4 1/4 Matutinum et Laudes (vel Officium de immaculata Conceptione B. M. V.); dein tempus liberum.
„ 5 1/2 Meditatio.
„ 6 1/2 Examen meditationis.
„ 6 3/4 Cœna; dein relaxatio animi (in silentio).
„ 7 1/2 Cantatur Miserere et datur Benedictio.
„ 8 1/2 Puncta meditationis crastinæ. Preces vespertinæ. Examen conscientiæ.
„ 9 Decubitus.

Notanda. 1° Bene intelligant exercitantes, tempus liberum (i. e. cui nullum exercitium in ordine diurno assignatum est) rebus spiritualibus esse impendendum. Fit v. g. præparatio ad Confessionem tempore exercitiorum instituendam. Commendatur, ut hoc tempore quivis mente repetat, quæ prius in meditatione consideravit, quo altius infigantur, aut etiam scripto notet, quæ in meditatione maxime animum ad meliora stimularunt, aut quæ statuit in posterum observare. Serio inquirantur media, quibus hoc, vel illud vitium exstirpari, hæc, vel illa virtus acquiri possit. — Commendatur oratio et frequens SS. Sacramenti visitatio. — *Pia lectio, si* instituatur,

cum ea materia conveniat, quæ eadem hora aut die consideranda venit. — Verbo, semper aliquid pie agatur, ut „particula boni doni non te prætereat"; omnia tamen suaviter et absque capitis contentione fiant. 2° Tempore exercitiorum examen „particulare" fit ad tollendos defectus et negligentias circa exercitia et additiones (in hac pag.) 3° Silentium religiose tota die servandum est. 4° Curent omnes, ut tempore possint adesse in exercitiis communibus. 5° Non licet scribere sub præparatione meditationis, neque sub meditatione et conferentia. 6° Non licet deambulare in musæo, ne alii turbentur. 7° Officium divinum alternis choris recitatur in ecclesia. 8° Confessio institui potest quacumque hora, excepto tempore Missæ, præparationis ad meditationem, meditationis et conferentiæ. 9° Ultima die fit Communio generalis. 10° Si qua exemptio necessaria sit, facultas petitur a præside exercitiorum, cujus est, sollicite curare, ut omnia ab omnibus ex ordine fiant.

Materiæ examinis particularis tempore exercitiorum spiritualium.

1° An tædium et teporem, si occurrit, strenue excussi?

2° An omnem dissipationem sedulo fugi?

3° An silentium stricte observavi?

4° An a risu abstinui?

5° An modestiam, præsertim oculorum, observavi?

6° An puncta meditationis attente audivi?

7° An vespere, post cubitum, ante somnum breviter cogitavi de meditatione.

8° An expergefactus exclusis aliis cogitationibus de eadem cogitavi, et illa mihi proposui, quæ in præludiis mihi proposita erant?

9° An immediate ante meditationem animum paulisper ad Deum elevavi?

10° An in meditatione servavi decentem corporis situm?

11° An totum tempus in meditatione explevi?

12° An serio et constanter animum applicavi?

13° An in colloquiis præsertim reverentiam et fervorem adhibui?

14° An attente feci reflexionem post meditationem?

15° An lumina et proposita breviter notavi?

16° An non legi res non pertinentes ad meditationem?

6. De recollectione hebdomadaria et menstrua.

Ad fervorem spiritus conservandum et augendum plurimum confert serius usus recollectionis hebdomadariæ et menstruæ. Utriusque praxis pene eadem est et quidem perfacilis, quæ etiam ab occupatissimo quoque absque ulla fere temporis jactura usurpari potest.

Recollectio hebdomadaria brevior est, et institui potest vel die Sabbatino, vel Dominico; in eaque discutitur profectus examinis particularis; præsens hebdomas cum præterita confertur; deinde examinatur, quomodo te gesseris erga Deum in caritate et devotionis exercitiis, erga superiores et coalumnos quoad caritatem et benevolentiam, erga te ipsum quoad temperantiam, humilitatem, patientiam, resignationem, et operum ordinariorum perfectionem; denique excitatur dolor de defectibus, cum emendationis proposito et petitione gratiæ.

Recollectio menstrua paulo prolixior est, et plusculum temporis requirit; ideoque institui potest ultimo aut primo die mensis, *vel primo* Dominico, aut festivo *die minus impedito*, atque hæc ante eam

præmitti solent: 1°) Pridie vel ipso die recollectionis assumenda materia aliqua recollectioni aut necessitati spirituali accomodata, v. g. de stimulis proficiendi, de brevitate et pretio temporis, de æternitate, de beneficiis divinis, de virtutibus et vitiis, de industriis cavendi peccata, et quævis alia meditatio facile huc trahi potest. 2°) Lectio aliqua aut considerato renovationi spiritus apta, ut de modo ferventer progrediendi in via perfectionis, ejusque mediis efficacibus ac motivis 3°) Ante et post Ss. Communionem ferventius institutam, desideria Christo offerenda, gratia æque et benedictio enixe petenda.

Ut cum fructu majore hæc recollectio fiat, per modum meditationis vel considerationis ejus finis serio expendendus, qui est: 1°) Continuus progressus in via perfectionis, securior migratio ex hac vita, et major gloria in altera. 2°) Major proximorum ædificatio, incrementum gratiæ et gloriæ eorumdem. 3°) Major inde emergens Dei gloria. 4°) Expendi quoque potest recollectionis hujus dignitas ob fines adeo excellentes, necessitas, ob fragilitatem nostram semper deorsum vergentem, utilitas et suavitas ob fructus copiosos serenitatis conscientiæ, gratiæ in vita, solatii in morte, lætitiæ et gloriæ in æternitate; denique modus adeo facilis, simulque tam efficax, quia sine temporis dispendio, et tanto spiritus compendio instituitur.

In ipsa recollectione I. expende, quem mense elapso profectum facere debueris, tanto Dei amore, beneficiisque præventus; quem vero feceris? Ac 1°) quomodo te gesseris erga Deum; utrum magis eum diligas, quam præterito mense? majore reverentia in ejus præsentia ambules in omni actione, in conversatione, in recreatione? 2°) num majore pietate, devotione, accuratione, et fervore meditationem, Missam, officium, preces, aliaque exercitia obiveris? 3°) quo-

modo creveris in profectus desiderio, in fervore et resignatione? Si defectus inveneris, contritionem elice et meliora propone.

II. Expende, quomodo te mense elapso gesseris cum proximo tuo, cum externis et coalumnis, etiam cum illis, a quibus aversionem sentis, vel offensus es; num eos sincero et dulci amore prosequaris, eumque ore, vultu, signo, et re ipsa demonstraveris, amice illos alloquendo, consolando, compatiendo, opera caritatis, velut ipsi Christo, exhibendo, bene de illis loquendo, defectus excusando, bona eorum laudando.

III. Expende, qua ratione te habueris erga Superiores; num præstiteris iis: 1°) debitum amorem, reverentiam et honorem; 2°) promptam obedientiam absque excusatione.

IV. Expende et inspice teipsum, an melior sis 1°) quoad minuendum peccatorum numerum, et gravitatem. Unico id intuitu videbis, si in tabella menses duodecim lineis totidem distinxeris, atque in ea lapsus examinis particularis, aliosque notabiliores, vel indies, vel saltem in fine hebdomadis annotaveris; 2°) quoad passiones refrænandas; 3°) quoad modum bene faciendi opera ordinaria; 4°) quoad fervorem in operando; 5°) quoad minorem fugam adversitatum, et sensum earum; 6°) quoad magis proficiendi desiderium; 7°) quoad observationem domus statutorum; 8°) quoad modestiam in vultu, verbis, vestitu, conversatione; 9°) quoad curam corporis, et temperantiam in victu vestitu, habitatione, ludo, studio. Nec omitte dispicere, num proposita in exercitiis annuis, et in recollectione præcedente concepta, exsecutioni data sint. Denique dolorem elice, iterum propone, gratiam pete, ac dispice et patrem spiritualem interroga an materia examinis particularis sit mutanda, et quænam mense sequenti assumenda. *(Cfr. instructio 8.)*

7. De oratione.

a. De oratione in genere.

Inter omnia Evangelii præcepta vel consilia
lum est aliud, ad quod toties, ac tot repetitis v
tantoque affectu adhortatur Apostolos suos Chri
atque ad orandum, nimirum tanquam ad rem pe
gni momenti, et in qua versatur cardo tranquil
veræ christianæ vitæ, atque adeo totius saluti
stræ. Sed quando longum esset, omnes Scrip
sententias, in quibus exigitur ut oremus, singul
recensere, suffecerit vel una, et quidem ea, qu
apud Lucam (18. 1.) ubi Dominus adducturus pa
lam de judice iniquo et vidua, dixit discipulis
„oportet semper orare, et non deficere.“ Que
cutus Apostolus, discipulus videlicet magistrum,
sine intermissione orare. — Nam cum tota vita n
omnibus horis exposita sit innumeris pene afflict
bus, periculis, adversitatibus, ac tentationibus,
que nobis quotidie pugna instituenda sit cum inf
crudelibus ac conjuratis hostibus, nempe m
carne, et crudelissimis dæmonibus, qui nos se
circumstant, nosque a dextra et læva, a fronte pa
et a tergo oppugnant, ac mille artibus et impos
seducere, et in exitium pertrahere moliuntur,
sumus jam nostra natura in vitia adeo procl
adeoque ad resistendum imbecilles), opus est ju
Dominum oratione, ut nos respicere, juvare, tue
in omnibus dirigere, et docere dignetur. Quid
possumus sine auxilio Dei? aut quomodo ille
liabitur non invocatus? Invocatus autem quid
negare poterit, qui toties jubet orare, et recte
tibus promittit exauditionem? Petite, inquit, e
bitur vobis, quærite, et invenietis, pulsate, et aper
vobis. Omnis enim, qui petit, accipit, et qui qu
invenit, et pulsanti aperietur.

Jam ad orandum nos aperte incitant exempla Christi et Sanctorum omnium. Nam Christus Dominus, cujus omnis actio nostra instructio est, quamvis solus absque ullo nævo innocens foret, tamen ut exemplum nobis in se præberet assidue et efficaciter precandi, frequentissime ad orandum secessit pernoctando etiam in oratione, teste S. Luca. Quæ igitur ignavia nostra, quis stupor, aut improbitas, non facere nos, quod ad nostram eruditionem fecit Dominus et Magister noster? nos, inquam, qui in peccatis concepti, vivendo adhuc peccata peccatis cumulantes, quovis momento divino auxilio indigemus?

Quid autem commemorem Sanctos Dei, qui nobis propositi sunt in exempla rerum agendarum? His enim solemne erat, cum in terris vitam agerent, ut in omni necessitate ad orationem, velut ad unicum solatium, remedium, et asylum confugerent, quidvis sperantes se precando posse impetrare. Nam si quid auspicari vellent, quod salutare ac faustum esse cuperent, ab oratione auspicabantur, quo Deo cœptis eorum aspiraret. Si rebus necessariis indigebant, si in negotiis arduis et perplexis, sapientia, judicio, et ingenio opus esset, oratione a Deo impetrabant. Si faciendum erat opus (quod sine gratia et invocatione Domini nequit succedere) oratione impetrabant successum, incrementum et benedictionem. Si periculum adeundum, si rapiebantur ad carceres, ad supplicia, ad mortem, oratione impetrabant spiritum fortem et imperterritum. Si diutius perseverandum erat in adversis, oratione obtinebant constantiam et patientiam imo liberationem frequenter et salutem. Porro si Deum peccatis populi offensum irasci animadvertebant, et proinde fore timebant, ne justo judicio manus Domini sæviret in populum, oratione justam iram Dei *avertebant, Dominumque* placabant. *Breviter in difficilibus periculis, in* magnis et gravibus

tentationibus, atque in omni, ut dixi, necessitate, ad orationem, veluti ad sacram anchoram Sancti festinabant; et quo major erat adversitas, eo vehementius orationi insistebant.

Postremo invitat nos ad orandum, non tantum orationis utilitas ac necessitas, non modo Christi, ac Sanctorum omnium exempla, sed imprimis orationis dignitas. Quid enim aliud est oratio, quam familiare colloquium cum Deo? summæ autem dignitatis est hominem, qui pulvis et cinis est, cum Deo colloqui, atque ad ipsum quovis loco ac tempore liberum habere aditum, illique omnes angustias animi tuto exponere atque aperire. Proinde nihil præstantius, nihil homini christiano utilius, quam precari Deum, quo nimirum exercitio olim crevit, propagata, collecta, et constabilita est ecclesia sancta, et religio catholica. Id quod et Acta Apostolorum, et S. Pauli Epistolæ liquido demonstrant. Erat enim tunc, si unquam alias, sæculum prorsus aureum, dum calente adhuc Sanguine Christi, religio quotidie latius diffundebatur, florebat, vigebat, dum populus, etiam laicus, totus addictus Deo, semper versabatur in laudibus divinis, et gratiarum actione, assidue videlicet, et quidem cum alacritate, et devotione spiritus, orando et obsecrando Deum, idque domi et foris, adeoque inter epulas, et inter opera manuum. Vidisses tunc artificem in officina operantem, se suamque salutem precando Deo commendare. Idem factitabat arator ad stivam, nauclerus ad clavum, nauta ad remum, fossor ad glebam, textor ad stamen, uxor ad colum, servus denique ad heri negotia amandatus. Usque adeo omnia perstrepebant laudibus divinis.

Qui mos longe omnium probatissimus, utinam (donante Christo) hoc nostro sæculo corruptissimo, quo et caritas refrixit, et timor Domini pene sublatus est, *peritque et modo* non exstinguitur divinus cultus, ali-

quando in usum revocetur, ut et saltem nos clerici majorum vestigia imitantes, nihil tentemus, nihil moliamur, neque transigamus, sine numinis divini imploratione. Quo rerum statu redirent nimirum tempora tranquilla et felicia, quæ nunc habemus plus quam tragica et exulceratissima, tot morum corruptelis, tot opinionum morbis, tot sectis divisa atque distracta. His accedit, quod jam annis aliquot tot morborum ac pestilentiarum generibus afflicti simus, ut luce (quod ajunt) clarius perspiciamus facile, Deum graviter peccatis nostris offensum, tum correctioris vitæ meritis, tum piis votis, sanctisque precibus necessario nobis placandum esse.

Quod si in primis vita nostra in melius emendata, perfecta fide, ferventer et perseveranter fecerimus, in spem magnam indubitatamque erigimur, rem christianam jam undique convulsam pristinæ suæ dignitati aliquando in integrum restitutum iri, et nos in christiana pace, et concordia fidei viventes, optata omnia a patre cœlesti consecuturos non ipsam tantum remissionem peccatorum, sed etiam liberationem ab omni malo, gratiam, robur et constantiam, omnes virtutes nobis necessarias, ac tum ipsam denique vitam beatam et immortalem.

Porro, cum dictum jam sit, quæ nos ad orandum incitare debeant, me operæ pretium facturum putavi, si huc quoque adjicerem tum quanta sit orationis virtus et efficacia, tum quæ requirantur, ut vere sit utilis et efficax.

Oratio purgat animam a peccatis, pœnam peccatis debitam submovet, præteritas negligentias sarcit, divinam gratiam impetrat, pravas concupiscentias extinguit, passiones animi domat, tentationes superat, hostes prosternit, calamitates lenit, mœrorem pellit, lætitiam infundit, pacem conciliat, hominem Deo conjungit, conjunctum Deo ad æternam gloriam sublevat.

Oratione Elias Propheta trium annorum et se mensium sterilitatem, item pluviam rursus et fertil tatem a Deo obtinuit, Moyses vicit Amalecitas, S muel vicit Philistæos, Daniel inter leones exsulta tres pueri in fornace tripudiant, Jonas e ventre ce liberatur, Ezechias e gravi morbo convalescit, solvu tur vincula Petri; visum cæcis, gressum claudis, san tatem ægrotis, mortuis vitam discipuli Christi rest tuerunt; publicanus Evangelicus peccatorum venia impetrat, in cruce distentus latro paradiso donatu moriens in cœlum suscipitur beatus Stephanus.

Jam vero ut oratio utilis sit et efficax, aliquibu conditionibus instructa sit oportet; quæ quo majori i gradu eam exornant, efficaciorem quoque reddunt ea et sanctiorem; ante omnia autem fieri debet in fide, u nimirum certo credamus Deum Patrem nostras audir orationes, ac perspectam habere nostram necessitaten ipsum denique posse, et velle nobis donare, quod juxt voluntatem ipsius petitur, ut cum Propheta David ver dicere possimus: „Oculi mei semper ad Dominum, quo niam ipse evellet de laqueo pedes meos.“ *(Ps. 24. 15.* Hac enim opus esse fide inter multa Scripturæ sacra testimonia, vel hoc uno luculenter satis ostendit B. Ja cobus: „Si quis (inquit) vestrum indiget sapientia, po stulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non im properat, et dabitur ei. Postulet autem in fide nihi hæsitans; qui enim hæsitat, similis est fluctui maris qui a vento movetur et circumfertur: non ergo existi met homo ille quod accipiat aliquid a Domino“ *(Ja cob. 1. 5-8.).* Qui hæsitat, ideo nihil accipit, quia non es animo constanti firmo et tranquillo, quo fit, ut gratia cœlestis haud possit illi se insinuare, quemadmodun unda maris, quando vento movetur ac circumfertur non facile formam ullam recipit.

Præter fidem, qua credimus Deum posse et velle præstare, quod juxta ipsius voluntatem petitur, opus

est etiam spe ac fiducia, qua certo quod petimus, exspectemus, quaque promissam Dei gratiam quodammodo nobis vendicemus, qui cum omnipotens sit, præstare potest quod promisit, et cum verax sit, quod promisit, præstat; promisit vero se preces nostras exauditurum. Petite et dabitur vobis. *(Matth. 7. 7.)* Omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis. *(Marc. 11. 24.)* Omnis qui petit accipit. *(Luc. 11. 10.)* Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. *(Joan. 16. 23.)*

De quibus verbis, licet grande sit nefas dubitare, nimirum a Christo, qui est ipsa æterna Veritas, pronunciatis, videmus tamen non paucos, qui in spem certam suas a Deo preces exaudiri, assurgere non queant. Id quod ipsis hinc evenit, quod non ex animo avertant se a peccato, unde vivens in animo peccandi affectus, velut nubes obsistit, ne ad Deum oratio eorum transeat.

Confirmat hæc Propheta regius. „Iniquitatem (inquit) si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus;" *(Psal. 65. 18.)* et Isaias „cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis; et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam; manus enim vestræ sanguine (id est crassis peccatis) plenæ sunt." *(Is. 1. 15.)* Scimus quia peccatores Deus non audit. *(Joan. 9. 31.)* Peccatores hic intellige, qui ex animo non dolent, quod Deum offenderint, qui vitam suam corrigere nolunt, sed in peccatis obstinati perseverant. Ceterum qui agnoscunt in quibus sint malis, et cupiunt ab his liberari, idque toto pectore Deum orant, adeo non repelluntur a Deo, ut suavissime etiam invitentur. Venite (inquit) ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos. Et apud Prophetam Isaiam: „Omnes sitientes venite ad aquas, et qui non habetis argentum, (hoc est ulla merita bonæ vitæ) properate, emite et comedite; *venite*, emite absque

argento." *(Is. 55. 1.)* Quibus verbis declaratur, quam sit ipsius Dei parata voluntas ad exaudiendum et recipiendum in gratiam peccatorem jam toto corde resipiscentem; quem locum pusillanimus quilibet, ut hinc fiduciam concipiat, debet sibi proponere.

Oratio, ut cœlos penetret, inflammari debet ardore caritatis, Dei scilicet et proximi. Caritas erga Deum requirit, ut mandata ejus observemus, quemadmodum id Christus ipse docet. Qui habet (inquit) mandata mea, et servat ea, ille est, qui diligit me. *(Joan. 14. 21.)* „Carissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, et quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus custodimus, et ea, quæ sunt placita coram eo, facimus. *(I. Joan. 3, 21. 22.)* Ad caritatem vero erga proximum primo pertinet, ut acceptam ab eo injuriam libenter ac facile condonemus, monente nos ita Christo Domino: Cum stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis adversum aliquem, ut et Pater vester, qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra. Ad hæc accedat oportet, ut proximorum incommodis indolentes pro ipsis non secus ac pro nobis solliciti supplicesque Deum obsecremus. „Orate pro invicem, ut salvemini", *(Jac. 5, 16.)* et „Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, etc. *(I. Tim. 2, 1.)* Breviter, huc spectat, ut misericordiæ operibus, tum corporalibus, tum spiritualibus jugiter insistamus. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. *(Matth. 5, 7.)* Et ad Tobiam vox Angeli est: Bona est oratio cum jejunio, et eleemosyna etc. *(Tob. 12, 8. 9.)* Quæ duo tanquam indivisos comites orationi adjunctos, in sacris literis passim reperimus, unde et inefficax (ut rectissime dictum est a B. Cypriano) petitio est: cum precatur Deum sterilis oratio.

Eorum, quæ a Deo petuntur duplex omnino genus est. Nam quædam ad Dei gloriam seu honorem nostramque salutem promovendam pertinent; cujusmodi sunt virtutes, fides, spes, caritas, gratia, peccatorum remissio, et cetera id genus, quæ confidenter citra ullam exceptionem a Deo expetenda sunt. „Hæc est fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos. *(I. Joan. 5, 14.)* Alia vero adiaphora sunt, seu indifferentia, divitiæ, honores, dignitates, sanitas, pax, aëris temperies, et similia, corporis, vitæque præsentis commoda, quæ sub hac conditione appeti debent, quatenus Dei gloriæ, nostræque aut proximorum saluti conducunt, serviuntque; alioquin enim merito nobis respondebitur, quod Zebedæi filiis adhuc carnalibus: Nescitis quid petatis,“ aut illud Jacobi Apostoli, „Petitis, et non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiscentiis vestris insumatis.“ Cum igitur hujusmodi aliquid petimus, quod an Deo placeat ignoramus, hoc vel simili modo oremus oportet: Domine, si mihi, quod peto, non conducat, fiat in omnibus tua sancta voluntas.

Luculenter nos docent Scripturæ sacræ testimonia, externum illum corporis gestum ac habitum, in orando supplicandoque Deo adhiberi solitum, Deo imprimis (si absit hypocrisis) gratum, nobis vero, ut exaudiamur, apprime utilem ac pene necessarium esse. — Salomon Rex Israeliticæ gentis inclytissimus, in dedicatione templi fixis in terra genibus extensisque ad cœlum manibus orasse legitur. Moyses item ejusdem populi dux et imperator, pugnante populo, manus in altum ad lassitudinem usque sustulit. Propheta Daniel: Posui (inquit) faciem ad Dominum Deum meum rogare et deprecari in jejuniis, sacco et cinere. Sic Ninivitæ jejunarunt, induti sunt saccis a majore usque ad minorem. Rex ipse de solio suo descendens, *abjecto vestimento* induitur sacco,

sedensque in cinere, elamavit ad Dominum, qui misertus est ejus. — Apostolus Paulus, flecto (ait) genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi; B. Jacobo Apostolo genua ob orandi studium et assiduitatem in morem camelorum occalluisse testantur Chrysostomus, Eusebius et alii. Publicanus Evangelicus, apud Lucam a longe stat, pectus tundit, nec ad cœlum oculos audet tollere. — Ipse Christus Dominus nunc sublevatis in cœlum oculis, nunc in terram procidens orasse legitur. Placent igitur Deo piæ hujusmodi ceremoniæ, quæ citra hypocrisin ex animi vel humilitate vel pietate proficiscuntur.

Oportet, etiam ut in humili spiritu oremus, videlicet mentis nostræ impuritatem agnoscentes, nos in oculis Dei vere miseros, pauperes, ac nudos esse fateamur, nec in fortitudine, viribus aut divitiarum multitudine gloriemur; hujusmodi enim humilium oratio semper placuit Deo. Unde et Scriptura hanc spiritus humilitatem multis testimoniis commendat. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. *(Eccli. 35, 21.)* Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum et contritum spiritu. *(Isaiæ 66, 2.)* Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde et humiles spiritu salvabit. *(Psal. 33, 19.)* Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies. *(Psal. 51, 19.)* Respexit in orationem humilium, et non sprevit precem eorum *(Psal. 101, 18.)* Exauditionis igitur spem, non in nostræ innocentiæ, aut bonæ operationis reponamus fiducia, cum nemo sit innocens, qui justificari queat in conspectu Domini; sed propriam agnoscamus indigentiam et imbecillitatem, et humiliter confitentes peccata nostra, Dei bonitatem et misericordiam imploremus, memores Pharisæum sua bona jactantem, reprobatum, publicanum vero agnoscentem et proferentem delicta, et Dei misericordiam flebili voce implorantem, justificatum descendisse de templo.

Jam præter superiora omnia, vel inprimis opus est in orando Deum fervore spiritus, ut nimirum ea, quæ petimus, attento animo, magno cordis affectu, ardentique fervore ac voto petamus. Non enim exaudit Deus preces frigidas, segnes et oscitantes, quæque summis duntaxat labiis admurmurantur. — Affectus est, piumque animi votum ac desiderium, quod Deum movet ac flectit, non vocis clamor, prolixa loquacitas, aut inanis ille labiorum strepitus. Nam cum Deus spiritus sit, spirituali cultu, ardentique cordis affectu ac desiderio, et in veritate, citra omnem fucum, hypocrisin, aut laudis humanæ respectum adorari ac coli debet. Atque hoc illud est, quod Christus jubet orare Patrem in abdito cubiculo, occlusis foribus, hoc scilicet a nobis exigens, ut oraturi inutiles omnes cogitationes, quæ orationis quietem interturbant et nostram attentionem mentisque in ipsum Deum elevationem impediunt, omni studio et diligentia excludentes ad solum Deum respiciamus, neminemque nisi nos ac Deum, peccata nostra et Dei bonitatem consideremus. — Id porro futurum est, si exemplo publicani attendamus magnitudinem, potentiam, ac majestatem ejus, quem alloquimur, tum in quibus ipsi versemur malis, quæ simul juncta, humilitatem nos erudiunt, mentem congregant, phatasmata pellunt Deum flectunt, orantemque reddunt exaudibilem. Recte igitur monet Hebræus ille Sapiens: „Ante orationem præpara animam tuam, et noli esse quasi homo, qui tentat Deum.“ *(Eccli. 18, 23.)*

Ut jam quod petimus a Patre cœlesti obtineamus, opus est animi constantia, et orandi assiduitate. Diffidentiæ enim proximum est, cum semel aut iterum quod petimus non accipientes, mox velut delassati, aut desides ab orationis instantia resilimus; unde Servator noster Christus, ut ad hanc assiduitatem nos provocaret, jussit nos *semper orare et* non deficere.

sedensque in cinere, clamavit ad Dominum, qui misertus est ejus. — Apostolus Paulus, flecto (ait) genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi; B. Jacobo Apostolo genua ob orandi studium et assiduitatem in morem camelorum occalluisse testantur Chrysostomus, Eusebius et alii. Publicanus Evangelicus, apud Lucam a longe stat, pectus tundit, nec ad cœlum oculos audet tollere. — Ipse Christus Dominus nunc sublevatis in cœlum oculis, nunc in terram procidens orasse legitur. Placent igitur Deo piæ hujusmodi ceremoniæ, quæ citra hypocrisin ex animi vel humilitate vel pietate proficiscuntur.

Oportet, etiam ut in humili spiritu oremus, videlicet mentis nostræ impuritatem agnoscentes, nos in oculis Dei vere miseros, pauperes, ac nudos esse fateamur, nec in fortitudine, viribus aut divitiarum multitudine gloriemur; hujusmodi enim humilium oratio semper placuit Deo. Unde et Scriptura hanc spiritus humilitatem multis testimoniis commendat. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. *(Eccli. 35, 21.)* Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum et contritum spiritu. *(Isaiæ 66, 2.)* Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde et humiles spiritu salvabit. *(Psal. 33, 19.)* Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies. *(Psal. 51, 19.)* Respexit in orationem humilium, et non sprevit precem eorum *(Psal. 101, 18.)* Exauditionis igitur spem, non in nostræ innocentiæ, aut bonæ operationis reponamus fiducia, cum nemo sit innocens, qui justificari queat in conspectu Domini; sed propriam agnoscamus indigentiam et imbecillitatem, et humiliter confitentes peccata nostra, Dei bonitatem et misericordiam imploremus, memores Pharisæum sua bona jactantem, reprobatum, publicanum vero agnoscentem et proferentem delicta, et Dei misericordiam flebili voce implorantem, justificatum descendisse *de templo.*

Jam præter superiora omnia, vel inprimis opus est in orando Deum fervore spiritus, ut nimirum ea, quæ petimus, attento animo, magno cordis affectu, ardentique fervore ac voto petamus. Non enim exaudit Deus preces frigidas, segnes et oscitantes, quæque summis duntaxat labiis admurmurantur. — Affectus est, piumque animi votum ac desiderium, quod Deum movet ac flectit, non vocis clamor, prolixa loquacitas, aut inanis ille labiorum strepitus. Nam cum Deus spiritus sit, spirituali cultu, ardentique cordis affectu ac desiderio, et in veritate, citra omnem fucum, hypocrisin, aut laudis humanæ respectum adorari ac coli debet. Atque hoc illud est, quod Christus jubet orare Patrem in abdito cubiculo, occlusis foribus, hoc scilicet a nobis exigens, ut oraturi inutiles omnes cogitationes, quæ orationis quietem interturbant et nostram attentionem mentisque in ipsum Deum elevationem impediunt, omni studio et diligentia excludentes ad solum Deum respiciamus, neminemque nisi nos ac Deum, peccata nostra et Dei bonitatem consideremus. — Id porro futurum est, si exemplo publicani attendamus magnitudinem, potentiam, ac majestatem ejus, quem alloquimur, tum in quibus ipsi versemur malis, quæ simul juncta, humilitatem nos erudiunt, mentem congregant, phatasmata pellunt Deum flectunt, orantemque reddunt exaudibilem. Recte igitur monet Hebræus ille Sapiens: „Ante orationem præpara animam tuam, et noli esse quasi homo, qui tentat Deum.“ *(Eccli. 18, 23.)*

Ut jam quod petimus a Patre cœlesti obtineamus, opus est animi constantia, et orandi assiduitate. Diffidentiæ enim proximum est, cum semel aut iterum quod petimus non accipientes, mox velut delassati, aut desides ab orationis instantia resilimus; unde Servator noster Christus, ut ad hanc assiduitatem nos provocaret, jussit nos *semper orare* et non deficere.

Et hunc secutus B. Paulus. „Sine intermissione (inquit) orate.“ Et alibi „orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione“, ut nimirum orationis improbitate obtineatur, quod meritum non valet; ad exemplum illius viduæ apud S. Lucam, quæ judicis duritiam, nec Deum, nec hominem verentis, tamen orationis instantia, et quadam veluti importunitate devicit. Quin et ipsius Christi exemplum, hanc perseverantiam vel maxime commendat, quem prolixius orasse, ac interdum in oratione pernoctasse testatur S. Lucas.

Ejus igitur doctrinam et exemplum sequentes perseveremus oportet in petendo, et orationi semper intenti ejus copiosum fructum consequi merebimur. Si non primo, secundo, nec item tertio præstetur id, quod petimus, non licet desistere. Qui enim dixit: Petite et dabitur vobis, omnino dabit quod promisit, si ut accipiamus, expediat. Quamobrem dilationem Domini patienter ferentes voluntati ejus nos totos permittamus, nec tempus certum, nec auxilii modum illi præscribamus. Nam et protrahit interdum Deus vota nostra, 1° ut probet et exerceat fidem, patientiam, longanimitatem, et perseverantiam postulantium, quibus probatis utilius et cumulatius postea tribuat, et magnificentius coronet; 2° ne apud imperitiam nostram ac inconsiderantiam vilescat, quod levi opera sit impetratum, sed ut munus diu desideratum, et quasi emptum caro, tum magnifaciamus, tum cautius conservemus; 3° sæpenumero Deus differt, quæ petimus, dare, non quia velit nos præterire, sed ut cunctatione donandi, assiduitatem orandi perpetuam doceat. Sic enim et liberorum amantes patres, in liberos negligentes se gerunt, quos ad lusus pueriles currentes, sæpe magnis promissis apud se retinent.

Hæc fere sunt, quæ de recte orandi modo ac ratione operæ pretium duximus admonere pluribus for-

Rodericius, Ludovicus de Ponte et alii.

b. De oratione vocali.

ssitas omnibus communis orandi, etiam vo-
ne, eruitur 1° ex obligatione, quam quisque
Dei gloriæ inserviat tam corpore, quam spi-
it totus homo Dominum Deum laudet, qui
ninem condidit, atque totum quotidianis be-
eramanter cumulat. — In hunc præsertim
as nobis contulit loquelam, ut ea in laudem
etur sui conditoris; ut, semper laus Domini
nostro. — Eruitur hæc necessitas 2° ex sum-
entia gratiarum Dei, quæ nonnisi oratione
e obtinentur. Quamquam enim orare possi-
ıpetrare etiam solo spiritu et mente; tamen
ıgruum est, ut homo etiam voce et lacrymis
ricordiam imploret; et ut illa pars hominis,
ficiorum Dei est particeps, ad ea obtinenda
t; hinc Christus Dominus non solum spiritu
ı ore nos docuit orare et gratias a Deo pe-
n suo exemplo „transeat a me calix iste,“

tuti sunt, canonicas horas recitare tenentur; ut sicut in cœlis assidue ab Angelis, ita et in terris a religiosis hominibus, veluti Angelorum æmulatoribus, laudetur Deus. Illi vero clerici, qui ad horas canonicas nondum obligantur et paucas tantum vocales orationes, præsertim in communi, recitandas habent, oportet, ut saltem illas accurate ac peculiari reverentia, attentione ac devotione recitent, ut sit sacrificium laudis Deo acceptum.

Summa efficacia orationis ad impetrandas a Deo quaslibet gratias saluti nostræ congruas, de qua supra fusius sumus locuti, ostendit summam etiam orationis vocalis utilitatem. Esto enim, a fervore præsertim voluntatis moveatur Deus ad concedenda quæ petimus; tamen, præterquam quod oratione vocali fervor ille internus alitur et augetur, vox ipsa certe ad impetrationem aliquo modo concurrit; nam informat ac complet devotam illam petitionem, cui omnia bona promisit Dominus: „petite et accipietis, pulsate et aperietur vobis." — Insuper valde utilis est oratio vocalis propter ejus excellentiam, cujus causa plurimum confert ad divinum cultum, cum animæ nostræ sanctificatione, promovendum. Psalmi enim sanctis viris a Deo inspirati sunt, quia sic Deus laudari voluit; oratio Dominica a Christo Domino instituta est, ut nos doceret, quid petere a Deo, ac sperare debeamus; Angelica salutatio partim ab Archangelo Gabriele, partim a S. Elisabeth, partim ab ecclesia composita, magnas B. V. M. ejusque Filii laudes continet; Symbolum Apostolicum sanctæ fidei mysteria comprehendit, eademque devote recitantibus exercitium sublimissimæ fidei promovet; ceteræ demum orationes vel ab ecclesia catholica, vel a sanctis viris compositæ, spiritu Dei plenæ, devotionem nobis mirifice inspirant, et ad sanctificationem nostram conferunt. — Orationi vocali plures sæpenumero gratiæ præsertim spirituales adnecti

tur; quia nonnisi tali modo orantibus promittun-r. Suffragia pro animabus fidelium defunctorum iam adnectuntur; imo ad indulgentias fere omnes randas, unum ex requisitis solet esse oratio vocalis. En quantæ utilitatis sit; modo ea, qua par est, de-tione recitetur.

Ad praxim quod attinet, quemadmodum musicum strumentum non est auribus gratum, nisi debito odo pulsetur; ita neque oratio vocalis ascendet ad eum in odorem suavitatis, nisi cum debita reve-ntia erga Deum, animi devotione, et attentione citetur.

Ad reverentiam pertinet humilis compositio cor-ris cum modestia conjuncta, qualis decet suppli-m, qui Dei præsentis misericordiam implorat. Re-iritur animi devotio; pia scilicet affectio erga eum, quæ voluntatem ad offerendum Deo hoc sacri-ium laudis alacrem reddat, et divinæ gloriæ cupi-m. Veræ devotioni opponuntur non modo præci-antia in orando, obtruncatio verborum, nec satis stincta articulatio, verum etiam languor mentis, ac m sancti exercitii tædium. Requiritur attentio ntis; illud versetur in corde, quod profertur in e; „si enim, (quod recte monet Cassianus) cum su-mi alicui homini, non dicam pro vita, aut salute stra, sed etiam pro alicujus lucri commodo suppli-mus, totam in eum et mentis et corporis aciem de-entes de nutu ejus trepida exspectatione pendemus, quanto magis cum illi occultorum omnium cognitori pplicamus, intenta atque sollicita oratione ipsius mentia imploranda est". Nec minus sapienter et posite S. Cyprianus „cum astamus, inquit, ad ora-nem, vigilare et incumbere ad preces toto corde bemus; cogitatio tunc omnis carnalis et sæcularis scedat, nec quidquam tunc animus, quam id solum gitet, quod precatur, quæ autem segnities est, alie-

nari et capi ineptis cogitationibus et profanis, cum dominum deprecaris? quasi sit aliud, quod magis debeas cogitare, quam quod cum Deo loqueris? quomodo te a Deo audiri postulas, cum te ipse non audias; vis esse Deum memorem tui, quando tu ipse memor tui non sis". Hæc autem attentio triplex esse potest: superficialis vel materialis, cum ad verba nempe materialiter et ad ea recte pronuntianda solum attendimus; litteralis, cum verborum sensum, juxta ordinem, quo pronuntiantur, vel aliquam orationis partem consideramus; demum spiritualis ad Deum, eum scilicet, qui devotas preces recitat, cogitat de Deo, vel de Virgine Matre, si ad eam præsertim dirigitur oratio, vel de aliquo fidei nostræ mysterio.

Porro quamvis præstaret procuranda a nobis vel literalis vel spiritualis attentio, quæ orationem nostram reddat Deo magis acceptam; curare tamen inprimis debemus, ne mens nostra eo tempore in alienas cogitationes saltem libere evagetur; ut sic debitam devotionem in Deum (in qua consistit oratio) mens nostra conservet; ne nobis quoque reprehensio illa conveniat: „Hic populus labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me."

Tribus autem de causis in oratione hominem vagari contingit. 1° Sponte sua, dum cogitationes externas accersit, aut advenientes sciens atque advertens admittit, et in iis hæret. Quo in genere etiam sunt illi, qui opus aliquod orando præstant, quod peculiarem mentis attentionem requirit; veluti est scribere, legere, rationes subducere, etc.; alia opera externa, quæ attentionem peculiarem non requirunt, non impediunt orationem, ut sarcire, ambulare, secare, etc. — Hoc porro primum divagationis genus, ex se naturaque sua majori culpa non caret, propter voluntariam atque deliberatam irreverentiam. Tametsi enim ad orationes, quas sponte profers, non obligeris, ad hoc ta-

ris, ut nonnisi reverenter cum Deo agas;
non tenetur convenire aut alloqui regem,
amen conveniens regem honeste se gerere.
hoc genere sc. voluntariæ evagationis sacris
issæ officium audit, vel preces horarias, ad
igatur, recitat, majori culpa non vacat.
entia sua irrepunt, et inhærent homini
cogitationes; veluti in illis, qui externos
miscent precibus suis; qua in re potest esse
veniale tanto sane gravius, quanto negli-
t major. 3° Homini invito occurrunt mentis
nes, quas dum advertit, dolet atque repellit;
nullum omnino est peccatum, utpote quæ
nonis arte vel fragilitate hominis contingat,
tractiones quantumvis suavitatem orationis
t, non tamen meritum neque fructum.
nvis homini in rebus hujus vitæ occupato,
it, omnes prorsus mentis evagationes in ora-
itare; possunt tamen remedia quædam pro-
ibus molestia hujusmodi minus afficiatur. —
est, ut cor atque animum suum rebus nullis
ndi apponat, sed iis utatur, ut peregrinus rebus
i, in quo una nocte versatur. — 2. Nunquam
re, ut interdiu animus procul extra se eva-
am in occupationibus externis quibuscumque;
juvabit, tempus et locum ad orandum magis
um eligere et Evangelii monitum sequi, „intra
lum etc.“ Omnia sua agere, tanquam in di-
spectu, ob oculos habendo Deum, qui in
s dicitur, non abesse procul ab unoquoque
Ita David de se dicebat: „Oculi mei semper
num.“ In promptu habere breves oratiuncu-
s subinde interdiu, etiam in maximis occupa-
, ad Deum ejaculetur, cujusmodi esse posset
s Psalmi, aut petitio una Dominicæ orationis.
frequentius *animum ad se revocare*, ab eo-

que factorum rationem exigere, maxime pos et diuturnas occupationes, post confabulation que negotia, quæ distrahere vehementer s(3. Ut oraturus diligenter se ad orationem p1 cogitetque serio id agere, atque ex animo, no ex consuetudine, aut tanquam rem levis mon 4. Ut ante orationem petat ex corde a Deo attentionis, rogetque Angelum custodem, ut (tentationes et distractiones impediat; post or vero, negligentiarum veniam a Deo petat i1 roget, ut orationem licet frigidam, et multis bus permixtam, detersis maculis, in thronum s mittat, eique effectum largiatur salutarem. — suetudinem assumere, certis orationis locis colligendi; veluti post quamlibet decadem et post finem Psalmi. Cujus rei ut recorderis, ad versum Gloria Patri et Filio etc., a orationis, per Dominum nostrum, etc. sir precatiunculas, reverentiam corporis aut ca clinatione, vel manuum conjunctione, aut terno gestu exhibere, talique motione re animi recordari.

c. De oratione mentali sive de medita

In Concilio V. Mediolanensi examinatorib nandorum præcipitur, ut inquirant „an Ordin: orationis sanctæ studio usuque versatus sit? meditationibus instructus Deum tacitus or(orationis modus? quis illius fructus? quæ t etc.“ Ad veræ enim et solidæ pietatis et virt tam pertingere nequit, nisi qui meditando didi tique alte instillavit, quid mali declinare, q facere, quæ mysteria et quas virtutes in vit: recolere, admirari et imitari, et quomodo tl ejus in suam utilitatem convertere debeat.

Sapienter igitur omnino pius quidam asceta negavit, dici posse verum clericum eum, qui non semel saltem in die orat mentaliter, eo quod, sicut effectus sine causa, et finis absque medio haberi nequit, ita perfectio, ad quam clericus conniti debet, absque oratione mentali obtineri nequeat; nam absque meditatione inutilis eris tibi et tuæ animæ, et in teporem illaque scelera prorues. Qui solem fugit, quomodo calefiet? Terram borealem considera, cui sol vix unquam, aut raro, vel nonnisi oblique lucet; qualis hæc erit? nonne obsita nivibus, glaciata, rigida, omni vigore, omni germine destituta, omni florum et fructuum amœnitate prorsus viduata? — Inspice nunc animum tuum, si sacram meditationem negligas. Rigebunt et frigebunt certe omnia; nulla florebunt in horto tuo sanctæ spei germina; nulli prodibunt flores honoris et honestatis; nulla virtutum poma rubebunt; nulli fructus apparebunt, quia justitiæ solem pie meditando non admittis; hinc ille torpor, hinc illa glacies, quæ terram tuam infelici sterilitate aridam ac desertam misere inhabitat. Nempe omissa meditatio lucem unaque calorem sacrum excludit; exclusus simul cum luce calor tenebras inducit et torporem, torpor in frigus degenerat, quo diu constricta anima in rigentem glaciem denique induratur. „Desolatione desolata est omnis terra! quia non est, qui recogitet corde“. Vastitas, desolatio, pravæ consuetudines, vitia radicata, vitiorum monstrositates inveteratæ, omissæ meditationis tristes sunt effectus. Hierosolymorum civitatis olim florentissimæ, luctuosum excidium considerasse sufficiat, ut in ea velut in typo desolationis illius tristissimam speciem invenias, cui subjacet anima clerici, sanctæ meditationis pabulo destituta. Anima infelix, quæ Christum excludis, circumdabunt te inimici tui vallo, et coangustabunt te undique, et ad terram prosternent te, et non relin-

quent in te lapidem super lapidem." Diruta sunt Jerosolymis palatia superba, dirutum templum illud magnificum et augustum, dispersi sunt lapides sanctuarii, periit omnis decor civitatis regiæ, et cur? meditatio defuit, oculos non aperuit, Christum non agnovit. „Non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitatonis tuæ;" non cognovit, non consideravit, et ideo secuta est horrenda vastatio. — Quis ad hæc tibi sensus? num aliud animæ tuæ exspectas?

Absque meditatione inutilis eris in vinea Domini operarius. Etiamsi quis summis naturæ dotibus ac ornamentis præditus foret, si orandi fervor defecerit, erit „velut æs sonans, et cymbalum tinniens", cui adscribi poterit illud „nil nisi vox", cujus cum sono omnia evanescunt; qui pulchrum quidem est organum, sed quia sine spiritu, etiam sine fructu. Ut instrumentum rite operetur, manui artificis sit conjunctum, oportet; sic quamvis calamus sit optime temperatus, nisi aptetur dextræ scriptoris, nihil literarum effinget. Nos „Dei adjutores sumus", et instrumenta ab ipso electa ad curandam proximi salutem. Nexus, quo manui divinæ copulari nos decet, meditatio est; hanc ergo qui negligit, in re tam ardua nihil promovebit; et quamvis forte aliquis auditorum meliora sapiat, id non ejusmodi concioni, sed alterius precationi adscribendum erit. Nullum reperiemus in revocandis ad frugem peccatoribus celebrem extitisse, qui non fuerit simul etiam vir multæ orationis et præsertim mentalis. Et hinc modo tot inter operarios in vinea Domini tam exiguus est animarum fructus, quia rarior inter eos hujus exercitii fervens usus. In promptu causa est; multum declamant, sed parum et tepide orant; hinc mores non emendant. Qui vult ergo esse instrumentum aliorum conversionis, is commendatum sibi habeat stu-

dum orationis; oratio enim est conditio, sine qua non conceduntur gratiæ hunc in finem necessariæ, ut docet S. Thomas. Unde merito concludunt omnes viri spiritu Ecclesiæ animati, strenuo animarum curatori non minus meditandum esse, quam studendum. Et re quidem vera; teste Climaco meditatio „mater est et regina, cibus et fons virtutis, ministra gratiæ et profectus omnis auctrix"; et „si video, inquit S. Chrysostomus, „hominem in meditando remissum, nec id quidquam pensi habere, ejus animam pertenuis esse virtutis perpaucisque Dei donis ornatam esse conjicio". Illius rationem addit S. Augustinus, dicens „recte novit vivere, qui recte novit orare". Nec adeo mirum, esse tantum in meditatione momentum; hac enim destitutus religiosus, (idem valet de clerico), teste S. Thoma est veluti miles sine armis, cum et lumina ei desint, et pii motus ad conservandum spiritum maxime necessarii.

Quare clericus perfectionis et virtutis studiosus quotidie precibus matutinis absolutis continuo ad meditationem se accingit; quam ut ferventer et uberrimo cum fructu instituat, methodum facilem hisce exponam et mox breviorem synopsin subjiciam. Quum vero ars meditandi pertineat ad scientiam Sanctorum, quæ non tam præceptis ac doctrinis hominum, quam unctione Spiritus sancti ac bonæ voluntatis desiderio constat, quicumque vere cupit magno cum fructu meditari, hanc gratiam ardenter et assidue petat dicendo: „Domine, doce me orare, doce meditari". Ex nostra parte ad hanc gratiam accedat oportet conatus serius, quo ea omnia præstamus et observamus, quæ ante meditationem, in ipsa meditatione et post ipsam sunt præstanda, et a S. Ignatio vocantur additiones. Quæ ante meditationem servanda sunt, continentur sub nomine præparationis.

Praeparatio duplex est, remota et proxima.

Remota praeparatio consistit in vero et sincero desiderio proficiendi in vita spirituali; nihilque aliud est, quam animi talis comparatio, quæ ad recte meditandum disponit, removendo scilicet obstacula et adhibendo adjumenta.

Proxima praeparatio ex doctrina S. Ignatii hæc fere complectitur: 1°) ut pridie materiam meditationis matutinæ attente legamus vel audiamus, observando, quinam fructus pro præsenti animæ nostræ statu ex ista meditatione sit decerpendus; 2°) ut jam in lecto decumbentes ante somnum breviter eamdem materiam recolamus; 3°) ut mane expergefacti statim exclusis omnibus aliis cogitationibus primam cogitationem de futura meditatione suscipiamus[1]; quidquid enim ante orationis horam anima nostra conceperit, necesse est, (verba sunt Cassiani) ut orantibus nobis per ingestionem recordationis occurrat; quamobrem quales orantes volumus inveniri, tales nos ante orationis tempus præparare debemus; 4°) ut inter induendum, lavandum et eundum ad locum meditationis de eadem cogitemus, et sensa futuræ meditationi conformia foveamus; 5°) ut in visititatione SS. Sacramenti, si hæc commode potest institui, ipsam meditationem Domino præsenti commendemus et B. M. Virginis aliorumque Sanctorum opem imploremus; 6°) ut ad ipsam meditationem quieto ac sedato animo accedamus, et immediate antequam eamdem incipiamus, per

[1] Qui meditationem non summo mane, sed alio diei tempore instituit, observet hoc S. Ignatii monitum: „Statim ut recordabor adesse horam exercitii (meditationis), antequam vadam, ob oculos mihi ponam, quo vadam et coram quo, et resumens paululum exercitium, quod facturus sum, illud auspicabor"; et illud Directorii III. 6: „Semper aliquanto ante meditationem debet omnia relinquere, et omnino suam cogitationem convertere ad puncta illius exercitii, quod *jam instat*".

tantillum tempus, quo percurri oratio Dominica potest, animo sursum elevato, consideremus Deum et Dominum nostrum ut praesentem et quidnam acturi simus intime perspicientem, eique humili cum gestu reverentiam exhibeamus.

Ingressus. Deinde viva fide, ac si apertum supra nos videremus coelum, in eoque Deum, qui oculos in nos habeat defixos, ut videat quomodo simus oraturi, intimo cordis affectu, provoluti in genua, nisi aliqua corporis infirmitas impediat, quanta possumus maxima devotione, recitamus consuetam Orationem praeparatoriam, quae praeter actum adorationis etiam dolorem ac deprecationem de peccatis, oblationem nostri nostraeque actionis et petitionem divini auxilii ad bene meditandum continet.

Oratio praeparatoria. Immensa majestas, mi Deus et Domine! ecce ante oculos tuos me indignum peccatorem constituo, teque hic praesentem omni, qua possum reverentia adoro et supplex oro, ne me despicias ob multitudinem iniquitatum mearum, sed ut inveniam gratiam et misericordiam in oculis tuis, ut veritates divinas et leges ac virtutes tuas digne meditari valeam, et audiam, quid loquaris in me, Deus, affectuque ardentissimo omnia, quae voluntatis ac beneplaciti tui sunt, cognoscam atque complectar, deinceps vero opere ipso compleam, quaecumque ad meam salutem et perfectionem et nominis tui honorem et gloriam spectare cognovero. Deus, in adjutorium meum intende, ut per totum hujus meditationis tempus omnes vires et operationes meae sincere ad tuam gloriam tuumque cultum tendant. Amen.

Porro ad imaginationem aliquantulum juvandam et ad distractiones facilius amovendas fit praeludium primum, i. e. aliqua compositio loci, quae consistit in eo, ut nobis rem ipsam, de qua meditaturi sumus, quasi ob oculos *ponamus, non quidem* ut depictam

in tabula, neque etiam ut jam ante sæcula gestam, sed ita, ac si ipsi rem coram nobis agi videremus in præsenti.[1]) Si nihil facile occurrit, non est nimis immorandum, neque ita laborandum, ut caput obtundamus, ideoque ipsam meditationem impediamus, sed tunc hoc primum præludium consistet in sola recordatione materiæ, de qua meditandum est. Ceterum jam in præparatione punctorum pro hoc primo præludio imago est quærenda. Sequitur praeludium secundum, i. e. postulamus gratiam non jam ad bene faciendam meditationem, quia hoc jam factum est in Oratione præparatoria, sed ad obtinendum illum fructum, quem jam in præparatione punctorum ex illa meditatione decerpendum nobis proposuimus. Totus hic ingressus non plus temporis occupare debet, quam quatuor, aut ad summum quinque minuta.

Medium seu progressus complectitur ipsum veluti corpus meditationis, nempe ipsa puncta (quorum communiter bina vel terna, aut etiam plura parata habere oportet), in quibus perpendendis et ruminandis, et in quærendo ex illis dictum fructum spiritualem, proprie consistit ipsa meditatio. In singulis punctis, modo provoluti in genua, modo sedentes, aut stantes, aut eo nos componentes situ, quo speramus, fore, ut facilius id consequamur, quod optamus, oculis vel clausis, vel in imaginem crucifixi, B. M. V. aut alicujus Sancti defixis, neque huc et illuc motis, tres animæ facultates, videlicet memoriam, intellectum et voluntatem applicamus; qua in re bene advertendum est

---

1) Tu, si fructum ex his sumere cupis, ita te præsentem exhibeas his, quæ per Dominum Jesum Christum dicta et facta narrantur, ac si tuis auribus audires et oculis ea videres, toto mentis affectu diligenter, delectabiliter et morose, omnibus aliis curis et sollicitudinibus tunc omissis (*S. Bonaventura in prooemio de Vita Christi*); et quidem ac si gererentur propter te solum. (*Directorium ad libr. Exerc.*)

s sepositis) continetur, phantasia eidem sub-
e, quo facilius intellectus ad discurrendum
iocinandum, hisque proin discursibus sive ra-
ionibus voluntas ad varios affectus excitari
Ita autem memoria applicanda est, ut, si
ioni proposita est sententia, et audiamus eam-
bis dici, et attente nobis proponamus, quisnam
qui hoc dicat, attenta bene cujuslibet vocis
ıtione; si vero materia meditationis sit res
partem ejusdem in uno puncto contentam cum
s circumstantiis, quæ illi insunt, attente debe-
ısiderare, nobisque proponere, quæstiones fa-
quis hoc fecit; quid? quibus auxiliis? cur?
o? quando? Ubi fieri commode potest, in hac
æ applicatione eliciatur actus fidei circa veri-
el historiam propositam. — Postquam res me-
dicto modo menti proposita est, sequentur
ıtellectus, cujus partes sunt, varias refle-
ıuper veritate vel re gesta, quas memoria pro-
facere, illas ad nos ipsos, nostrasque necessi-
ıplicare, conclusiones practicas inde deducere,

(quam decens? utile? jucundum? necessarium?) 4°) quomodo id hactenus observavi? 5°) quid in posterum mihi faciendum? 6°) quale impedimentum debeo removere? 7°) quale medium debeo adhibere? Ad excitandum in frigidiori discursu animum faciet si expendamus 1°) quid aliis in malo pertinacibus, aut etiam amico hac in re nos consulenti suasuri, quibusque rationibus ad virtutis studium eum inducturi essemus; 2°) quid in morte atque ipso æternitatis aditu velimus fecisse; 3°) quam beati nunc viri sancti sint et in æternum futuri sint, qui exiguo tempore difficultatibus strenue superatis Deo servierunt, quam vero infelices illi, qui voluptatibus brevibus imo momentaneis posthabuerunt cœlestem, æternam; 4°) quid Christus Dominus, hujus vitæ calamitatibus et miseriis nostri causa ultro subjectus, fecerit ac perpessus sit; 5°) quot et qualia beneficia a Deo in nos collata saltem gratitudinis nomine a nobis fidele servitium exigant; 6°) quam gloriosum sit, Deo amicum esse eaque facere, quæ ipsi placent.

Ubi de una veritate ex materia meditationis deducta sic ratiocinati sumus, ad alteram transimus, e hac similiter absoluta ad tertiam, et sic deinceps, ubique illas quæstiones vel omnes, vel certe aliquas earum agitando. — Voluntatis in meditatione duplex est officium, affectus scilicet pios excitare et proposita formare, quæ duo adeo sunt essentialia, ut sine ipsis meditatio non oratio mentalis, sed merum studium vel speculatio foret dicenda. Ignis gratiæ et amoris divini, qui ardere in cordibus nostris, vel certe adesse necessario debet, in decursu meditationis per varias considerationes variam veluti materiam nactus, i flammas prorumpere pro ratione oblatæ materiæ solet; unde affectus admirationis, laudis, amoris, gratiarum actionis, timoris, doloris, humiliationis etc Non est, cur solliciti simus, quibus verbis hos affectu

nostros exprimamus, cum etiam solo corde, nullis verbis adhibitis, optime exprimi possint. — Cum finis meditationis sit, non tantum tempus aliquod impendere Deo per orationem, sed meditando et considerando animam purgare a vitiis, exornare virtutibus, vitam omnem emendare et perficere, confirmare se in servitio divino, munire se contra difficultates ac tentationes, actiones suas rite disponere, quo perfectius obeantur, quae omnia nonnisi per proposita rite in meditatione concepta fiunt, maximi momenti est, aliqua hac super re accurate tradere documenta. Proposita debent esse 1º practica, i. e. talia, quae vere ad perfectionem sint efficacia, 2º particularia et praesenti statui accomodata; statuatur quotidie aliquid eo ipso die exsequendum; 3º bene fundata i. e. motivis solidis firmata; 4º humillima i. e. plena diffidentia de nobismetipsis.

Finis sive egressus. Meditationem solent concludere colloquia[1]) quolibet modo et quibuslibet[2]) verbis instituta cum Deo, cum Christo Domino, cum B. M. Virgine aut aliis Sanctis, prout fert meditationis materia; tum ut gratias agamus pro beneficiis nobis in meditatione collatis; tum ut gratiam impetremus implendi et exsequendi proposita in meditatione concepta; tum ut nos ipsos accusemus de culpa aliqua admissa; tum ut res nostras et circumstantias ipsis proponamus et consilium sive auxilium in iisdem pe-

---

[1]) Colloquia haec non sunt omittenda ob desolationem; facienda sunt semper, sive motus spiritualis occurrat, sive non occurrat; imo in ariditate magis illis insistendum est. Possunt etiam in decursu meditationis institui.

[2]) Verba illa, *„colloquium postremo subjiciam disquisitis studiose verbis"*, quae habentur in versione vulgata libelli Exercitiorum S. Ignatii in fine contemplationis, *„de incarnatione Domini"*, prout Adm. R. P. Roothaan observavit, non inveniuntur in autographo Hispano. S. Ignatius ibi agit *de sensu et affectu*, non de verbis, vultque, ut cogitemus, *quid loqui debeamus, non quomodo, seu quibus verbis*.

tamus. Ubi bene notandum est monitum, quod S. Ignatius in 3. annotatione ex 20, et Direct. cap. 15. n. 6 et 7, tradit, quod, quando voce aut mente cum Deo Domino nostro, vel cum Sanctis ejus loquimur, ex parte nostra major reverentia requiratur, quam dum utimur intellectu; nam in operationibus intellectus, dum ratiocinamur, nobiscum ipsis, cum nostro ut ita dicam, spiritu colloquimur; in actibus vero voluntatis Deum vel Sanctos veluti præsentes, nobisque proxime adstantes, vel certe intentis oculis nos de cœlo spectantes nobis proponimus. Porro hæc colloquia, si ad Deum Patrem diriguntur, per Pater noster; si ad Christum Dominum diriguntur (non ut est Deus, sed quatenus est homo, mediator et advocatus noster, ut interpellet pro nobis), per Anima Christi, si ad Deiparam, per Ave Maria concluduntur; quo vero majori cum devotione hæc colloquia instituantur, conveniet, pro ratione materiæ meditationis nunc personam rei induere, judicem suum deprecantis, nunc servi dominum exorantis, nunc filii cum patre, sponsæ cum sponso, amici cum amico loquentis. *(Cfr. Lib. Exerc. exercitium I. hebd. I. in fine et Direct. cap. 15.)*

Finita meditatione per quartam circiter horæ partem sedendo vel deambulando fit reflexio vel examen, tum ad videndum, quonam modo meditatio successerit, tum ad recapitulandum, ut ita dicam, totam meditationis materiam. Utrumque has fere complectitur quæstiones: 1º) an attente legi vel audivi puncta? 2º) an deinde servavi animi recollectionem? 3º) an materiam meditationis revocavi in memoriam post cubitum ante somnum? 4º) an evigilans de nocte et mane expergefactus materiam meditationis revocavi in memoriam, exclusis aliis cogitationibus? 5º) an affectus meditationi conformes excitavi sub lavando induendo et eundo ad locum meditationis? 6º) an

imi quietem præsertim immediate ante meditation servavi? 7°) an puncta sin minus relegi, saltem vocavi in memoriam? 8°) an stando paulisper ante sum meditationis ingressum cogitavi, quid sim factus, cum memoria præsentiæ divinæ? 9°) an et qua verentia, attentione et devotione recitavi Orationem æparatoriam? 10°) an præludia, præsertim secunum bene feci? 11°) an facultates animæ bene applicavi? memoriam? intellectum? voluntatem? 12°) an quænam proposita feci? 13°) an distractiones invaentes strenue superavi, vel certe non admisi? 14°) an edium, quod fors insurgebat, devici, vel saltem conmpsi, nec propterea cessavi applicare animum; 5°) an recurri ad primum præludium, quo facilius agam imaginationem figerem? 16°) an colloquium eci? 17°) an torporem quandoque in fine maxime inadentem excussi? 18°) an reverenter meditationem nivi? 19°) an ab initio ad finem usque pro viribus uravi, ut responderem gratiæ divinæ? 20°) an aniium serio applicavi? 21°) an debitum situm corporis ervavi? 22°) an internam et externam reverentiam ræsertim in actibus voluntatis adhibui? 23°) annon iterrupi vel abrupi meditationem sine necessitate?

Si male successerit meditatio, inquirendæ sunt ausæ cum pœnitudine et emendationis proposito; si ene successerit, gratiæ agendæ sunt Deo, idemque iodus postea observandus.

d) Synopsis meditationis.

Praeparatio remota.	Præparatio proxima.
Remove obstacula, spiitum hujus mundi, mentis issipationem etc. Adhibe irtutes oppositas, spiriım humilitatis, mortificaonis, orationis etc.	Prælege meditationem pridie. Expergefactus primo cogita de meditatione facienda. Cogitationes conformes fove. Accede *animo tranquillo*.

Initium.

Deum præsentem cogita — adora — pete gratiam bene orandi.

Præludia:
1. Mysterium contemplandum ob oculos pone, ac si coram te ageretur.
2. Fructum e meditatione eruendum pete.

Medium.

I. **Memoria** materiam meditationis in mentem revocat.

II. **Intellectus** perpendit:

1. Quæ veritas consideranda?
2. Quæ conclusio practica ex veritate deducenda?
3. Quæ motiva ad conclusionem pacticam servandam inducunt? (Quam decens, utile, jucundum, necessarium?)
4. Quomodo id hactenus observatum?
5. Quid in posterum faciendum?
6. Quale impedimentum removendum?
7. Quale medium eligendum?

III. **Voluntas**: 1. Affectus excitat per totam meditationem corde plus quam ore, e. g. laudis, gratiarum actionis, confusionis, doloris, deprecationis, amoris etc.

2. Proposita format particularia, practica, præsenti necessitati accommodata, fundata in motivis solidis.

Finis.

Colloquium ad B. Virginem — Jesum Christum — Patrem cœlestem, uti filii ad patrem — servi ad dominum, amici ad amicum, ægri ad medicum — oviculæ ad pastorem etc.

Tessera seligenda ex s. Scriptura vel SS. Patribus, per diem repetenda, ut meditationis fructus servetur.

e. Monita et consilia quædam meditanti valde utilia.

1. In primis diligenter et constanter observa illa, quæ ante et post meditationem præstanda sunt, persuasumque habeas totum meditationis successum inde pendere. Quum enim in meditatione Deus et homo partes suas agant, nimirum Deus suæ gratiæ influxu, homo animi præparatione, quæ potissimum in exacta eorum, quæ supra (pag. 66-73) dicta sunt, observatione consistit; si quis illa negligeret, officio suo non fungeretur, divinæ gratiæ obicem poneret, et fructum valde exiguum ex meditatione reportaret.

2. Servatis additionibus, meditationem auspicare cum animi liberalitate, et firmo proposito parendi sine ulla resistentia Spiritui sancto, quamvis difficilia a te peteret. Ad orationem accede, omni affectu commodi proprii exutus, sine præsumptione et arroganti desiderio gratiarum specialium, luminum, quietis, revelationis etc. Imo talis arrogantia minime consistere potest cum istis favoribus; et qui superbis illis desideriis abripi se pateretur, ignoraret penitus quomodo Deus agat cum servis suis, quos modo probat, modo consolatur, prout ipsis magis expedire judicaverit. Evenit etiam nonnunquam, ut Deus sine mensura consolationes et gratias in animam effundat, quin ad eas jus aliquod habere illa sibi blandiri possit. Aggredere itaque orationem propter Deum, non propter consolationem; unde fiet ut multum lucri spiritualis acquiras, cum semper in omnibus exercitiis puram et rectam placendi Deo habueris intentionem, sive ariditates adsint, sive consolationes.

3. Meditaturus allabora ut compositos habeas animi motus, mentemque quietam, juxta illud anti-

quorum; „Adoraturi sedeant", id est, ne sint turbati, sed nimiæ rerum agendarum curæ moderentur, fruanturque sancta libertate, ad quam obtinendam, animi pacem servent. Sic stude constanter animum collectum servare, quod facile præstabis, si precibus jaculatoriis, iisque frequentibus utaris.

4. Summa animi et corporis reverentia tibi cordi sit per totam meditationem. Nihil adeo diabolum cruciat, quam honor ille, qui per hanc reverentiam Deo exhibetur. Inde fit, ut, modo prætextu valetudinis, vel defatigationis, modo vana spe melius meditandi, si situs mutetur, hanc impediat reverentiam; invidet enim Deo honorem, et illum si posset ei eriperet. Noli igitur aures præbere acerbissimo Dei inimico, nec corpori tuo nimis delicato, quod forte situm commodiorem emendicat. Quod si genibus flexis ob valetudinem aut aliam causam orare semper non possis, in pedes te erige, aut alio situ utere, sed eo, qui devotionem et Angelorum modestiam sapiat, non qui somnum arcessat.

5. Multum satagit malus dæmon, ut aliquid saltem a tempore orationi deputato decerpatur, probe gnarus eum, qui oret, in fine consolationem, atque cœlestem lucem recepturum esse. Tempus itaque nunquam contrahendum, sed potius aliquantulum protrahendum est.

6. Maxime attende in distractionibus, in mentis perturbationibus, in ariditatibus et in desolatione, ac in omnibus, quibus dæmon laborat nos irretire, ut si in illas incideris, redeas confestim ad cœptam meditationem, et non desistas ab illa ob quamdam cordis amaritudinem aut, quod inde nascitur, animi fastidium. Certum enim est, Deo valde acceptam esse talem orationem, ac nobis perquam meritoriam, cum, ut in oratione incœpta perseveremus, heroicis ferme interdum actibus patientiæ et humilitatis nobis opus

it. Quæ quum ita sint, quo major est ariditas, quo molestiores sunt distractiones, eo minus despondeamus animum; imo vires novas resumere studeamus uberque nobis addamus ad profligandas istas tentationes: probe intelligentes hanc esse viam, qua omnes sancti ad perfectionem pervenerunt. Sequamur exemplum Christi, qui factus in agonia prolixius orabat, quamvis foret tristis usque ad mortem, et speremus nos in tempore opportuno auxilium esse accepturos a Deo, qui veniens veniet et non tardabit, quum forte vel minime exspectabimus. Quod si tamen ex aliquo capitis aut corporis incommodo, ita animum aridum aut distractum sentias, ut neque ejus facultatibus ad rem considerandam recte uti, neque affectum ullum ciere valeas, tunc unam aliquam ex hisce industriis adhibe. a. Voluntatem tuam cum omni patientia ad divinam voluntatem conforma; et non dejiciaris animo, etsi timeas, ne tua culpa male succedat meditatio; sed, sicut Palladio suasit in simili desolatione S. Macarius, propter Deum cellæ parietes custodire; ita patienter genuflexus permane, quasi ante Domini atrium excubias agens. b. Humilia te, sine pusillanimitate tamen aut dejectione animi, coram divina Majestate, indignum te plane reputans vel minima Dei illustratione aut consolatione, ob tuos innumeros defectus; imo maximum existimes beneficium, tibi licere adeo pauperi coram ditissimo, adeo debili coram omnipotenti, filio ingratissimo coram amantissimo Patre genuflectere, eumque adorare ac revereri. Imiteris Dei Matrem sub cruce stantem, nec quæras quæ tibi, sed quæ Deo placeant, cui profecto talis perseverantia acceptissima est. c. Confugias ad saluberrima Christi vulnera ejusque amarissimam passionem; cujus igitur unum vel plura mysteria considera; contemplare Christum, vel afflictum in horto, vel conspütum, vel flagellatum, *vel crucifixum*; ibique ma-

gnum solatium invenies. d. Confer te in ariditate tua in cœlestem Jerusalem, eamque mendici instar perambulans, a singulis Sanctis et Angelis eleemosynam collige, modo a virginibus, modo a confessoribus aliquid efflagitando; denique coram regina cœli, Christo Domino, et ipsa SS. Trinitate supplicans tuas necessitates expone, affectu et fervore quo potes maximo. e. Adhibe soliloquia cum Deo et Sanctis; actus fidei et caritatis elice, vel orationem dominicam aut aliam attenta mente recita. f. Lege pensiculate meditationis materiam, aut caput aliquod ex Imitatione Christi, (v. g. Lib. I. cap. 15, 19. Lib. II. cap. 8, 9, 11, 12. Lib. III. cap. 4, 5, 6, 10, 16, 18.) et licet etiam nonnihil ariditatis sentias, in his nihilominus persevera; non enim laboris nostri fructum, sed conatum remuneratur Deus.

7. Si vero consolatio tibi datur, triplicem esse scias: una est perfecta, alia imperfecta, tertia falsa et noxia. Perfecta et vera non est violenta, non impetuosa; sed tranquilla, lenis et modesta; illustrat, humiliat, attollit, sed non inflat; corroborat animam, carnem debilitat. Imperfecta nobis facile suadet nos jam esse divites, quum simus pauperes, cæci etc. et admixtum habet plurimum terreni pulveris. Falsa denique est illa, cujus auctor est diabolus; hujus signa sunt: a) quando non est interna, sed magis trahit ad sensualia quam ad solidas virtutes; b) quando plus habet luminis, quam fervoris impellentis ad mortificationem, humilitatem, laborem etc.; c) quando præcipue tendit ad oblectationem sensuum, et ad motus parum castos excitandos; ex quibus signis facile opus dæmonis cognosces. Si vero primi generis est consolatio, eam cum humilitate et gratiarum actione accipe; sed nequaquam in ea consistere credas totam tuam perfectionem, verum utere illa tanquam medio ad finem a Deo dato, id est, ad excitanda in te magna

perfectionis desideria, ad orationem frequentem et abnegationem continuam exercendam. Si tibi negatur ejusmodi consolatio, quærere eam licet indirecte, semper tamen cum magna indifferentia et æquanimitate; v. g. opera illa bona obeundo, propter quæ a Deo datur consolatio; non autem directe quærenda est, v. g. opera bona peragendo, ut detur consolatio; nam actionum nostrarum finis consolatio esse non potest.

8. Denique probe cognoscere studeas discrimen quod intercedit inter devotionem substantialem et accidentalem. Substantialis devotio, juxta doctrinam S. Thomæ, est voluntas prompte se tradendi iis, quæ pertinent ad Dei obsequium, qua se offert ad eadem magno animo præstanda, non aliter ac Israelitæ, qui, (Exod., cap. 35, 21.) obtulerunt mente promptissima atque devota primitias Domino. Hinc fit ut homo dicere possit: Paratum cor meum, Deus *(Ps. 56.)* paratum cor meum, ad amplectendum quidquid tibi placet, ad detestandum quidquid displicet tibi. Accidentalis vero, seu sensibilis devotio, est quasi lenimen aliquod et munimen contra repugnantiam carnis et impedimenta devotionis substantialis. Studeas igitur devotionem substantialem semper habere, sed accidentalem non inordinate affectes; qua, si data fuerit, cum humilitate et gratiarum actione utaris ad spiritualem profectum.

8. De utroque examine conscientiæ.

Inter quotidiana exercitia pietatis non postremum locum obtinet duplex examen conscientiæ, quod ab omnibus perfectionis studiosis semel saltem quotidie ante somnum, a plurimis bis quotidie, ante prandium et ante somnum institui solet. In generali examine omnes vel totius diei, vel dimidii diei cogitationes, desideria, verba, *opera et omissiones in judicium* voca-

mus; in particulari vero in unum aliquod particulare vitium, quod peculiari cura eradicare volumus, vel in virtutem aliquam particularem, quam acquirere sedulo cupimus, diligenter inquirimus. Cum examen generale omnibus usu notissimum sit, solummodo quæ necessaria et utilia videntur, proponam de examine particulari, cujus praxis a sanctis Patribus et vitæ spiritualis magistris summis laudibus non solum incipientibus, sed etiam proficientibus commendatur. S. Chrysostomus monet „scrutemur suam quisque conscientiam, et rationem examinemus et consideremus quidnam in hac hebdomade probe actum sit, quid in alia, et quantum augmentum fecerimus ad sequentem; quas in nobis affectiones correxerimus...... vitia nostra recensentes, eo tempore corrigamus hoc mense unum, alio aliud, et ita subsequenter meliores efficiamur“. Cum materia examinis particularis sint vitia et defectus, ut eradicentur, sensus, potentiæ et passiones, ut recte ordinentur, virtutes, ut acquirantur, actiones ordinariæ ut reformentur, pro materia primum eligendi sunt defectus magis infesti ac molesti, radices ac fontes ceterorum, et quidem prius exteriores, quibus proximi offenduntur, ut linguæ incontinentia, detractio, murmuratio, quam interiores quantumvis majores; deinde his externis quam citissime profligatis, interni defectus, quales sunt inpatientia interna, superbia, aversio, judicium temerarium etc., assumendi sunt; demum actus insigniores virtutis nobis magis necessariæ, aut aliquæ particulares actiones consuetæ aut industriæ spirituales perfecte exercendæ, v. g. renovare intentionem actualem puri amoris Dei in omnibus, accurate meditari et examinare conscientiam, attente orare, conformare se in omnibus divinæ voluntati. Qui gradatim procedere vult, hoc ordine examen particulare dirigat 1°) ad silentium et modestiam externam exacte servandam;

6°) ad hoc, ut nullum peccatum veniale deliberate cum plena advertentia committat; 3°) ad sensus, præsertim visus, auditus et linguæ) refrænandos; 4°) ad passiones molestiores cohibendas; 5°) ad phantasiam a vanis et otiosis cogitationibus coercendam; 6°) ad singulas actiones actuali intentione in Deum referendas; 7°) ad præcipuas virtutes inserendas et defectus his contrarios exstirpandos; 8°) ad actiones suas omnes exacte et perfecte faciendas; 9°) ad continuam Dei præsentis memoriam habendam; 10°) ad amoris Dei actus præcipuos frequentandos; 11°) ad omnimodam propriæ voluntatis cum divina conformitatem, et ad quosvis minimos defectus his contrarios vitandos.

Ad examen hoc rite et multo cum fructu instituendum sequentia puncta sunt observanda:

1. Mane, quum primum aliquis lectum suum deseruit, invocata divina gratia proponat sibi certum vitium, quod per hunc diem, hebdomadam, vel mensem funditus eradicare statuit, quam diligentissime cavere, vel virtutem, quam acquirere cupit, pro omni data occasione exercere.

2. Hoc propositum mane ferventer factum, de die sæpius renovet, quod commode fieri potest, quando pulsu campanæ hora indicatur, aut aliquod novum opus aggredimur.

3. Quoties de die quis suum statutum propositum trangressus est, percutiat manu pectus, et de negligentia sua doleat, cum novo proposito, in posterum melius attendendi. Hoc aliis etiam præsentibus, et non advertentibus fieri potest, sola mente ad Deum elevata, ac manu ad pectus clam et caute admota.

4. Statim ante prandium in consueto examine inquirat de hoc vitio, vel virtute; petat a Deo gratiam, ut cognoscat, quoties in vitium prolapsus sit, vel quoties virtutem propositam exercere neglexerit. Consi-

deret horas, et horarum quadrantes singulo
reum agnoscit, notet errores suos, doleat, e
nat seriam emendationem.

5. Repetat idem examen ante cubitum, (
modo se in altera diei parte gesserit, dispiciat
errata sua in assignata altera linea certis si
notet, ut in sequenti schemate videri potest.
deret autem diligenter, an plures, vel pauciore
gressiones in vitando vitio, vel non exercita
post meridiem, quam ante prandium in p
examine deprehendat. Sic unam hebdomad
altera comparet, ut videat, an emendatio qua
vitio, vel progressus in virtute secutus fuerit.

6. Primæ duæ lineæ longiores ductæ s
die Dominica, sequentes duæ spectant ad dien
et sic deinceps reliquis hebdomadæ diebus
suæ breviores lineæ usque ad Sabbatum as
sunt. Decet enim, si singularis cura hujus e
habetur, ut errata semper decrescant, et non :
tur. En fac tibi ex schemate, quod præ oculis
similes pro una hebdomada lineas, ut accura
profectum, vel neglectum perspicias.

Die Dominica	Mane	————————————
	Vespere	————————————
Die Lunæ	Mane	————————————
	Vespere	————————————
Die Martis	Mane	———————————
	Vespere	——————————
Die Mercurii	Mane	—————————
	Vespere	————————
Die Jovis	Mane	———————
	Vespere	——————

Die Veneris	Mane	————————
	Vespere	————————
Die Sabbati	Mane	————————
	Vespere	————————

7. Hoc schema non solum servit pro peccatis, et erroribus in vitio vitando annotandis, sed etiam in exercenda virtute, si quam eligimus, ut eam nobis propriam, et assuetam faciamus, non quidem, ut actus ipsos propositæ virtutis numeremus, sic enim lineæ deberent crescere, et non singulis diebus breviores fieri, cum semper virtus frequentioribus actibus magis augenda, quam minuenda sit, sed ad negligentias et omissiones actuum talis virtutis, quando illi pro tempore et occasione deberent et possent exerceri, attendendum est. Tales quidem actus non semper obligant, ut illos in ipso opere ostendamus, sicut tenemur omne peccatum, et peccati umbram vitare, tamen valde ad adipiscendam in perfectiore gradu talem virtutem proficuum est, ut singulis diebus similes actus frequentius exercendos saltem in mente, et etiam ipso opere, si occasio fert, nobis proponamus, et externe ipso actu ostendamus, quod omni diligentia velimus hujus virtutis assuetudinem nobis tam facilem reddere, ac si animo nostro innata esset, quod per frequentatos sæpius actus assequemur. Si vero quis tales prævisos, ac constitutos actus ex quadam acedia et tædio negligit, merito similes neglectus, tanquam errores in via perfectionis annotandi sunt. Sicque facile sciet, quantum in tali virtute profecerit, aut decreverit.

8. Ut autem quis ardentius inflammetur ad vitandum penitus propositum vitium, et frequentius constitutam virtutem exercendam, non parum conducet, si juxta numerum defectuum sibi imponat pœnitentiam, ut expiet *hujusmodi errata et negligentias.*

6 *

Praxis utriusque examinis.

Hora pro examine constituta cogita te ab Ange tuo Custode ad tribunal divinæ Majestatis et cleme tiæ vocari, ut de actibus tuis Domino tuo ratione reddas. Proinde vehemens desiderium excita illı recte et cum fructu faciendi. Quis enim scit ann ultimum vitæ suæ futurum sit?

Stans paulisper, animo sursum elevato, cogi Dominum Jesum, judicem tuum tibi præsentem a esse, eique reverentiam cum humili gestu exhib Deinde

1. Gratias Deo age pro collatis tibi benefici Naturæ: creationis, conservationis, providenti Gratiæ: redemptionis, justificationis, Sacramentoru miræ patientiæ et misericordiæ, vocationis ad statu clericalem, gratiarum particularium hujus diei. Gl riæ in altera vita tribuendæ.

2. Pete a Deo lumen ut tua peccata, defecti imperfectiones cognoscas; pete gratiam, ut de ip doleas, eaque exstirpes.

3. Examen I. particulare: Exige ab anima t rationem, per horas singulas vestigando de peccato s defectu particulari a quo emendari cupis. — Expen an statim a somno proposueris diligentem tui cust diam circa istud peccatum aut istum defectum. — Utr quoties deliquisti, manu pectori clam admota, dolue de lapsu. — Defectus semper adnota, et si nullum i venis, annota bonum hunc successum; deinde con examina matutina et vespertina diei istius, et d præcedentis, hebdomadæ istius et hebdomadæ pr cedentis. II. Generale: — Exige ab anima tua ı tionem, de peccatis præsenti die cogitatione, ver et opere, admissis per singulas horas; et quidem.

Mane: Examina vespertina et preces vespertin — recollectio et silentium usque ad somnum — sı

gere, — operum oblatio — visitatio SS. — meditatio cum ipsius additionibus et reflexione — Missa — jentaculum — divinum officium, — studium, — schola, — visitatio SS. — Angelus.

Vespere: Preces ante et post prandium — visitatio SS. — recreatio — studium — schola — officium diurnum — rosarium — lectio spiritualis — visitatio SS. — Angelus — cœna — recreatio — puncta.

Mane et Vespere. — De castitate, obedientia, de fraterna caritate, humilitate, patientia, de regulis, præsertim silentii et modestiæ. — Qua sit conscientiæ puritate, — qua cura culpas etiam leviores vitare soleat? est enim conscientiæ puritas primus gressus in via perfectionis. — Qua sit intentionis puritate ac rectitudine in rebus agendis, in munere explendo, in actionibus singulis? — An spiritu fidei, ut clericum decet, agatur in vitæ suæ ratione, et speciatim in studiis. In corporis commodis curandis an non aliquid nimii sit? impedimentum certe non adeo rarum in clericis, ob quod nec sibi quis, nec proximo proficit, ut deberet ac posset. Denique, videat: Erga Deum, quomodo se habeat in oratione, in examinibus, in omni communicatione cum ipso. — Erga superiores, qua sit reverentia et etiam caritate. — Erga coalumnos, quo animo sit, quomodo dilectionem et unionem animorum servet ac foveat; qua humilitate, qua mansuetudine; qua patientia in alienis defectibus ferendis. — Erga externos, quo zelo, sed simul etiam qua discretione, qua prudentia cum illis loquatur et agat, qua etiam humilitate, mansuetudine et patientia.

4. Posce veniam de delictis. — Motiva doloris: summa Dei bonitas, amabilitas et majestas; acerbissima Passio, quam Christus pro peccatis tuis oppetere non dubitavit; contristatio Spiritus sancti; ingratitudo tua erga Deum; perfectio divini exemplaris, a quo tantopere *differs; pœnæ purgatorii*; gloriæ gra-

dus in æternum amissi; periculum ne in majora labaris, ne nunquam ad perfectionem pervenias, cum tuo et plurium animarum detrimento. — Affectus amoris, doloris, confusionis, fiduciæ. — Pete a Deo veniam, per sacratissimum Cor D. N. J. C., per intercessionem cordis immac. B. M. V., sanctorum Angelorum, Patronorum et Sancti, cujus hac die festum celebratur.

5. Propone. Cum Dei gratia emendationem propone, expende peccatorum et defectuum radices, occasiones in vita parum ordinata, remedia adhibenda. Propone diligentius te cohibere; invoca propositi testes et adjutores D. N. J. C., B. M. V., SS. Angelos et Patronos.

Industriæ quædam ad uberiorem fructum ex examine particulari percipiendum.

1. Sinceram et generosam voluntatem habeas illum defectum exstirpandi, aut in hac virtute ulterius progrediendi, circa quam examen particulare versatur. Multum igitur cavendum est, ut nobis materiam aliquam examinis eligamus non quia ex regulæ præscripto conscientia examinanda est, sed quia emendationem cupimus et sollicite quærimus.

2. Ex consilio et directione Patris spiritualis unusquisque sibi eligat virtutis cujusdam præ aliis maxime necessariæ gradum certum et bene determinatum internæ vel externæ actionis.

3. Determinanda etiam sunt certa tempora, quibus illa virtus exerceatur. Possunt hæc tempora initio esse pauciora, donec promptitudo quædam obtenta fuerit.

4. Occasiones prævidendæ sunt, simul ac difficultates; nam tela prævisa minus nocent.

5. Rationes perpendendæ sunt, quas suo tempore intellectus in promptu habeat ad voluntatem excitandam; contineri id potest oratione jaculatoria

v. g. pro caritate fraterna, dicito: Credo, Domine, me, quidquid uni ex his minimis faciam, tibi facere, sive bonum, sive malum sit.

6. Mortificationes et alia pia opera quotidie obeunda ad assequendam illam virtutem designentur, atque per sanctos Patronos Deo hunc in finem offerantur.

7. Non parum conducet, si interdum de illa virtute aliqua meditatio instituatur, donec voluntas efficaciter in studium illius virtutis feratur.

8. Tum lectio, tum colloquium, ubi occasio se offert, de proposita virtute instituenda sunt.

9. Patronus etiam eligendus est, qui in hac virtute excelluit, et invocanda sedulo B. V. Maria.

10. Multum prodest, nosse et in promptu habere gradus et actus præcipuos virtutum magis necessariarum, e quibus insigniores et præsenti necessitati respondentes pro examinis materia sunt seligendi, quare hic nonnullos subjicio.

Actus humilitatis. 1. Nihil loqui, quod redundet in propriam laudem, nec quidquam facere ob respectús humanos, aut ob vanam gloriam.

2. Seipsum interius vilem reputare, ac proinde omnes vanæ complacentiæ motus statim reprimere memoria suæ vilitatis.

3. Libenter ferre ab aliis se vilem haberi, viliter tractari, rideri, vexari, despici, contemni, argui, moneri absque ulla sui excusatione, aliis etiam postponi.

4. Agnoscere omnes se superiores, se omnium abjectissimum, vilissimum, pessimum reputare, spectatis iis, quæ ex se habet.

5. Occasiones omnes humilitatis exercendæ, contemptusque sui tolerandi quærere, oblatasque complecti; idque primum patienter cum æquanimitate; postmodum libenter cum facilitate; demum alacriter cum gaudio.

3. Assuescere in omnibus actionibus pure respicere Deum, ejusque gloriam, amorem et beneplacitum, idque suaviter et facile ex habitu acquisito, ita ut inter operandum actualiter ames Deum, ejusque beneplacitum intendas, magisque amans, quam operans appareas.

Actus exercitii praesentiae Dei. 1. Memoria præsentis Dei exstimulare se ad omne peccatum voluntarium, quantumvis minimum, cavendum, aut certe ad contritionem excitandam statim post lapsum.

2. Eadem præsentis Dei memoria se excitare aliquoties ad munia sua ordinaria alacrius, exactiusque peragenda.

3. Certum numerum piarum ad Deum præsentem aspirationum, vel compunctionis, vel amoris, vel gratitudinis, vel zeli ipsi placendi frequentare.

Circa actiones ordinarias bene fructuoseque òbeundas. 1. Exercitiis spiritualibus quotidie suum tempus accurate tribuere; quod si ordinarium non possit totum impendi ob occupationes, id resarcire.

2. Nullum in iis obeundis omnino defectum admittere de industria.

3. Omnia officia ac ministeria sua conari coram Deo, uti ipsi placet, peragere debita cum intentione, attentione, devotione, diligentia; vel aliqua ex his in particulari, uti meditationem, vel utrumque examen exacte facere; et sic de ceteris. Et quidem cum ratio profectus spiritualis præcipue consistat in exacta harum quotidianarum actionum exercitatione, consultum erit, ut si quis se in harum usu intepuisse deprehendat, resumat aliquot diebus examen particulare circa illas reformandas.

9. De mortificatione et abnegatione.

Mortificatio est virtus moralis, quæ tum appe-s internos animæ, tum sensus externos corporis deratur secundum dictamen rationis et fidei. Hæc tus omnino necessaria est; nam

I. Absque mortificatione et abnegatione non eris mo. Assecuti sunt hanc veritatem ductu naturalis minis ipsi etiam gentiles philosophi. Aristoteles certe cuit, totam difficultatem ducendi vitam homine ione prædito dignam, in refrænandis moderan-que animi cupiditatibus et affectionibus consi-re. Epictetus vero, universam philosophiam ad s geminos veluti fontes reduxit: „sustine et ab-ne.“ Rogatus aliquando Diogenes, cum in plenis-na diei luce Athenas obiret, accensam in manu ndelam gestans, quid quæreret, respondit, homi-m se quærere; rogantibus illis, an in medio foro, tanta confertissimæ multitudinis corona, homi-s non videret? minime gentium, intulit ipse; non im, quos video, homines sunt, sed in humana figura formes bestiæ; harum enim vitam vivunt, non homi-m, toti scilicet a bestialibus motibus, quanti sunt, sorpti. Galenus, nobilissimus medicus, refert, visum e aliquando hominem ingenti festinatione ad, nescio am portam clave aperiendam excurrisse; re ad vo-m minime succedente, in eam animi rabiem actum se, ut laniatu dentium videretur clavem ipsam velle cerpere, portamque ingeminatis calcibus elidere. rum non hic hominis vesania constitit, ait Galenus, d horrendis porro blasphemiis æthera, et ipsum lum impius oneravit, spumam ex blasphemo ore ctavit, rabidique canis instar flammantes oculos os e sede sua videbatur excussurus. Addit hic ilosophus, se viso tam tetro spectaculo tam vehe-ns adversus iram *concepisse odium*, ut ipsum ex

ea hora iratum viderit amplius mortalium nemo. — Quid dicam de Patribus, de Doctoribus ecclesiæ et de vitæ spiritualis magistris, quos veræ fidei lumen illustravit, dum sapientes in tenebris gentilitatis constituti adeo præclare in rem præsentem perorant? Plura sunt illorum testimonia, quam ut adduci queant; pauca sufficiant. „Qui dominari nescit cupiditatibus, ait S. Ambrosius, is quasi equus raptatur indomitus, volvitur, obteritur, laniatur, affligitur". „Qualis est in oculis hominum, (verba sunt S. Augustini) qui inversis pedibus ambulare videtur, talis est in oculis Angelorum, cui caro propria dominatur". „Quæ major abusio, quam dominam (rationem) ancillari, et ancillam (carnem) dominari", exclamat S. Bernardus." — Quare cum Seneca confiteor, „major sum, et ad majora genitus, quam ut mancipium sim mei corporis; dum carni parcimus, contra nos hostem nutrimus;" memorque effati S. Bernardi „debet homo habere corpus suum sicut ægrotum, cui etiam multum volenti inutilia sunt neganda, utilia etiam nolenti injungenda", curabo sensuum concupiscentias, maxime in hoc puncto .... refrenare, et animi motus cohibere, ne quod hominis ratione præditi est, unquam amittam.

II. Absque mortificatione non eris christianus. — „Tota vita hominis christiani, si secundum Evangelium vivat, teste S. Augustino, crux est et martyrium." Testimoniorum, quæ hujus effati veritatem comprobant, pleni sunt libri antiquæ legis, plenæ Epistolæ S. Pauli, plena volumina reliqua novi fœderis. „Sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius", mox a creatione mundi intonat Deus. „Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet contumacem". „Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere; si enim præstes animæ tuæ concupiscentias ejus, faciet te in gaudium ini-

mici tui“. „Qui odit animam suam in hoc mundo, manet Dei Filius, in vitam æternam custodit eam.“ Item: „Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam, qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. „Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me“. Caro nostra incessanter concupiscit adversus spiritum, et quivis videt cum S. Paulo aliam legem in membris repugnantem legi mentis; non ergo diu perseverare quis in observatione legis et amicitia Dei poterit, qui gladio mortificationis non utitur adversus insurgentes carnis stimulos et inordinatos affectus, qui dicere non potest cum eodem Apostolo „Ego castigo corpus meum et in servitutem redigo“. Adeo persuasum nobis esse debet de necessitate mortificationis et abnegationis, ut si quando nullam haberemus crucem, nos ipsi nobis aliquam procurare deberemus, ut ita crucifigere valeamus inordinata desideria carnis nostræ, quia, nisi hoc fiat, nos omnino ad Christum pertinere non possumus. „Nam qui sunt Christi, (ad exemplum Magistri sui) carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis“. Hoc autem non est opus unius tantum diei; passiones nostræ, pravæ ininclinationes et desideria inordinata non possunt quasi una victoria edomari; christianus quilibet singulis diebus novis est expositus tentationibus, ergo jugiter cruci Christi affixus esse, i. e. mortificationi insistere debet „in hac quidem cruce, ait S. Augustinus, per totam istam vitam, quæ in mediis tentationibus ducitur, perpetuo debet pendere christianus; non enim est in hac vita tempus evellendi clavos“. Idem monet S. Bernardus, „Christiane, si terreno limo gressus non vis immergere, noli de ista cruce descendere.“ Id ipsum testantur alii Patres, Doctores ecclesiæ et omnes vitæ spiritualis magistri, ita, ut supervacaneum foret, illorum textus *plures recensere*. Omnium instar

sit Origenes: „noli extrinsecus pecus, quod mactes inquirere; habes in te, quod occidas: macta elatum superbiæ taurum, macta gibbosum avaritiæ camelum, jugula olentem luxuriæ hircum, sacrifica saginatum gulæ vitulum, obtrunca mordacem invidiæ molossum, dilacera pugnacem iracundiæ arietem, concrema ignavum pigritiæ asellum; has pecudes occide, et rite litasti Deo.“ Hoc nimirum onus nobis imposuimus, dum in susceptione Baptismi diabolo, ejus superbiæ, et omnibus ejus operibus ritu solemni per patrinos renuntiavimus, ita, ut Apostolus dicat: „consepulti sumus cum illo (Christo) per Baptismum in mortem“; qui autem in sepulchro jacet, nihil commune habet cum mundo, non amat corporis commoda, non quærit honores, non pascitur deliciis. Ipsum hoc nobis inculcat exemplum Jesu Christi, cujus per omnem vitam comites et socii individui erant contemptus, paupertas, abnegatio; cogita nascentem in stabulo, fugientem in Aegyptum, latentem in domo Nazarethana, prædicantem Evangelium, patientem, morientem. Hæc omnia alta voce cuivis christiano necessitatem mortificationis inclamant. „Qui dicit, se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulare“. „Quos præscivit, et prædestinavit, conformes fieri imaginis filii sui“. „Fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus; si secundum carnem vixeritis, moriemimini, si autem spiritu facta carnis mortificavéritis, vivetis“. Quid est, secundum carnem vivere? Optime explicat B. Prosper Aquit. *(Lib. I. de vit. cap. 1.)* „Ille, inquit, secundum carnem vivit, qui secundum seipsum vivit, qui pergit quo vult, dormit quando, quomodo et quamdiu vult, loquitur quæ vult et ubi vult, manducat et bibit quando vult, quod vult, et quantum vult, ridet et lætatur inter quos vult; postremo quidquid naribus suave est, quidquid tractare blandum, quidquid oculis delectabile, quid-

ensibus ceteris carnis suæ jucundum, exercet
uitur, qualiter vult, quia omnia licita et illicita
iter vult". Quantum hæc vivendi ratio distat
ad quam Apostolus nos exhortatur his verbis
u ambulate, et desideria carnis non perficietis;
. 16.)." „Non regnet peccatum in vestro mor-
rpore, ut obediatis concupiscentiis ejus. (Rom.
Quomodo Sancti et Sanctæ Dei has doctrinas
xim deduxerunt! Quid legimus in eorum vitis?
sque mortificatione non eris christianus, et proin
salvus. Id ipsum alios mox docebis. Et quid tu
ucusque? Apostolus vult semper nos mortifica-
Jesu in corpore nostro circumferre; et tu alias
recreationes, somnum in longum productum, vi-
mmodam quæsivisti. Heu! quam tibi timendum,
quoque feriat fulmen illud: „qui in deliciis est,
mortuus est." „Nomen est illi, quod vivat, sed
us est." Plures jam annos Deus te vocavit et
ulavit, et nondum tyrocinium in schola probi
ani posuisti! mox debes esse doctor virtutis, et
m es discipulus; deberes jam esse lux mundi,
ebræ te comprehendunt undique. O pudor!
orum! Et quid in posterum? Conare omnem
um in somno, in potu, in recreationibus, otium
ne, pulvinar illud diaboli, summis viribus im-
re; memor illius effati, „passiones animi et sen-
rporis non quidem absolute ut hostes habendos,
men ut subditos ad rebellionem pronos et de
ione suspectos coercendos esse", majus et im-
s studium tuum ex consilio S. Ignatii sit, quæ-
n Domino majorem tui abnegationem et conti-
in rebus omnibus, quoad fieri poterit, mortifi-
em. Utique „melius est, eas (i. e. concupiscen-
on habere, ait S. Augustinus; sed quia sunt, noli
as ire; nolunt post te ire, noli post eas ire; si
post te ire, non erunt, *quia contra* mentem tuam

non rebellabunt; rebellant, rebella; pugnant, pugna; expugnant, expugna. „Considerare debemus passiones nostras tanquam bestias feroces, quibus dominari debemus; indulgentia nunquam reguntur; solus timor eas coercere et frænare potest. Tractandæ sunt ut inimici irreconciliabiles, quibuscum pax non est ineunda quocumque demum prætextu; quia si nos non destruimus ipsas, ipsæ destruent et in interitum perducent nos. Quare monet S. Bernardus: „Conculca hos bestiales motus, quia domari debent, ne dominari valeant; nisi enim calcati fuerint, conculcabunt nos; nisi premantur, oppriment nos".

Sed etiam aliud habes motivum mortificationis; peccator es, teste conscientia; satisfaciendum est pro peccatis, teste ratione et ipsa æterna Veritate. Sacramento Pœnitentiæ deletur quidem reatus culpæ, et pœna æterna, sed non semper deletur omnino reatus pœnæ temporalis, delendus aut hic per mortificationem, aut in altera vita per ignem. Alterutrum eligas oportet; in purgatorio pati si nolis, hic per ultroneas vitæ asperitates anticipata solutione expunge debita. Hinc jubemur in Evangelio non solum pœnitentiam agere, sed etiam dignos pœnitentiæ fructus facere. Hoc autem sine mortificatione et abnegatione fieri non posse, nemo non videt.

Per mortificationem porro facilius impetramus gratias, quas a Deo petimus et veram pacem cordis. Primum patet, quia oratio mortificationi juncta Deo est gratior, adeoque efficacior. „Ex die, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, ut affligeres te in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua"; secundum, quia mortificatio carnem spiritui subjicit et passiones refrænat, unde major animi quies, et pax, quæ exsuperat omnem sensum. „Jussisti Domine, et sic est, ut pœna sua sibi sit omnis animus inordinatus" ait S. Augustinus. Idemque Sanctus de jejunio disserens

ɘjunium purgat mentem, sublevat sensum, car-
ıpiritui subjicit, cor facit contritum et humilia-
ɔoncupiscentiæ pravæ nebulam dispellit, libidi-
nitem extinguit, castitatis splendorem et pudo-
lios emittit". Deus corporali jejunio vitia com-
., mentem elevat, virtutem largitur et præmia,
Ecclesia cantat in Præfatione Quadragesimali.
enique quid æquius esse potest, quam ut, sicut
ɑisti membra tua servire immunditiæ et iniqui-
d iniquitatem, ita nunc exhibeas membra tua
e justitiæ ad sanctificationem, ut ubi abundavit
ım per sensualitatem et amorem proprium, ibi
ıbundet et gratia per mortificationem et abne-
ıem; quid æquius est, quam ut corpus, quod
omplex patrati peccati, particeps quoque fiat
ı promeritæ? quid æquius est, quam ut suadente
ɛg. M. is, qui se illicita meminit commisisse, a
ıdam etiam licitis studeat abstinere?

I. Absque mortificatione non eris clericus.
in Concilio Turonensi tertio edicitur, „Dei sacer-
abstinere debere ab omnibus, unde animi vigor
iri posse credatur." Quare monitum Apostoli
ɔer mortificationem Jesu in corpore nostro cir-
ıramus, ut et vita Jesu manifestetur in corpori-
ɔstris" præsertim spectat ad clericos. Id, quod
e vocationis nostræ manifeste deducitur.

inis enim clerici est, non solum saluti et perfe-
propriæ animæ cum divina gratia vacare; sed
adem impense in salutem et perfectionem proxi-
n incumbere. Ut primum obtineat, majore mor-
ione clerico, quam multis laicis, opus est; in laicis
plerumque labor et occupatio quotidiana recal-
tis carnis impetum frangit, egestas sæpe fomenta
ım subtrahit, vigilantia præfectorum laicorum,
rumque metus naturæ *pruritum* coercet. Con-
m *omnino accidit in clericis* non paucis; vitæ

enim libertas, et opes congruæ aut superfluæ copiosum omnium vitiorum pabulum subministrant. Unde contingit, ut interdum laicus infimæ notæ plus virtutis habeat, quam pastor ad curandam illius salutem accitus, qui vi officii sui deberet esse vivum perfectionis speculum, quemque ad vitam austeriorem et mortificatam invitant corona capitis, breves crines, vestis talaris, cingulum! Sed proh dolor! Os habent, et non loquuntur, (de hujusmodi clericis dici potest), oculos habent, et non vident, aures habent, et non audiunt, nares habent, et non odorantur, manus habent, et non palpant, pedes habent, et non ambulant. Unde tanta hæc inordinatio? sibi vim inferre, sibi ægre facere horrent, et hinc mirum non est, nihil illos virtutis consequi; quid enim est virtus sine vi? Status clericalis non mediocrem, sed strenuum et vere assiduum usum mortificationis tam interioris, quam exterioris hominis requirit. Toto ergo cœlo erras, et manifeste teipsum decipis, si existimas sine mortificationis usu posse te ad aliquem perfectionis gradum pertingere aut etiam divinam gratiam consequi et fovere, vel ullam veram ac solidam virtutem consequi, nam hæc requirit et supponit passiones sedatas. Hoc plane in confesso est apud omnes: „Tantum proficies, quantum tibi ipsi vim intuleris"; non in quantum oraveris, aut prædicaveris, aut in doctrina eruditior evaseris, sed in quantum in practico mortificationis usu profeceris, perfectionem consequeris. „Tantum proficio, *(ait Thom. Kemp.)* quantum me pro Christo dimitto, et tantum proficio, quantum a me exeo; ubi me relinquo, ibi me invenio, et ubi meipsum quæro, ibi me perdo; ubi meipsum accommodo, ibi me lædo". — Clericus, qui non studet mortificationi et abnegationi, vix capit, vix intelligit quæcumque ipsi dicantur et proponantur. Cor ipsius diversis passionibus ardens et æstuans obscurat intellectum, et taliter perturbat rationem, ut

vix cognoscere valeat veritatem „supercecidit ignis concupiscentiæ, et non viderunt solem justitiæ.“ „Sapientia non invenitur in terra suaviter viventium“. Cito adducitur, ut faciat ea, quæ non licent, qui omnia facit, quæ licent; clericus vero carnem suam castigans et in servitutem redigens, præeunte gratia mox habebit per industriam, quod non habet per gratiam. Certe Sanctorum omnium hæc tessera fuit: „Vince te ipsum“: „Tantum virtuti adjicies, quantum voluptati detraxeris; caritas, qua corpori parcimus, destruit caritatem; talis misericordia, (erga sensualitatem) crudelitate plena est; quia videlicet ita corpori servitur, ut anima juguletur; qualis enim misericordia est, ancillam reficere et dominam interficere“!

De altero fine quid dicam? S. Thomas, princeps theologorum, in candidato sacerdotii eam requirit morum sanctitatem, passionumque subactionem, quam non nisi post longam vitæ religiosæ exercitationem consequi licet. Ea autem vitiorum exstirpatio sacerdoti curato omnino necessaria est, quare jam clericus eidem totis viribus incumbere debet. Via, per quam mox gregem ad æternitatis pascua dirigere debet, profecto non est alia, quam sui ipsius abnegatio; pastor autem gregem præire debet; quomodo autem tu artem alios bene docebis, quam ipse prius non didiceris et exercueris? „Itaque omni die oportet te proponere, velle mori propter Christum, sed de novo incipere emendare vitam tuam, et te ad pœnitendum et ad moriendum disponere, et teipsum vincere, atque hoc ipsum propositum viriliter exsequi“. *(Thom. Kemp. de mortif.)* Verum cum mortificatio duplex sit, interioris, et exterioris hominis, et interior mortificatio tanto nobilior et excellentior sit exteriore, quanto anima corpori præstat; in hac præcipuum studium ponendum est, exterior tamen negligenda non est, etenim se invicem *juvant, nec ab in*vicem separari

debent. Nulla ergo prætereat dies, in qua in aliquo de teipso victoriam unam non reportes, etiam in rebus parvis; nam parva nos vincunt, et nos capiunt. Sed si hoc evenit in parvis, quid erit in magnis, in abneganda propria voluntate, in moderandis pravis animi affectibus, in cohibendo amore proprio, a quo tanquam a radice omnium vitiorum rami enascuntur? si in lapide imaginem aliquam insculpas, et si magno labore id facias, manente tamen lapide eadem imago semper perseverat, quia lapis, cum sensu, et motu careat, non est mutationi subditus. At tu non es lapis, sed homo, non semper in eodem statu permanens, et in quo affectus veteris Adæ reviviscunt, unde necessarium est, iterum, atque iterum mortificationis gladio, passiones, quæ pullulant, resecare; nunquam in hoc spirituali bello arma deponenda, nunquam in otio standum est. Mortificationi interiori exteriorem aliquam, sed discretam corporis afflictionem adjice, si confessarius consentiat, ne carnis insolentia fructu bonorum operum priveris; et cum, ut plurimum peccata committamus, vel ex carnis suggestione, vel quia illi indulgeamus; si caro te decipit, et te quotidie trahit ad culpam, etiam quotidie eam corrige. Mirabiles inde in animam tuam utilitates emanabunt, quas, quia paucis Cæsarius celeberrimus ille Arelatensis Episcopus egregie complexus est, illas ab ipso excipe. „Sanctæ afflictiones humiliata corpora macerant, sed immaculata corda purificant. Membris subtrahunt fortitudinem, sed conscientiis addunt nitorem. Nihilominus de contritione animi rediguntur crimina voluptatis. Per duræ crucis exercitia deceptæ dudum carnis gaudia puniuntur; ac sic mortificatione præsenti futura mortis sententia prævenitur, et dum culpæ auctor humiliatur, culpa consumitur; dumque exterior afflictio voluntariæ districtionis infertur, tremendi judicii offensa sedatur, et in-

gentia debita labor solvit exiguus, quæ vix consumpturus erat labor æternus". Hæc ille. Quæ bona si singillatim expendes, has corporis afflictiones non tam asperas, et difficiles horrebis, sed uti suaves et utiles libenter amplexaberis. Quanta futura sit gloria et consolatio carnem suam castigantibus, hic non cognoscimus, sed in futura vita videbimus et dicemus: „Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuæ lætificaverunt animam meam". *(Psal. 93. 19.)*

Ne, quæso, te terreat ab hoc tam necessario opere dæmon, qui cum sit immundissimus spiritus, horret has voluntarias carnis afflictiones, propterea illas dissuadere conatur, ut egregie annotavit Hugo Victorinus. *(Lib. 1. de claus. an. c. 2.)* „Ecce diabolus Physicam docet, ecce medicus factus est, de complexionibus loquitur, infirmitates diversas, si teneatur religio, generari prædicat; sed quare hoc? Non ut mederi velit, sed ut occidere possit; non ut ægritudines curet, sed ut securius inferat mortem. Videt ex subtractione ciborum, luxuriæ vires posse minui, et ideo non tardat minari ægritudinem". Idem dicendum de ceteris carnis castigationibus. Neque minus ab amore proprii corporis te superari patiaris, nam hoc non est odisse carnem tuam, sed amare; non occidere, sed salvare. Est Christi Domini dictum *(Matth. 16. 25.)*: „Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam, qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam". Et sane quid in causa esse dicamus, quod olim viri apostolici in convertendis gentilibus sceleratissimisque hominibus adeo felices fuerint? Abnegatio bonorum temporalium, quæ illos viros olim animaverat, prædicationi ipsorum pondus adjecit; abnegatio benedictionem cœlestem et gratias divinas ex alto attraxit; abnegatio eorum dicta confirmavit; abnegatio eorum verbis fidem fecit. Sed eheu! quid *est vita nostra, si illis* fuerit compa-

rata? Sancti et amici Christi Domino servie: fame et siti, in frigore et nuditate, in labore gatione, in vigiliis et jejuniis, in orationibus ditationibus sanctis, in persecutionibus et briis; et quid nos facimus? Sanguineis lacry ploranda res! nonne sæpe videmus clericos, vel nomen mortificationis bilem movet? q mensa potu ciboque et quidem optime præpa structa sit, mox in querelas, in criminationes, i cationes erumpunt! quorum unum negotiu agere, semper otiari, vagari etc.! „Quomodo ratum est aurum", licet cum Jeremia exc „mutatus est color optimus, dispersi sunt lapid ctuarii in capite omnium platearum"! Monet pus unumquemque ordinandum: „imitamini tractatis, quatenus mortis dominicæ mysteri agentes, mortificare membra vestra a vitiis et piscentiis omnibus procuretis". Et quotus clericus est, qui hæc sanctæ matris Ecclesiæ fideliter exsequi studeat? Tantum abest, ut et inordinatis affectionibus suis inferant, u commoditates, recreationes, largos reditus, h titulorum ostentationes etc. aucupentur multi, mundi, sensualitatis et amoris proprii mancipia tra clericus fervidus et perfectionis vere studi alimenta tanquam ad medicamenta accedit, reje lioribus et sapidioribus cibis etiam ex vilioribus præcise sumit, quantum conservandis viribus sarium judicat; extra jentaculi, prandii et cœ pora nihil escæ aut potus admittit; ad mere convivia, similiaque symposia non accedit, nis sitas, prudentia aut caritas cogat; in situ, vestitu et habitatione, quantum per discr licet, semper eligit et prensat quod durius, molestius et amori proprio magis contrari *Sensus suos* semper et ubique et in omnibus,

ne vero pruritum videndi, audiendi, sciendi, narındi nova et curiosa severissime continet, grata eis egando, ingrata obtrudendo; præterea stando, seındo, flectendo commoditatem corporis spernit — ırbo, nullam occasionem se in minimis et obviis ibusvis rebus mortificandi et vincendi negligit.

Et quid ego hactenus feci? an saltem tantum hi imperare potui, ut hora statuta surgerem, soımmque superfluum abrumperem, ut dimidiam horam ıtutinæ meditationi tribuerem, ut ordinem diurnum, em ratio et fides determinat, observarem?

10. De animi recollectione.

Multa et gravia clericus habet motiva sectandi llectionem animi. 1) Collectio animi liberat a ıribus Dei offensis; cum enim divina insidens rono Majestas merus sit oculus, ac mens perspicacisna sola hujus veritatis recordatio temperat affectiom æstus, inhibet incautas manus, reprimit effrænem guam, et moderatur procaces nisus; brevi, non t tentatio, quam non superet, non illicium, quod non tundat, non prolapsio, a qua non abstrahat. „Ad nc lucem, ut testatur S. Ephræm, fœdissimæ pasınes mox evanescunt, et diffugiunt instar latronum manibus lictorum". Et profecto si oculus heri aniıt dextram laborantis servi; si aspectus principis reverentiam componit mores aulæ famulantis; o si adventus juvenis Bernardini socios æquales ıdestos reddidit; quid non valebunt oculi Domini, ui multo lucidiores sunt super solem, qui circumspiınt omnes vias hominum, et eorum corda intuentur absconditas partes"? *(Eccli. 23. 28.)* 2) Collectio imi est præsentissimum remedium acquirendæ brevi npore perfectionis, statui nostro competentis; nam rfectio consistit in accuratione functionum quotidiarum; eas enim bene *agendo facimus,* quæ Deus vult,

et quomodo vult. Quid autem magis ad id præstandum nos habiles promptosque reddit, quam animi collectio, consistens in amoris plena attentione ad præsentiam supremi Judicis, „a quo refert unusquisque, prout gessit, sive bonum, sive malum". *(II. Cor. 5. 10.)* Imo, ut unanimi Patrum et Doctorum calculo adstruitur, nemo hoc subsidio destitutus, ad perfectionem hactenus pervenit, nemo perveniet; quo quis vero illius studiosior, eo majores progressus faciet, ita testante experientia cum Doctore Seraphico: „super omnia spiritualis exercitii studia (verba illius sunt) hoc magis necessarium credo, et quod nos ad altiorem gradum perducere possit". Exemplo nobis sit Sulamitis illa, Salomonis epithalamio celebrata, quæ initio nigra, parva et ita debilis erat, ut languens fulciri floribus, stipari malis debuerit; at vero vix eam introduxit rex in cellaria sua, id est, vix eam ob sui collectionem ad familiarem secum consuetudinem admiserat; cum mox effecta est fortis ut mors, alta ut turris, florida ut Carmelus, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. Ita potens acquirendæ perfectionis adjumentum est avulsio nostri a rebus terrenis et abdita secum habitatio. 3) Ex hac vigilante sui custodia et amoris plena ad Deum attentione singularia in animam profluunt bona 1° Testimonium quoddam Spiritus sancti et vox interior, talem firma spe consolans de obtenta peccatorum venia, de benevolo Dei erga se amore statuque gratiæ et amicitiæ, quod dulce vadimonium aurea quædam quies, et angelicum cordis jubilum individuo nexu consequitur. 2° Exinde quoque sequitur incomprehensa quædam conjunctio, familiaritas, et communicatio cum Deo, cujus delicias et pretium nemo nisi expertus novit. Nam teste Thoma Kempensi frequens illi visitatio est cum homine interno, dulcis sermocinatio, grata consolatio, *multa pax,* familiaritas stupenda nimis. Neque dicas,

studium vitæ interioris potius monachis, a sæculi tumultu separatis, quam clericis convenire; quodsi enim doctor gentium ab omnibus fidelibus studium collectionis animi exigat, quanto majore jure id exigere poterit a clericis? „Hujus rei gratia, flecto genua mea, scribit ad Ephesios, ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ut det nobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per spiritum ejus in interiorem hominem". Dein quod tot alii, iique curis et negotiis et pluribus et gravioribus, quam tu, occupati, potuerunt, hoc ne tibi impossibile dixeris. Refert S. Gregorius Nazianzenus, Athanasium, Archiepiscopum Alexandrinum ita externa negotia cum animi solitudine composuisse, ut in summis negotiis otiosus, et in ipso otio summe occupatus videri posset. Sanctum quoque Bernardum legimus, utut externis gravissimisque negotiis vacantem ita Deo affixum fuisse, ac si nihil, quod ageret, haberet. Interiori quadam, prout in ipsius vita legimus, solitudine fruebatur, quam ubique ipse sibi circumferebat, totus quodammodo exterius laborabat, et totus interius Deo vacabat. „Mentiuntur proin, scribit Seneca, qui sibi obstare ad studia liberalia, ad adquirendam sapientiam, turbam negotiorum videri volunt". „Vaco, mi Lucili, vaco (idem gentilis alibi scribit) et ubicumque sum, meus sum; rebus enim non me trado, sed commodo; quocumque constiti loco, ibi cogitationes meas tracto, et aliquid in animo salutare verso".

Subsidia ad obtinendam collectionem animi necessaria sunt multiplicia et efficacia. Primum subsidium est solitudo et custodia cubiculi, quantum vocatio nostra permittit. Qui intendit ad interiora et spiritualia pervenire (monet Thom. Kemp.) oportet eum cum Jesu a turba declinare. Et cœlestis sponsus per Oseam diserte enuntiat, dilectam animam non alibi, quam in hoc deserto *scientiam Sanctorum* a se edo-

cendam esse; „Ducam eam in solitudinem, et quar ad cor ejus". Hinc maximi Sanctorum hu consortia, ubi poterant, vitabant, et Deo in s vivere eligebant. Ipse David factus est sicut corax in domicilio, sicut passer solitarius in tec similis pellicano, ne nempe in externa effusus a ret sicut fœnum. Ipse Christus suos discipul hominum frequentia abstractos in desertum abduxit, ut eos taciturnum mentis eremum doceret. Quin Deus ipse servo suo Moysi n silenti et a populi societate disjuncto, nonnisi i gine nubis, aut in tabernaculo fœderis sua sensa municavit. Itaque recedite, recedite, hortatu pheta ad fugiendum commercium mundi, et corr nem, quæ in illo regnat, „exite inde; pollutum tangere; exite de medio ejus, mundamini, qui vasa Domini".

Secundum medium est fuga rumorum et co lationum; clericus enim per plateas, per domo quenter circumcursans, et garrula loquacitate colloquia miscens, similis est mirothecæ, op carenti, balneo identidem recluso, et fornaci s apertæ, unde inclusus omnis spiritus atque calor impetu diffugiunt. In tali homine nullus consci nitor, fervor nullus, nulla quies aut attentio ad sentiam Dei vigere potest; cum nugæ continuæ tasiam, cogitationum turbo intellectum, appet tumultus voluntatem, glacialis tepor animam jure occupent, distrahant, vexent, et plurima la ficiant. Quin vagus ejusmodi et loquax clericus a in graviora haud procul abest. Nam, ut ait Alb Magnus, ubi non est taciturnitas, ibi homo de fa adversario superatur. Rationem assignat S. Greg dicens: „incipies quidem a bonis verbis, sed a pervenies ad otiosa, ab otiosis ad jocosa; inde gr facies ad mendacia, rixosa, perniciosa. Verbo:

ies a parvis, et desines in magnis". Quis credat cum is defectuum monstris ætheream hanc, de qua agimus, progeniem, seu collectionem animi subsistere osse? Ipsa Sulamitis, quamdiu dilectum per vias t plateas quæsivit, eundem minime invenit. Nec rius suavi ejus alloquio recreata est, quam postquam : recepit in domum matris suæ, et in cubiculum geitricis suæ. Itaque subtrahe te a superfluis locutioibus, et otiosis circuitionibus, necnon a novitatibus t rumoribus audiendis, ama latere intra conclave ıum, et exclude tumultum mundi.

Tertium medium est frequens exercitium præsenæ Dei; nam animi collectio nihil aliud est quam ontinuata et affectu plena attentio ad existentem in obis immensam Dei majestatem; evidente proin onclusione deducitur, perennem fidem et amorem ræsentis Dei, in quo consistit exercitium præsentiæ)ei, efficacissimum illius assequendæ adjumentum sse. „Itaque quærite Dominum, et confirmamini; uærite faciem ejus semper". In quæ verba S. Augutinus, facies Dei, ait, est præsentia Dei, ejusque faiem quærere, erit in ejus præsentia converso in psum corde semper incedere. Et S. Bonaventura ıffirmat, in præsentia Dei ad modum explicatum emper stare, esse in hac vita beatitudinem inhoare, quæ in visione et amore posita est. Dici ıon satis potest, quantopere viri quique sanctissimi t novæ et antiquæ legis hoc exercitium cordi haıerint, omnes enim cum Davide usurpare posunt illud: „providebam Dominum in conspectu meo emper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear." Nec difficile in se hoc exercitium est, sed omnibus neotiis nostris, operibus et occupationibus, sine ullo orum dispendio, commode intermisceri potest, quia ıonnisi breves et parvæ quædam diversiones sunt, ut oquitur S. *Franciscus Salesius*, a quibus ea, quæ

agimus, nullo modo impediuntur, quin imo etiam mirifice promoventur. Viator pauxillum vini ad cor suum recreandum et os refocillandum sumens, tametsi paululum subsistat, viam suam tamen propterea non interrumpit, imo vero novas ad celerius et facilius eandem perficiendam, vires colligit, non aliter subsistens, quam ut expeditius ambulet.

11. De necessitate ducis spiritualis et de modo cum ipso agendi.

Omnes perfectionis studiosos, præcipue vero incipientes indigere in via vitæ spiritualis duce, constans est sanctorum Patrum doctrina, cui pariter suffragantur omnes vitæ asceticæ magistri; hanc viam, teste S. Vincentio Ferrerio, tenuerunt omnes Sancti. Absit igitur a nobis, ut cogitemus, hoc esse hujus sæculi commentum, a quibusdam personis æquo magis zelosis excogitatum, priscis sæculis et sanctis Patribus incognitum; enimvero nihil eo a veritatis tramite magis alienum esse, hinc luculenter patet, quod semper omnes religiosi ordines tyrones suos, quantumvis scientiis theologicis et philosophicis probe imbutos, ad vota nuncupanda non admittunt, nisi diu multumque probatos in scientia Sanctorum et exercitio virtutum vocationi suæ congruentium sub institutione viri selecti, quem vocant patrem spiritualem, vel præfectum rerum spiritualium. Jam S. Basilius „si mundo, inquit, renuntiare, et Deo fideliter servire statueris, operam dato, ut aliquem tibi virum invenias, quem in omnibus deinceps delectæ tibi vitæ studiis certissimum ducem sequaris, ejusmodique, qui rectum iter ad Deum volentibus pergere, sciat commonstrare; quod si talem quempiam nactus fueris, voluntatem tuam omnino exue ac foras projice; atque hoc ubi feceris, dede te illi, ut sincerissimum veluti vas quoddam existas, qui, quæ in te infundentur virtutes,

d laudem Dei gloriamque ab omni vitio castas conserves. Si igitur Dei munere talem quempiam inveneris ...., magistrum bonorum operum, hoc qui te constanter tene, ut nihil omnino præter ejus sententiam facias." Eamdem prorsus doctrinam tradit S. Hieronymus scribens ad Rusticum his verbis: „nec ipse te doceas, et absque doctore ingrediaris viam, qua numquam ingressus es, statimque in partem alteram declinandum est. Præpositum timeas Dominum, diligas ut parentem; credas tibi salutare, quidquid ille præceperit, nec de majorum sententia dices, cujus officium est obedire et implere quæ jussa sunt." Similiter loquuntur sancti Augustinus, Bernardus, Bonaventura, Laurentius Justinianus; innumerique alii, qui omnes, sine ambage et clarissimis verbis, stabiliunt veritatem, quam hac instructione inculcare desidero.

Verum enimvero sola ratio naturalis dilucide et ad oculum demonstrat, nos omnes in via salutis et perfectionis indigere fideli animarum directore. „Cum omnes artes et disciplinæ humano ingenio repertæ, quæ manu palpari queant et oculis pervideri, recte tamen a quoquam sine instituentis doctrina nequeunt comprehendi, quam ineptum est, credere hanc solam (i. e. scientiam Sanctorum) non egere doctore, quæ et invisibilis et occulta est, et quæ nonnisi corde purissimo pervidetur, cujus error non temporale damnum, nec quod facile reparetur, sed animæ perditionem parit, mortemque perpetuam." *(Cassianus Collat. 24. c. 16.)* Certe ridiculum plane est, inquit S. Isidorus, cum ut militum et mechanicarum artium magistros nanciscamur huc illucque oberremus, divinam tamen philosophiam tanquam vile aliquid ac despiciendum nobis ipsis committamus." Si attenta mentis ruminatione considerare velimus, quanta sit animæ nostræ spiritualis necessitas et infirmitas, quam *prona* sit ad omne

malum nostra voluntas, et quanta sit ejusdem ad b num tepiditas; quanta sit naturæ nostræ depravat a laboriosa difficilique pœnitentiæ semita aversio, quam prona ad eligendam viam sensibus nostris gr tam et amœnam; si ulterius serio reflectere velimu quantis intellectus noster obvolutus sit ignoranti tenebris, quæ illi lumen veritatis occultant, quan sint insuper exsequendis piis nostris sanctisque pr positis obstacula, passiones indomitæ, amor propri adeo periculosus, tam subtilis, tamque astutus, ut sub caritatis, religionis et prudentiæ larva occulte si denique attendere velimus, quantæ sint inimici n stri infernalis insidiæ nocendique artes, quantum p tissimum sit ejus in clericos odium, qui frequenter transformat in Angelum lucis, ut eos incautos mise decipiat; his omnibus rite perpensis, nonne sole cl rius patet, vix nobis possibile esse, ut soli, sine duc sine optimo consiliario, sine fideli directore in v perfectionis incedamus, multo minus in illa, velo passu curramus, et ad sacerdotalem sanctitatem pe veniamus? Sicut ergo utroque oculo orbatus indig duce; sic nos, qui spiritualiter cæci sumus, anim duce opus habemus. Sicut corporaliter cæcus si duce ad singulos ferme passus offendat vel cadat n cesse est, sic et nos sine animæ duce periclitamu sumus velut navigium rectore carens, ventorum fla bus commissum, et ad scopulos allidendum, sum velut grex sine pastore, et ægrotus sine medico.

Nisi quis omnia sua cuipiam viro exponat, ac v luti onus quoddam in sinum amici reponat, præse tim ille facile dejicitur ac decipitur, qui ex mala co suetudine et prava conversatione ad bonorum conso tium venit. Quantum vitæ solatium, habere viru cui pectus aperias, quocum arcana conferas, cui co mittas secreta cordis tui, qui tibi paterna pietate tristibus compatiatur, in persecutionibus te adhort

ac in prosperis gratuletur! Non valebit illudere inimicus, si universas cogitationes tuas non per-›sa obtegas verecundia, sed eas maturo examine oris vel reprobes vel admittas. Illico namque atefacta fuerat cogitatio maligna, veluti marce-serpensque teterrimus traductus quodammodo edit. Alterius arbitrio te totum subjiciens pro-Christum, quo gaudio, qua quiete, qua frueris ii tranquillitate! Alterius manibus sublatus quasi atans magnum hoc mare trajicies. — Tali socie-tali amicitia quid pulchrius? Felix servitus, imo osa libertas, qua quis Dei vicarium potius quam ›sum sibi veluti regnare constituit! Obedientia, uam via regia, hominem inoffenso pede ducit ad mitatem. — „Ubi non est gubernator, populus uet.“ Folium in principio quidem est viride, lum, jucundum, delectabile; postmodum vero uet, arescit, decidit, contemnitur, conculcatur. :t homo, qui a nemine regitur, principio fervet, tepet, denique alget, arescit, desiccatus cadit. pastore gregem, ac infantem destituit patre, utri-periculum parat. Seductori dat manum, qui dare it præceptori.

„Cunctis pene sapientibus contingere solet, ut in s dubiis plus alieno se, quam proprio credant ju-, et qui aliorum facile ambigua quæque elucidant, iis consueverunt scrupulosius hæsitare ... Qui se nagistrum constituit, stulto se discipulum subdit.. lius imperare et securius possum præesse aliis is, quam soli mihi.“ *(S. Bernardus.)* „Omnes indi-us prudenti animarum directore, non viarum, sed ım, inquit S. Laurentius Justinianus, non corpo-, sed animarum. Quamdiu mortali hoc peregri-ır in corpore, ait idem Sanctus, habemus opus ore pervigili, cujus sano consilio, cujus circum-ta prudentia adversariorum spiritualium agno-

scamus insidias, emergentia evadamus pericula, casus vitemus noxios, carnis fugiamus vitia, excitemurque quotidie ad studia actusque virtutum."

Habeat proinde quis eminentem scientiam, sit profundissimus theologus, eximius philosophus; sit in omni scientiarum genere instructissimus, sit potens in opere et sermone, tamen non minus, quam alii indiget animæ suæ duce, cum et ipse sit homo fragilis, et ad sibi adulandum pronus. Solus Deus sibi sufficientissimus consiliario non eget. Ita ratiocinatur S. Chrysostomus his verbis: „Licet mirum in modum sapiens sis, et perspicias ea, quæ oportet, attamen homo es et consiliario tibi opus est; solius enim Dei est, nullius indigere, et nullo opus habere consilio; non es Moyse nec sapientior nec prudentior, qui maxima spiritus docilitate et mentis simplicitate recepit sana consilia, quæ illi suggessit Jethro socer ejus alienigena." Nec id mirum alicui videri debet, cum Dei voluntas sit, ut homo ab homine doceatur, et idcirco non solum invisibiles Angelos illis concessit; sed cum duplici substantia constent, corpore scilicet et anima, voluit illos habere et Angelos visibiles, quales sunt in via salutis et perfectionis directores. Huic irrefragabili legi nos omnes, ad nostri humiliationem, subdidit Deus, quod exemplo Moysis, Jobi et Cornelii manifeste comprobatur, et quidem manifestius exemplo Pauli doctoris gentium. Christus enim eum per semetipsum vocans et alloquens, cum posset ei perfectionis viam reserare confestim, dirigere ad Ananiam mavult, et ab eo jubet viam veritatis agnoscere, dicens: „surge, et ingredere civitatem, et ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere," atque hoc exemplo omnes nos docere voluit, se, postquam præsentiam suam corporalem subtraxit, viros prudentes ac sanctos loco suo constituisse, ut ab iis homines consilia ac voluntatem ejus exquirant.

Sequamur itaque unanimen sanctorum Patrum etrinam, quam vitæ spiritualis magistri nobis se-endam proponunt. Quod si non faciamus, si pru-stiæ nostræ innitentes viæ duce nos non indigere bitremur, illa falsa nostra prudentia ducet nos ad sionum abyssum, ad fœdos lapsus, ad spiritus cæ-atem, ad duritiam cordis, et tandem ad mortem ;undam; nam, ut ait S. Joannes Climacus, seducti it, qui sibi ipsi fidentes, nullo sibi ductore opus e arbitrati sunt; „est enim via, quæ videtur homini ta; novissima autem ejus deducunt ad mortem.“ *·ov. 14. 13.)* O quam multi in damnationis bara-·um immersi sunt, qui prudentiæ suæ innixi, a recto ili tramite misere aberrarunt, quia viæ ducem non buerunt! Prudentiores nos simus; eligamus nobis ectorem, et committamus illi animam nostram; ha-amus eum ut verum animæ patrem, summam illi defe-nus obedientiam et reverentiam, ad exemplum pii us solitarii, de quo meminit S. Joannes Climacus, i nullam prorsus inveniebat difficultatem in superio-sui directione, quantumvis dura et difficili, „quia iristi imaginem, inquiebat, superiori meo imposui.“ :ponamus illi candide, sincere et ingenue omnes nscientiæ nostræ latebras et sinus, detegamus om-a et singula animæ nostræ vulnera, omnes vitæ no-:æ difficultates; aperiamus illi cordis nostri vel mi-mas inclinationes, animæ passiones bonas et malas, iritus anxietates, verbo omnia, quæ spectant animæ istræ salutem, et in via perfectionis progressum, propriæ voluntati prorsus renuntiantes, ejus nos ibernationi omnino committamus. Non multum dis-itiamus, quod nobis dictum fuit, sed illud sanctum, ile et sapiens judicemus. Discernere ipsius est, »strum est obsecundare; infirmus debet servare die-m, quam ei medicus præscribit, si cito et plene irari desiderat; et *quem fructum inde* referemus?

Prorsus incredibilem; vix umquam peccabimus, „quia, ut prudenter scribit venerabilis Bartholomæus a Martyribus, hoc remedium a Deo datum est, ut qui sua se prudentia curare non potest, aliena juvetur". Et quamvis contingat eum falli et errare, qui consilium dat, non fallitur tamen qui accipit, quando ex mandato Domini sequitur consilium ejus. Si ejus mandatis obtemperemus pro Deo, insensibilem semper, quasi in navi existentes, faciemus in via virtutis progressum, vel ut quispiam sanctus Pater id exprimit, iter cœleste dormiendo conficiemus, si in omnibus simus docibiles Dei ut parvuli, inveniemus animæ nostræ requiem temporalem et æternam.

12. De Confessione sacramentali.

Ex communi omnium vitæ spiritualis magistrorum doctrina frequens usus S. Sacramenti Pœnitentiæ est efficacissimum remedium perfectionis brevi adipiscendæ, ea præsertim ex causa, quia efficit facile et brevi illam cordis et conscientiæ puritatem, qua ad divinum amorem recipiendum nos disponi oportet. In hoc Sacramento anima tota quanta abluitur ipso Jesu Christi Sanguine, cui infinita omnino virtus inest, non tantum omnem animæ labem delendi, ac omnem ejus deformitatem auferendi, sed etiam liliis nitidiorem ac ipsa nive candidiorem eam reddendi; non minus efficax remedium est animam cautam et attentam reddendi, ne in culpas jam assuetas denuo relabatur; idque multiplici ex capite: 1° enim ipsa culparum retractatio, ipsum animi propositum et ad meliorem frugem redeundi decretum, quæ in Sacramento Pœnitentiæ fiunt, animam a priori in admissos defectus affectione avellunt, eamque attentam, cautam et circumspectam reddunt, ne iis iterum involvatur; 2° quia singularis illa gratia, qua in hoc mysterio donamur, *voluntatem* nostram corroborat, ut perversis naturæ

inclinationibus ac fraudulentis infernalis inimici inci-
mentis fortiter resistere possit; 3° ipse conscientiæ
rbiter defectus nostros intelligens ad nostram libe-
ationem concurrit, dum opportuna remedia subsidia-
ia præscribit, quæ ad emendationem multum con-
erre possunt; ita ut anima frequenti hujus mysterii
u non solum ab admissis imperfectionibus repurge-
ır, sed etiam attentionem, vigilantiamque adipisca-
ır, ne in posterum iis denuo contaminetur; unde
spius repetito hujus remedii usu indubie acquiritur
ordis et conscientiæ puritas, quam perfectæ carita-
s consecutio et ipsa perfectio subsequitur. Quanta
ommoda hujus Sacramenti frequentatio animis affe-
at, quisque in seipso plus experiri potest, quam ser-
o possit explicare; aliquot tamen utilitates adhuc
ecensebimus. — Qui sæpe confitetur, 1. propter re-
entem memoriam, magis securus est, se integram et
gitimam facturum Confessionem. — 2. Magis redditur
utus in evitandis peccatis, et facilius resurgit, si
liquando labitur; fortius pugnat, et tentationi resi-
tit. — 3. Magna luce illustratur, non modo ad cogno-
cenda peccata, sed etiam radices ipsorum, quæ sunt
ialæ inclinationes et affectiones. — 4 Majorem vi
acramenti consequitur gratiam, et quo plus crescit
ı gratia, eo magis se disponit ad accipiendam majo-
em gratiam in Confessionibus sequentibus. — 5. Non
olum assequitur remissionem peccatorum, sed etiam
ıagna ex parte impetrat relaxationem pœnarum ipsis
ebitarum, tum propter pœnam doloris et pudoris, qui
st in sui accusatione, tum propter ipsius Sacramenti
ratiam. — 6. Nec sæpe, nec graviter solet tentari a
æmone; frequenti enim sui apertione potestas et
irtus proditoris diaboli concidit. — 7. Cum hora mor-
is incerta sit, et frequentes ac subiti illius casus, qui
æpe confitetur, semper quasi ad eam paratus est. —
. Frequens Confessio *generat magnam* securitatem

conscientiæ, magnam suæ salutis certitudinem propterea gaudium in animo magnum, et quie consolationemque in morte admirabilem.

Nihil hic exactius explicandum est de tribus tibus hujus S. Sacramenti quæ sunt, contritio, fessio et satisfactio; pauca memorasse sufficiet.

Ad veram contritionem quod pertinet, req tur, ut peccator doleat et detestetur peccatum com sum, quatenus est offensa Dei, conjungatque cum dolore et hac detestatione firmum propositum mut vitam, et in futurum nunquam peccandi. Concilium Tridentinum *(Sess. 14. cap. 4.)* declarat „hanc contr nem non solum cessationem a peccato et vitæ novæ positum et inchoationem, sed veteris etiam odium c nere; juxta illud: projicite a vobis omnes iniquitate stras.... et facite vobis cor novum et spiritum nov

Ad confessionem quod attinet, requiritur sit integra, i. e. ut nullum peccatum grave scie reticeatur (nihil enim juvaret confessio, imo novum catum sacrilegii ad vetera adderetur), ut descend ad speciem, numerus exprimatur, quoad fieri poter circumstantiæ, ubi oportet; 2° ut sit fidelis, i. e. sinc sine omni mendacio et simulatione in re gravi, in negotio salutis et perfectionis impia esset. ergo dicantur sincere, ut quisque sibi conscius certa, ut certa; dubia, ut dubia; sit etiam pur excusationibus et verbis superfluis; nec quidqu quod ad rem non faciat, dicatur, nec pecca aliorum, nec quisquam sine necessitate nom tur; et breviter, quantum res patitur, se expe pœnitens. 3° ut sit humilis, i. e. fieri debet cum humilitate cordis et verecundia vocis; qui confite memor sit, se esse in præsentia Dei, a quo ven impetrare debet. Ideo reverentem se præbeat, et bis utatur accusatoriis sui; sine affectatione tan et dolore non ficto peccata sua enumeret.

Ad satisfactionem denique quod spectat, requir. ut Deo pro peccatis admissis homo satisfaciat; d nisi fecerit integre in hoc mundo, necessario illi endum erit in purgatorio, cujus pœnæ magnitu- sua (teste B. Augustino) excedunt omnia tormenta, sancti Martyres passi sunt in hac vita.

Quatuor causæ abducere solent peccatorem a fessionis Sacramento, 1. pudor et verecundia ad- sorum peccatorum; huic contra opponere opor- Dei scientiam, ea omnia cognoscentis et futuram lie judicii eorum omnium, nisi per confessionem antur, notititiam ad confusionem. — 2. Timor et ror pœnitentiæ; contra quem ob oculos instituere rtet, Christi martyrumque cruciatus, et gehennæ nenta et supplicia. 3. Metus incurrendæ alicujus miæ ex eorum confessione, et temporalis damni, uid restituendum jubeatur; contra hunc objicere rtet æternam ignominiam et bonorum æternorum ium, ruinamque certissimam. 4. Diffidentia et peratio alicujus peccati vitandi, et contrariæ vir- s adipiscendæ, ut castitatis, etc.; contra hanc dif- ntiam timoremque opponenda est deliberatio ala- non amplius peccandi, gratia item, quæ ad id standum in Sacramento confertur, subsidia ora- iesque confessarii, Angeli custodis, patronique sui la et præsidium.

Ut ex hoc S. Sacramento, quod multarum fons est tiarum præter animæ levamen recipias amplum mentum gratiæ, incrementum amicitiæ divinæ et orem cordis puritatem et in virtute profectum, sequere monita et consilia:

1° Ubi dies Confessionis advenerit, cogita te ac- surum ad pium benignumque Samaritanum, ut vi- et oleum vulneribus tuis infundat, vel ad balneum, nimam tuam Sanguine Christi laves; ad medicum, patrem, ad Red*emptorem, etc.* *Hæc* aut similia

cogitando ad hujus Sacramenti æstimationem et desiderium te prius excita.

2° Dei auxilium, B. M. V. et Sanctorum intercessionem diligenter implora, ut fructum omnem ex Sacramento referas; quod jam mane, v. g. in Missæ sacrificio fieri potest.

3° Ubi tempus accedendi ad Confessionem appropinquaverit, quartam horæ partem in præparationem diligenter impende. Hæc præparatio eo fere modo institui potest, quo fit examen conscientiæ generale, notando defectus graviores et magis deliberatos. Ex venialibus peccatis illa confitearis, quæ magis tuam conscientiam inquietant, aut tibi pudorem ingenerant: levissima enim tantum confiteri, quæ Sanctus quisque confiteri potest, et majora reticere, insignis stultitiæ est. Ne frigide recenseas culpas tuas, sed simul ac tibi occurrent, dole quod iterum infinitam Dei bonitatem offendisti. Recordare etiam, majorem hujus temporis partem impendendam esse non peccatis inquirendis, sed dolori excitando.

4° In eliciendo actu contritionis quam perfectissimo, propositoque firmo et sincero, attende, ut illa extendas ad omnia totius vitæ tuæ peccata, quamvis magis in particulari præsentes defectus inquirere et de iis dolere debeas; et ut tum contritio tum propositum sit fervidius, rationem unam alteramve illis excitandis magis aptam elige et perpende.

5° His rite peractis, indue sensa filii prodigi, qui a Christo ipso in exemplum pœnitentibus proponitur et dic cum eo: „Surgam et ibo ad patrem meum, et dicam ei: Pater peccavi..... jam non sum dignus vocari filius tuus"; aut cogita te cum Maria Magdalena ire ad pedes Christi, ejusque amorem et humilitatem imitare. Hisce cogitationibus immersus ad Confessionem accede, cavens tibi in accessu ab omni distractione.

6° Ex peccatis anteactæ vitæ unum alterumve gravius semper adde in Confessione, non quasi alias sufficiens absolutionis materia deesset, sed ut magis te confundas, et ut simul de necessario dolore cautum sit, qui pro quotidianis defectibus non semper adest sufficiens, et tamen ad validam absolutionem adsit oportet.

7° Modus autem confitendi erit sequens: 1) Benedicite, reverende Pater; 2) post ultimam Confessionem absolvi pœnitentiam; 3) accuso me de peccatis quibus iterum offendi infinitam Dei majestatem et bonitatem, præcipue vero quod.... 4) accuso me etiam de peccatis præteritæ vitæ, præsertim quod..... 5) de his et omnibus peccatis totius vitæ meæ doleo ex toto corde, seriam promitto emendationem, et precor humiliter pœnitentiam et absolutionem.

8° Peracta Confessione ausculta, ut Magdalena ad pedes Jesu pœnitens, quid confessarius nomine Christi tibi suggerat, ejusque verba omnia quasi Christo ipso prolata suscipe, cum vero profectus spiritualis desiderio.

9° Cum sacerdos te absolvit, magnam exhibe reverentiam, et imaginare tibi animam tuam illo momento Sanguine Christi lavari et mundari. Tunc dicito cum Propheta: „Amplius lava me ab iniquitate mea", etc.

10° Deinde gratias Deo agens recede, si fieri potest, in oratorium; et ibi renova dolorem et propositum; pete auxilium Dei et Sanctorum pro emendatione, pœnitentiam imple, et nihil eorum, quæ tibi dixit sacerdos, obliviscere.

11° Post confessionem, denuo te colligas, ac tria observes: 1°) Pœnitentiam injunctam cum primum licebit, perage, et propositum firmum renova a peccatis, quæ confessus es, et ab omnibus aliis, cum auxilio Dei, abstinendi et occasionem eorum, quoad ejus fieri potest, declinandi; et tum confide peccata tibi omnia remissa esse per Dei bonitatem, supplente Sacramenti efficacia defectus et imperfectiones ad-

missas. 2°) Ad augmentum gratiæ te dispone; anteactæ vitæ offensas piis obsequiis compensare desidera in posterum; et ex memoria præteritorum malorum, ad bona consectanda humilior et ferventior fieri conare. 3°) Ad emendationem te converte, et observando unum aut duos defectus, eos potissimum, unde forte alii non pauci oriuntur, contra illos te obarma, et remedia adhibe tum generalia, tum specialia quæ sequuntur.

Remedia generalia contra peccata.

1. Frequens Confessio et Communio sub directione ejusdem confessarii. 2. Quotidianum exercitium contritionis, variando ejusdem formulas ex pio libro. 3. Quotidianum examen conscientiæ generale et particulare cum reflexione ad remedia adhibita vel adhibenda. 4. Impositio ultroneæ pœnitentiæ seu mortificationis ad quemvis relapsum. 5. Fuga otii et nimietatis in cibo et potu. 6. Fuga occasionum. 7. Fuga pravæ societatis. 8. Custodia sensuum, præsertim oculorum, aurium, tactus. 9. Concionum frequentatio. 10. Lectio piorum librorum quotidiana per semihoram, vel saltem per quartam horæ partem. 11. Extraordinaria ac devota oratio v. g. expansis manibus. 12. Præsentiæ divinæ, vel S. Angeli custodis memoria. 13. Consideratio Passionis Dominicæ, vel quatuor novissimorum. 14. Piæ aspirationes ad Deum per diem crebræ. 15. Corporis afflictio per jejunia, cilicia, flagella etc. 16. Eleemosynæ, vel alii actus misericordiæ. 17. Devotiones ad Christum crucifixum, Matrem dolorosam, vel SS. Patronos. 18. Fiducialis invocatio SS. nominis Jesu. 19. Preces ac mortificationes votivæ ad tempus v. g. abstinentiæ die veneris vel sabbati. 20. Resistentia, et aversio mentis ad alia objecta in principio tentationis.

Remedia specialia contra quædam peccata.

Contra luxuriam. 1. Fortiter resiste. Libido ;nis est; quo magis pabulum ministras, tanto magis rardescit et sævit. Numquam expletur, nunquam icit, sufficit. Si sequeris hodie, majora cras impeıbit; si negas, vim faciet. Dum servitur libidini, inuit sanctus Augustinus, *(Conf. lib. 8. c. 5.)* fit consueıdo; tenet denique obstrictum miserum, eheu! libiidinis mancipium dura necessitas.

2. Custodi oculos, manus, aures, quo omnis ıbrico huic vitio præcludatur aditus. „Pepigi fœdus, ıquit Job *(31. 1.)* cum oculis meis, ut ne cogitaım quidem de virgine; quam enim partem haberet ı me Deus?" si nimirum hoc non facerem? Recte ıoque monet Eccli. *(28. 28.)* „sepi aures tuas spinis". npudicus oculus est impudici cordis nuntius; inveıcundis oculis libidinosus animus deprehenditur. Ne ıtuearis quod non licet concupiscere.

3. Fuge occasiones et consortia, quibus alias ı hanc tentationem inductus es, maxime vero femiıeum sexum vita. „De vestimentis enim procedit inea, et a muliere iniquitas viri." *(Eccli. 42. 13.)* Per inguæ enim blandimenta decipit.

4. Expende excellentiam status tui, jacturam hoıoris, perturbationes animi, tristitiam, aliaque innumera mala, quæ præter offensam Dei, gratiæque amissionem ex hoc vitio pullulant, graphice descripta in Proverbiis et alibi.

5. Considera, quam pauci huic vitio dediti salventur Sancti cujusdam Doctoris sententia est: „Ex iis qui damnati sint, plurimos periisse propter vitium carnis". Nec mirum: „nam verbum sapiens quodcumque audierit scius laudabit et ad se adjiciet; audivit luxuriosus, et displicebit illi; et projiciet illud post dorsum suum." *(Eccli. 21. 18.)* „Non dabunt cogitationes suas, ut

revertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorum". *(Os. 5. 4.)* Ob hoc vitium non solum Sodomam et Gomorrham cœlesti igne *(Gen. 19.)*, verum et universum genus humanum diluvio deleri necesse fuit; nulla alia ratione abominabile hoc vitium tolli, aut emendari potuit.

6. Repræsenta tibi luxuriosorum cruciatus in stagno ignis ardentis sulphure. *(Apoc. 19. 20.)* Eheu! momentaneum est, quod delectat; æternum quod cruciat. Quod quia miseri in tempore non considerarunt, hinc æterna illa damnatorum est lamentatio: „Ergo erravimus a via veritatis . . . Transierunt omnia illa tanquam umbra". *(Sap. 5. 6 et 9.)*

8. Præsentiam Dei, et Angeli custodis considera, tibique dictum illud puta: „Quocunque perrexeris, memento te deprehensam". *(Gen. 20. 16.)*

9. Confuge in expansa crucifixi Domini nostri Jesu Christi brachia, te ad amorem sui provocantis, tuosque amplexus avide exspectantis. O quanto majoribus hinc anima tua voluptatibus perfundetur, quam ab iis, quæ promittit caro! Accurre et dic: hæc requies mea etc. vel quid mihi est in cœlo etc.

10. Carnis petulantiam jejuniis, etc. coerce, aliaque remedia adhibe, quæ confessarius tibi indicabit.

Contra superbiam et vanam gloriam.

1. Bene considera Spiritus sancti sententiam per Siracidem prolatam: *(Eccli. 10. 15.)* „Initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis." Exemplo sit Lucifer. *(Is. 14.)*

2. Peccata tua, et imperfectiones ob oculos pone, quæ multitudine sua, et gravitate omnem laudis materiam facile tollent. Manassen arrogantissimum regem commissorum peccatorum consideratio exclamare coegit: Non sum dignus intueri, et aspicere altitudinem cœli.

3. **Meditare illa verba Apostoli: humiliavit semet-** am (Dominus noster Jesus Christus) etc. *(Phil. 2.)* u, terræ vermiculus, extolleris!

4. Ex vana gloria quid, obsecro, utilitatis capi- ? Aranearum laborem suadet, æternæque gloriæ ctum aufert. Receperunt enim vanæ gloriæ secta- es in hac vita mercedem suam. O vanitatem!

5. An non experimur, quærendo gloriam eam itti? Ab iisdem contemnimur, a quibus illam imus; proinde audiamus vocem Domini sic nos ie adhortantis per Jeremiam: *(9. 24.)* „In hoc glo- ur, qui gloriatur, scire et nosse me; quia ego ı Dominus."

Contra iram, et odium proximi. 1. Expende ribilem Dei comminationem: *(Eccli. 28. 3.)* Homo nini reservat iram, et a Deo quærit medelam? hominem similem sibi non habet misericordiam, de peccatis suis deprecatur? Ipse cum caro sit, ervat iram, et propitiationem petit a Deo? Quis ›rabit pro delictis illius?

2. O quoties Deus justam contra tua scelera ıceptam iram continuit, tibique pepercit, multis erim millenis hominibus ob minora et pauciora ccata, quam tu commisisti, æternum damnatis? ı divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimi- is contemnis? *(Rom. 2.)* Judicium sine misericor- ı illi, qui non fecit misericordiam. *(Jac. 2. 13.)*

3. Quam multa non modo Deus, sed alii homi- s in te tolerant, quæ tu, amore proprio excæcatus, n vides? Qua ergo mensura vis ut alii tuos me- ıntur defectus, eadem tu metire aliorum.

4. Inspice et fac secundum exemplar, quod tibi monte (Calvariæ) monstratum est a Christo, qui m malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, ›n comminabatur. *(I. Petr. 2. 23.)*

5. „Considera te una insigni tui ipsius victoria in ira, aut odii remissione plus apud Deum mereri posse, quam plurimis precibus, jejuniis, corporisque afflictionibus; quod in Davide implacabili hosti suo Sauli parcente manifestum est. Nam hujus solius virtutis commemoratione a Deo summa quæque pro se, et filio impetrare confidit. *(Ps. 131.)* Memento Domine David, et omnis mansuetudinis ejus etc.

Contra detractiones. 1. Considera hoc peccatum simile esse, imo gravius furto; melius enim est nomen bonum, quam divitiæ multæ. *(Prov. 22. 1.)* Sicut ergo non dimittitur furti peccatum, nisi restituatur ablatum; sic nec detractionis. Quam autem difficile est violatum semel honorem redintegrare!

2. Expende, quot et quanta ex detractione gignantur peccata, quorum omnium detractor fit reus. Crimen semel revelatum quot vicibus, quot locis deinceps ab aliis propalatur, tot peccatorum detractor se auctorem fecit. Numquid talis lingua non est ignis? qui magnam silvam incendit? *(Jac. 3. 5.)*

3. Ecquid, obsecro, commodi aut emolumenti a detractione provenit? in caput detrahentis redundat, quod in alios derivari voluit. In quo enim, inquit Apostolus *(Rom. 2. 1.)* alterum judicas, teipsum condemnas.

Contra immoderatam tristitiam, animique perturbationem. 1. Labora inprimis, ut con scientiam ab omnibus gravioribus noxis liberes. Gau dium enim, et „gloria nostra hæc est, inquit Apostolu *(2. Cor. 1. 12.)* testimonium conscientiæ nostræ, quo in simplicitate cordis . . . conversati sumus." Præter per SS. Eucharistiæ Sacramentum illum sæpe excip qui ait: Pacem meam do vobis etc. *(Joan. 14. 2* Gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum ne tollet a vobis. *(Joan. 16. 22.)*

2. Stude mansuetudini et humilitati; Christus im his suis verbis: Discite a me, quia mitis sum humilis corde, addit: Et invenietis requiem aniibus vestris. Fili! inquit Siracides, in mansuetudine era tua perfice, et super hominum gloriam diligeris. uanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram o invenies gratiam. *(Eccli. 3. 19. 20.)* Hinc utique tata animo pax et tranquillitas nascitur.

3. Observa, quod idem sapiens suadet. Altiora ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris; sed æ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. *(3. 22.)* duis, multisque adversis casibus, et perturbatioous obnoxius est ascensus ad alta; dulcissima pace, tranquillitate fruitur, qui parvo et humili contens vivit.

4. Rebus alienis te non immisce juxta ejusdem pientis consilium. De ea re, quæ te non molestat, certes. *(Eccli. 11. 19.)* Ne fueris curiosus; non t enim tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, dere. Quod Christus Petro dixit, tibi sæpius ingena: „quid ad te? tu me sequere". Multam possemus cem habere, si non vellemus nos aliorum dictis et ctis, quæ ad nostram curam non spectant, occure. Quomodo potest ille diu in pace manere, qui ienis curis se intermiscet?

5. Te totum in manus Dei trade, et ejusdem ovidentiæ committe; et dic cum Psalmographo. *hal. 22. 1.)* „Dominus regit me, et nihil mihi deerit c". Et cum Habac. *(3.)* „Ego autem in Domino udebo, et exsultabo in Deo Jesu meo". Conclude ndem his verbis: „In pace in id ipsum dormiam et quiescam". *(Psal. 4. 9.)*

13. De Communione sacramentali.

Inter innumera divini amoris in nos argumenta, um est vel ex maximis *SS. Eucharistiæ* institutio,

nec potuit Christus Dominus noster majoris honoris, utilitatis, ac jucunditatis opus nobis in terris relinquere, quam in hoc admirabili Sacramento reliquit. Hic habemus ad quem refugiamus in omnibus adversis; cui loquamur, cum opus est, facie ad faciem, Deum, inquam, cui per hoc Sacramentum conjungimur intime et quasi concorporamur. Denique vita ipsa, quæ Christus est, nobis in hoc Sacramento porrigitur, ut propterea merito Panis vitæ dicatur; de quo Christus Dominus: „Qui manducat hunc panem, vivet in æternum". Ex quibus et illud colligitur, esse Sacramentum istud infinitæ virtutis; utpote quod contineat fontem gratiæ, et nobis communicet omnem virtutem Passionis Christi Jesu, cujus est meritum infinitum. Atque eam ob rem tot tantique fructus Eucharistiæ a SS. Patribus traduntur, ut eorum breviarium duntaxat recensere satis sit. Sunt autem hi: nos Deo conjungit, unit, incorporat, et Deiferos facit; remittit peccata præterita, quæ ex oblivione memoriæ exciderunt; confirmat adversum futura; debilitat vitiosos animi impetus; tentationes minuit; ad pietatis studium incitat; intellectum illuminat; accendit affectum; confirmat spem; debilitati nostræ vires addit; exhilarat conscientiam; participes nos facit meritorum Christi; dat pignus futuræ gloriæ; confirmat cor hominis; armat fortes, ut strenue cum diabolo decertent; alacres facit ad probas actiones; mire adjuvat ad res adversas tolerandas; pœnas peccati minuit.

Fructus hi mirabiles sufficere possent ad nos movendos, ut sæpius et ardentius SS. Communionem percipiamus; sed addo quædam alia argumenta ex similitudinibus ducta.

1. Sicut parens, cui gratissimum est, frequenter in domum filii sui vocari, sciens hujus sui desiderii filium esse conscium, non recte accipit, si semel tantum, bis,

erve in anno, aut saltem raro admodum invitetur, ta Christus, cujus novimus esse delicias versari cum liis hominum, *(Prov. 8. 31.)* si raro admittatur, merito aique ferre potest.

2. Amicus libenter adest amico; si ergo tu Christo non ades libenter, signum est parvi tui erga um amoris.

3. Dicis te desiderare Christo perpetuo adesse n cœlo; hic ergo frequenti Communione ineunda st cum eo familiaritas, ne post hanc vitam te non gnoscat. Nam sicut amicus, qui in prosperitate amicum negligens, aliis sese jungit, si tempore adverso ıb aliis desertus, amicum repetit, non id facere ex aritatis affectu videtur, sed ex necessitate; ita qui, lum vivit, Christum Dominum postponit rebus terrenit, post mortem judicandus est non ex amore Christum desiderare, sed quia alia solatia, quæ Christo præposuerat, desunt.

4. Sicut dives homo, natura misericors et liberalis, si sæpe visitet domum ruinosam hominis pauperculi, nunquam ad eam veniet, nisi relicto aliquo dono, tum pro beneficio hospitii, tum pro domus reparatione, præsertim si statuat sæpius eodem divertere; ita Christus ditissimus et summe misericors, quoties domum nostram per sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ingreditur, nunquam discedit, nisi relicto eximio munere, partim pro officio Communionis, partim ut habitaculum sibi, ad quod frequenter venire proponit, dignum paret. Quia enim nemo ita probe novit, quo ornatu parandus sit locus Christo, atque Christus ipse, ideo Communione una disponitur homo ad Communionem sequentem; nempe dum Christus frequenti Communione sibi ipsi locum parat.

5. Fasciculus viridis ut totus incendatur, et ignem concipiat, non satis est, si semel ignis subjiciatur, sed frequenter ignis admovendus *est, ut ejus* crebra repe-

titione primum quidem incalescant ligna, deinde vero teneriores ramusculi absumantur, paulatim quoque fascis exsiccatus in ignem tandem totus vertatur; eodem pacto, homo vitiorum atque passionum copia humidus, non statim converti potest in ignem divinum, nisi crebra Communione passiones sensim coerceantur.

6. Sancta Eucharistia est cibus animæ, sicut panis est cibus corporis; anima autem tanto est corpore præstantior, quanto divinior, nimirum, ad Dei imaginem et similitudinem creata, Christi Sanguine redempta, immortalitate donata, naturæ Angelicæ, sine qua nec ipsum corpus viveret; nonne ergo indignum est, quod corpus hoc vermibus absumendum, atque in cineres brevi redigendum quotidie sæpe pascatur, atque ad illud fovendum omnia studia, omnesque labores convertantur; animæ autem nutrimentum et raro, et non sine tædio præbeatur? Sane, sicuti corpus sine cibo nec labores ferre potest, nec vivere; ita anima sine Eucharistia non potest istius peregrinationis labores sustinere, nec vitam retinere. „Qui (inquit Christus) manducat me, ipse vivet propter me“, quasi dicat; non vivet, nisi me sumat.

7. Quo tempore aër est peste infectus, solent homines uti adversus noxium aërem, imminensque periculum, medicina præservativa, potissimum egressu foras; atqui vero, totus iste mundus infectionibus plenus est, nimirum infinitis peccatis, occasionibusque peccandi; proinde, qui præservari a peccatis cupit, is medicina hac frequentius utatur, quo illi graviora imminent pericula, et plures occasiones, quibus ad peccandum induci posset.

8. Sicut is, cui inter hostes est incedendum, operam ut comites habeat, et arma, quibus hostes deterreat, aut repellat, ita, qui in hac vita inter numeros hostes visibiles et invisibiles degit, cu

debet, ne vel comitatu, vel armis destituatur. Optimus autem comes est Christus in Eucharistia sumptus, cui semper adest innumera multitudo Angelorum; optima etiam arma præbet communicanti, quando gratiam et fortitudinem largitur. Sæpe est ergo ad hanc mensam accedendum, et cum Psalmista dicendum: „Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos, qui tribulant me". (*Psal. 22. 5.*)

9. Sicut qui filium habet unice dilectum, hoc maxime curat, ne ei doctus aut diligens pædagogus desit, a cujus latere nunquam discedat, ita qui animam suam recte institutam cupit, nunquam patietur ab ea Christum abesse, sed eam illi per crebram Communionem conjunget

10. Sicut infirmus aut graviter vulneratus, desiderat medici vel chirurgi frequentem accessum, et medicamenta seu malagmata, quibus vulnera sæpe reficiantur; ita christianus variis multisque vulneribus in anima saucius, et gravibus morbis affectus, merito desiderare debet Christi optimi medici præsentiam, qui in Sacramento Eucharistiæ omnium morborum remedia secum affert. Ita enim dicit S. Bernardus: „Eucharistia medicina est ægrotis, peregrinantibus diæta, debiles confortat, valentes delectat, languorem sanat, sanitatem servat; fit homo mansuetior ad correptionem, patientior ad laborem; ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actiones devotior".

11. Sicut mercatores ea loca sæpius frequentant, ubi plus lucri exspectant, et pauperes illorum januas, ubi copiosiores eleemosynæ conferuntur; ita clericus ad Christi mensam frequentior esse deberet, ubi et majora et uberiora dona dantur. Siquidem hoc Sacramentum cupiditates malas refrænat et castimoniam firmat; hic dimittuntur quotidiana peccata, expelluntur potestates satanæ, dantur vires ad ipsum

etiam Martyrium subeundum, minuitur in minimis peccatis sensus, in gravioribus autem tollitur omnino consensus, denique afferuntur omnia bona, quia communicans in id transit, quod sumit. Venit quippe ad te Christus, ut te honore afficiat sua præsentia, ungat te sua gratia, curet te sua misericordia, lavet te suo Sanguine, resuscitet te sua morte, illuminet te sua luce, inflammet te suo amore, consoletur te sua infinita suavitate, uniat et desponset se cum anima tua, faciatque participem te spiritus sui, omniumque bonorum, quæ cum hac carne, quam tibi offert, in ara crucis promeritus est. Quemadmodum ergo si princeps aliquis, multa secum afferens munera, qualibet septimana januam tuam pulsaret, gratissimo illum animo reciperes; ita cum magno desiderio et gratitudine convenit Christum suscipere, cujus dona omnes res terrestres præstantia ac magnitudine vincunt.

Hoc ergo SS. Sacramentum frequenter sed semper cum necessariis dispositionibus recipe. „Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat“, monet S. Apostolus. *(I. Cor. 11. 28.)* Agnum sine macula, filium Virginis quis immundus audeat recipere? „Auream animam tibi facito“, ait S. Chrysostomus. Quem in finem hæc sequere monita et consilia:

I. Veni ad hoc Sacramentum cum fide viva firmiter credas oportet, sub minima visibili parti cula panis, post consecrationem, contineri veru et integrum corpus Christi Jesu, veri Dei et hom nis; corpus, inquam, idem, quod ex Maria natu cruci postea affixum, modo ad dexteram patris om potentis in cœlis sedet gloriosum. Quia vero cor Christi, corpus est vivum, et animatum, et cor Christi veri Dei, ideo sub ipsa specie panis non c tantum, sed et una per concomitantiam sangui anima gloriosa et beatissima Christi divinitas majestate sua continentur, adeo, ut necesse no

mere Sacramentum sub specie vini; quod
venit sacerdotibus, qui non tantum commu-
sed etiam sacrificant. Et sicut sub specie
e quatuor, quæ diximus, caro scilicet Christi,
anima, et divinitas continentur; ita quoque
ie vini, sanguis, et per concomitantiam caro,
t divinitas concluduntur. Atque hæc est fides
Catholicæ et Apostolicæ, pro qua occumben-
potius millies, quam vel minimum de ea am-
n. Quod si te dæmon tentaverit, et dubie-
iquam circa veritatem hanc ingesserit, nihil
onsione aliud ingeras, quam Credo, credo;
it omnipotens; „non est impossibile apud
nne verbum"; qui dixit: „Fiat lux, firma-
etc. et facta sunt"; idem dixit: „Hoc est,
neum", et vere fit, et est post consecrationis
Corpus Christi. „Sicut non fuit Deo impossi-
it B. Augustinus, „quas voluit naturas insti-
ic ei non est impossibile, in quidquid voluerit
itutas mutare". „Adoro te devote, latens
quæ sub his figuris vere latitas...... Credo
l dixit Dei Filius, nil hoc verbo veritatis ve-
Quod credidit semper ecclesia, quod tenuerunt
Patres omnes, hoc credo, hoc teneo. Do-
dauge fidem meam.
Accede ad hoc SS Sacramentum cum magna
m quid tibi ille denegabit, qui seipsum tibi est
? Exercetur vero spes, considerando in Chri-
quidquid confidentiam excitare potest; hinc
quoniam potest omne bonum nobis conferre,
omnipotens, et indigentiam nostram perspe-
beat; cum ergo accedamus ad mare immensum
n omnium, quomodo non hauriemus aquam gra-
ndanter ex eo? inde vero, quia vult omne bo-
nis impertire, cum sit summe benignus, cum nos
plus quam *nos ipsi*, magisque largiri nobis

sua dona, quam nos recipere desideret, cumque ne meritum desit, suum nobis impendat. Actuali itaque intentione aliquem finem excelsum, cœlestem, divinum quære, et ad rem Deo placitam, proximis utilem, tibi salutarem respice. Possumus autem assumere unum alterumve ex sequentibus: 1. ut a morbis et infirmitatibus animi sanemur per medicum animarum nostrarum optimum, nos in Communione visitantem; 2. ut peccata nostra expiemus, nec enim efficacior victima pro peccatis, quam agni immaculati, qui tollit peccata mundi; ipse enim est advocatus noster, et propitiatio pro peccatis nostris apud Patrem; 3. ut a certa tribulatione, angustia vel tentatione liberemur per Christum, per quem salvati et liberati sumus; 4. ut certam gratiam, aut beneficium impetremus per mediatorem, qui a Patre semper exauditur pro reverentia sua; 5. ut pro acceptis a Deo donis grati simus, cum nihil habeamus præstantius aut gratius offerendum Deo, quam dilectum ejus filium, in quo sibi bene complacuit; 6. ut Deum et sanctos honoremus, quia Christus est caput SS. non ad mensuram sanctus. Quid vero honorificentius Sanctis, vel acceptius fieri potest, quam si in ipsorum festis, et sacris ædibus offeratur ille, cui se debere libentes agnoscunt omnem sanctitatem et beatitatem? 7. ut opitulemur defunctis, cum nihil efficacius pro illis interpellet apud Deum Patrem, nihil melius clamet, quam Sanguis Christi effusus in remissionem peccatorum; 8. optimus vero et primarius finis est, ut Deo uniamur per amorem, convertamur et transformemur in ipsum, sicque inseparabiliter ei adhæreamus, dicentes cum Propeta: „Mihi adhærere Deo bonum est, et ponere in Deo meo spem meam. Quid enim mihi est in cœlo? et a te quid volui super terram“?

III. Accede ad hoc SS Sacramentum magna devotione, mentis attentione, et animi recol-

ctione; nimirum per meditationes et orationes pias, tantum Sacramentum animum converte et con-, ac admirare incomprehensibilem Dei humilitatem et caritatem non dedignantis venire ad te, a te, tibi uniri et conjungi; simulque in memoriam passionem et mortem ipsius, cujus mysterii in Sacramento singulariter memorem te esse voluit.

IV. Accede ad hoc SS. Sacramentum cum vehementi mensæ divinæ fame et desiderio. Quemadmodum enim ille cibus corporalis optime sapit, et plurimum alit et roborat, qui cum fame et appetentia sumitur, ita cibus spiritualis hujus SS. Sacramenti singulari modo reficit animam, quando magno desiderio sumitur; nempe sicut ibi, ita hic quoque optimum cibi condimentum est fames. Illa autem fames hujus cibi excitanda est duplici consideratione: altera, excellentiæ et utilitatis hujus Sacramenti, altera, propriæ paupertatis ac necessitatis, ·diæ, infirmitatis et miseriarum, quibus omnibus in hoc cibo præsentissimum affertur remedium.

V. Accede ad hoc SS Sacramentum cum profunda reverentia et humilitate, quæ duabus considerationibus juvatur; altera immensæ gnitudinis, dignitatis, et imperii Christi Domini, puritatis, quia nec stellæ in conspectu ejus mundæ it; altera, contrariæ vilitatis et infirmitatis no-æ, quæ considerata efficiet, ut divinam beneficen-m mag i faciamus.

VI. Accede cum filiali amore, qui in duabus siderationibus invenitur; altera Passionis Christi, cujus vulneribus amor convenientissime hauritur; era, præsentis beneficii, in quo tanta cum dignatione caritate Jesus Christus se communicat, tamque fa-iariter et intime nobis se conjungit, nec solum ejus jestas pauperem nostram domum ingreditur, et a tr s vulneribus non *abhorret, sed Sanguinem* etiam

suum et Corpus in medicamentum donat, ad nos sanandos, præservandos, confirmandos. Ad hujusmodi amoris exercitium plurimum conducere videtur, si primum mane ejus diei, quo communicabis, te obiter jam in eo exercere incipias, cogitare benignissimum Dominum tuum cum desiderio te exspectare in ecclesia, ut in anima tua requiescere possit; deinde si adeundo illum cogites, quanto gaudio etiam Angelus tuus custos afficiatur, dum te comitatur euntem, ut suum tuumque Dominum, tam suorum amantem, hospitio recipias, idemque de sanctis etiam Patronis tuis, Beatissimaque imprimis Virgine cogitare liceret, quos propterea, templum jam ingressus etiam deprecari poteris, ut amorem tibi communis Domini sincerum, ac dignam Communionem ab eo impetrent.

Si adhibita diligentia optatum fervorem, devotionem et desiderium tibi deesse sentis, vehemens saltem illius desiderium in te excitare, et divinæ voluntati te conformare stude; nam desiderium pauperum exaudiet Dominus, præparationem cordis eorum audiet auris ejus, et rationalis devotio sensibili multo sublimior. „Quisquis ergo secure accedere cupit, non multum curet, quidquid sentiat, sed quid velit et intendat; affectum et voluntatem suam ad Deum ex toto convertat, omnibus illis, quæ Deo displicent, cum humili voluntatis suæ in Dei voluntatem resignatione vale faciat ex ipso fundo“. Ad confirmandum hanc doctrinam libet adscribere, ex magno quodam spiritus magistro, verba hæc solatii plena. „Licet“, inquit, „quis secundum hanc perfectionem conversari studuerit, et iam quietam ac puram vitam et fervidam devotionem sortiri optaverit, non tamen semper ad nutum suum se taliter devotum inveniet, nec ideo a Communione abstinendum opinor, dum fecerit homo quod in se est; utpote vitam et conscientiam discutiendo, peccata confitendo, gratiam implorando, et in

spe divinæ clementiæ accedendo. Quamvis enim experimentalem illam devotionem, ac perceptibiliter dulcem affectum non habeat (quæ frequenter ex redundantia superioris appetitus ad inferiorem, seu voluntatis ad sensualitatem causatur), si tamen ratio optet Deo adhærere, et vitiis dissentire laboret, et voluntas inferioris appetitus motibus dominetur; tunc vera et intellectualis devotio adest, et hæc sufficit, imo tutior est." *(Dion. Carth. lib. de expos. Miss. art. 3.)* „Recurre etiam, (ait Reginald.) ad Beatissimam Virginem aliorumque Sanctorum patrocinium pro necessario ad tanti Regis exceptionem apparatu, ex ipsius regia obtinendo. Illi enim domestici ejus sunt et familiares, plurimum apud ipsum valentes auctoritate; dignitatis item ipsius studiosissimi sunt, ac nostræ utilitatis amantissimi. Imitemur rusticum, qui excepturus virum nobilem, casam quidem suam purgare potest, sed ut eam ornet, ad alienam locupletiorum opem recurrit."

Immediate post S. Communionem puta tibi dici a Christo, ad cujus mensam assedisti: „Scitis, quid fecerim vobis"? quo vos honore dignatus sim, quali vos cibo refecerim? Plurimum refert, nosse uti eo tempore, quo apud te demoratur Christus, et hospitis, quem excepisti, dulci frui præsentia; neque enim tempus aliud ad tractanda salutis et perfectionis tuæ negotia opportunius aut magis idoneum, quam cum tecum et intra te habes ipsum salutis auctorem. Quid ergo sic propere festinas, mi clerice, a S. Communione ad alia negotia, colloquia, studia, immemor Dei tui, a quo plus scientiæ, commodi, honoris, felicitatis, delectationis, luminis et auxilii ad res bene gerendas, præsertim hoc ipso tempore percipere poteris, quam ab omnibus aliis creaturis? Num tædio tibi est ejus conversatio et colloquium, cujus deliciæ sunt, esse cum filiis hominum? Quid si te invitasset amicus, et domo

quidem reciperet, sed mox quasi pertæsus consortii te relicto exiret per posticum ad alia colloquia, ve negotia, non dignatus te hospitem familiari colloquio aut ullo benevolentiæ et amoris officio, nonne is me rito audiret inhumani et inurbani ingenii homo, ne ullo deinceps amicitiæ commercio vel officio dignu haberetur? Vide ergo, quid de teipso dicendum, qu Deum invitasti, et jam recepisti in domum tuam, (qua lis vero, quantusque hic hospes est!), tu vero, eo vi ingresso, mox subducis te, abiens ad colloquia, negotia studia etc. nec curas cum eo paulisper conversari, ve ullum amoris et gratitudinis signum tam liberali e benevolo hospiti ostendere. Quid hoc est, nisi vili pendere, maxime cum ille veniat ad te, non ut refi ciatur a te, sed ut reficiat te. Vide, ne, qui spernis et ipse spernaris. Optima autem, Deoque gratissim gratiarum actio consistit in eo, ut offeramus actun aliquem heroicum virtutis nobis magis necessariæ, ve seriam malorum affectuum mortificationem, et præ cipue defectus seu vitii alicujus particularis, quo pro fectum divini amoris, solidæque virtutis progressun impediri scimus, emendationem. Quid enim aliud requi rit a nobis Deus, et quid aliud retribuere possumu pro tanto beneficio Deo, qui bonorum nostrorum no indiget, quam ut corrigamus in moribus nostris id, quo ipsi displicet, et adversatur ejus in nos amori? Cum ho spitem dulcissimum Christum Dominum suscepisti, col loquia cum illo instituere debes amore et fiducia ple na; tunc tempus opportunum est, defectus tuos deplo randi, miserias et ærumnas tuas omnes ipsi exponendi auxilium ad agenda et perferenda omnia implorandi Tracta cum Domino tuo familiarissime omnia ne gotia tua velut cum amicorum tuorum optimo; omn imperfectum tuum, omnem animi tui languorem, cæ citatem, necessitates, pericula ipsi expone, ejusqu adjutricem gratiam suppliciter implora, et in virtut

illius cibi, quo refectus es, tota voluntate animique contentione vel unum saltem defectum in proximam Communionis diem exstirpandum suscipe.

Sed quot sunt clerici, quibus convenit illud Prophetæ: „seminastis multum et intulistis parum; comedistis, et non estis satiati; bibistis, et non estis inebriati; operuistis vos, et non estis calefacti", et qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum (*Agg. I. 6.*), vel illud doctissimi et piissimi viri: „Magne Deus; quot Communiones abeunt sine fructu ob nostrum teporem! Alimur cibo et pane fortium, et in eadem semper hæremus ignavia et imbecillitate; agno toties pascimur immaculato, nec puriores evadimus aut mansuetiores; manna cœlesti nutrimur, et famem terrenorum semper retinemus"? Quod infortunium ut evites, hæc observare stude ipso S. Communionis die:

1° Excitatus mane a somno imaginare tibi ab Angelo custode dici: „Ecce Dominus prope est; hodie scietis quia Dominus veniet"; vel a Christo ipso, ut Zachæus, illa verba audire: „Surge, festinans descende; apud te enim hodie oportet me manere". Meditationem ita institue, ut anima magis accendatur amore Christi; dein usque ad Missam ruminare identidem, quis ille sit, qui veniet, ad quem, ad quid, quomodo veniat.

2° Accedens ad ecclesiam, cum Christo et Apostolis te in cœnaculum ire crede, ibique eamdem cœnam institui, quæ olim Jerosolymis. Ideo statim excita affectum reverentiæ, spei, caritatis, et humilitatis; sed ferventissimo desiderio Christum recipiendi potissimum intende; etenim desiderium istud præcipuum sibi vindicat locum inter alios pios affectus. Deinde invoca tres SS. Trinitatis personas: Patrem æternum, ut suum tibi concedat Filium; Filium, ut ad te venire dignetur; Spiritum sanctum, ut te gratia sua ad tantum opus disponat; *denique B.* Virginem Ma-

riam, Angelum tuum custodem, SS. Patronos tuos exora, ut in ista actione precibus suis te adjuvent.

3° Cum tempus aderit communicandi, dic Confiteor ... cum sensu maximi doloris, confusionis et humilitatis, et maxima cum reverentia ad „Domine, non sum dignus. . . .“ tunde pectus tuum.

4° Regrediens ad locum tuum affectum admirationis elice. v. g. „Unde mihi hoc, ut Dominus meus veniat ad me“? dein elice actus fidei, adorationis, amoris, gratiarum actionis, ad quam invitabis B. Mariam Virginem, et alios Sanctos. Subinde aliquid emendica a Jesu pro te et pro aliis, præsertim perseverantiam in Dei gratia et in vocatione, spiritum ecclesiasticum, profectum in virtutibus solidis etc.

5° Totius diei reliquum tempus singulari pietate et recollectione animi transige, sanctis interdum suspiriis Christum invoca, colloquia spiritualia diligentius institue, nec ob ariditates aut tentationes tuæ Communioni time, imo fides tua non parum inde augebitur si, tentationibus istis resistens, nihilominus monita hæc servaveris.

14. De Communione spirituali.

Quandoquidem non concessum est clericis, ut contentum sub sacris speciebus sacratissimum Jesu Christi Corpus singulis omnino diebus sumant, tamen omnes saltem eo intentos esse decet, ut illud quotidie recipiant spiritualiter, sive per Communionem, quam vocant spiritualem. Hæc juxta S. Thomam constat ex vivo augustissimum illud Mysterium sumendi desiderio: „Dicuntur baptizari, et communicari spiritualiter, et non sacramentaliter illi, qui desiderant hæc Sacramenta jam instituta sumere ... contingit spiritualiter manducare Christum, prout est sub speciebus hujus Sacramenti, in quantum scilicet aliquis credit in Christum, cum desiderio sumendi hoc Sacramen-

tum“. Et hoc non tantum est spiritualiter suscipere Christum, sed ipsius etiam Mysterii spiritualiter participem fieri; nam ex doctrina Conc. Trid. *(13. 8.)* illi suscipiunt SS. Eucharistiam „tantum spiritualiter, qui voto propositum illum cœlestem panem edentes, fide viva, quæ per dilectionem operatur, fructum ejus et utilitatem sentiunt“. Si desideria hæc fervida, ac vehementer accensa fuerint, hujusmodi susceptio solo spiritu peracta subinde fructibus abundantior, Deoque acceptior erit, quam multæ aliæ sacramentaliter quidem, cum tepore tamen peractæ; non quidem ex defectu Mysterii, sed ex culpa frigide ad illud accedentis.

Jam vero spiritualis hæc Eucharistiæ susceptio sæpius quavis die repeti potest non sine magna utilitate; namque anima pia frequenter utique affectibus suis ad Jesum in sacrosancta Eucharistia latitantem sese elevare, ac desiderium ad eundem accedendi, et sacratissimum ejus Corpus corpori suo conjungendi excitare potest. S. Ignatius Martyr ad Romanos scribens ita loquitur: „Non voluptates hujus mundi desidero; sed Panem Dei, Panem cœlestem, Panem vitæ, qui est caro Jesu Christi, Filii Dei vivi, et potum volo Sanguinem ejus, qui est dilectio incorruptibilis, et vita æterna“. Eodem prorsus modo clericus interdiu sæpius, dum conspectui res quoad apparentiam pretiosæ, delectabiles aut pulchræ repræsentantur dicere poterit: „Non voluptates hujus mundi, divitias aut pulchritudines etc. desidero, sed Panem Dei, Panem cœlestem, Panem vitæ“; desidero solummodo suscipere Jesum meum, delicias Angelorum, thesaurum divitiarum inexhaustum, ac florem omnis pulchritudinis. Illius solum corporis particeps fieri concupisco, quod vultus sui gloria paradisum lætificat; illius Sanguinis, qui pro me fuit effusus; illius animæ, quam Salvator in Cruce pro me efflavit, et illius *divinitatis, quæ* omnium

bonorum fons ac scaturigo est. „Cibus meus Christus est, et ego ejus", uti dicit S. Bernardus (serm. 71. in Cant.), siquidem ille mihi, et ego illi conjungi desidero in divinissimo hoc Mysterio." Hisce desideriis anima quavis hora spiritualem Panis Angelici sumptionem renovabit, quæ tanto perfectior, tantoque erit utilior, quo ferventiores in divinissimum hoc Mysterium affectus fuerint. Si Deus præmio afficit pium cujuscumque virtutis desiderium, quanto magis desiderium ipsum possidendi!

Spiritualem tamen hanc Communionem saltem semel quotidie, quiete, commode, ac peculiari quodam apparatu institui convenit, ut tanto majorem pietatis sensum, profectumque post se trahat, ac veri Eucharistiæ Mysterii effectus quodammodo compenset; nec opportunius in hunc finem erit tempus, quam quo sacrosancto assistitur sacrificio; tunc etenim quivis sacerdoti sese conjungere potest ad divinum illum cibum affectu recipiendum, quem is in effectu accipit. Quapropter concipiat primo dolorem de admissis peccatis, ac ejus ope cordis sui habitaculum, in quo Dominum suum suscipi, ac requiescere desiderat, expolire conetur. Tum vivam excitet fidem circa veram Christi Domini præsentiam in augustissimo hoc Mysterio; consideret magnitudinem ac majestatem Dei illius, qui sub specierum illarum velo absconditus latet; perpendat ingentem illum amorem, ac summam bonitatem illam, vi cujus nobiscum uniri non solum non dedignatur, sed desiderat, ac concupiscit etiam; reflectat quoque mentis oculos in propriam exiguitatem ac miseriam. Hinc sequantur affectus animi demissione et desiderio mixti; animi demissione propriam indignitatem respiciendo, et desiderio infinitam Domini sui amabilitatem attendendo.

Fidem comitetur spes firma, fructus SS. Eucharistiæ percipiendi; Deus enim infinite fidelis, in ex-

lentissimo hoc amoris sui opere thesauros omnientiæ, sapientiæ et bonitatis suæ, ut ita dicam, exusit, ut in nos eosdem effunderet. Denique ignem itatis oportet excitare, considerando prodigia, quæ ristus in hoc Sacramento operatur ad demonstrann nobis suum amorem. Actus autem hujus caris, quæ nos Deo unit, sunt: gaudere, quod pertiones divinas in hoc mysterio videamus elucescere; idare admirabilem Christi erga nos benignita1; desiderare indissolubilem cum illo unionem llam gratiarum ubertatem, quam Salvator, præsensua animam nostram invisens, tribuere consuevit; tare, ut ejus potestas, regnum, honor, amor et nitio in omnes late terras diffundatur. Tandem affectus gratitudinis ac laudis prorumpat. Quod m Jesus Christus in cor re ipsa non descenderit, pendebat ab illo; siquidem ipse ad hanc amoris junctionem non tantum paratus, sed quantum in erat, illius magno etiam caritatis ardore cupidus set. Postulet ab eo gratias illas, quarum sese innum agnoscit, exerceatque se actibus illis, quos t consuetas sacri epuli sumptiones concipere solet. eter fructus e spirituali hoc Eucharistiæ usu resultes etiam id emolumenti inde haurietur, quod ma ad concipiendas pietatis flammas vel maxime posita aptaque futura sit, dum reapse ad sacram nsam accedet, sanctissima Redemptoris carne vere cenda; nam sicut lignum, si calor illius continuo servatur, ad flammas præsenti igne concipiendas per est paratum; ita cor humanum, quod contim in Jesum sacris speciebus velatum caritatis orem fovet, amoris flammis facile succendetur, si per ardenti in augustissimo hoc mysterio amoris aci propinquat.

15. De SS. Missæ sacrificio.

Inter omnes actus religionis, quibus Deo cultus exhibetur, longe præstantissimus est Missæ sacrificium. Excellentia hujus sacrificii ex multis capitibus colligi potest: 1° ex eo, quod in illo offertur; qui est Christus Dominus, verus Deus et verus homo; 2° ex persona, cui offertur, qui est solus Deus; 3° ex ipsa consecratione, qua panis et vinum in Corpus et Sanguinem transsubstantiantur, manentibus accidentibus sine subjecto; 4° ex valore ipsius sacrificii, qui est infinitus, sicut merita et passio Christi; ex fine, propter quem institutum fuit, ut nimirum per ipsum Deo Creatori nostro cultum latriæ tribuamus nostramque servitutem et subjectionem humillime testificemur; ut dignas ei gratias perpetuo agamus pro universis beneficiis ejus, ad auxilia divinæ gratiæ ejusque protectionis impetranda, ad iram Dei placandam, et imminentia flagella avertenda, ad succurrendum necessitatibus omnibus vivorum et defunctorum. Qua ex re facile colligere licet, quanta sit Missæ sacrificii utilitas, quo nimirum impetratur et applicatur quidquid nobis passione, sanguine et morte sua Christus acquisivit. „Docet sancta Synodus, sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri, ut.... misericordiam consequamur et gratiam inveniamus.“ *(Conc. Tr. XXII. cap. 2.)* Atque ut ex multis pauca referantur, 1°) Missæ sacrificio non solum aguntur, sed etiam referuntur gratiæ Deo pro beneficiis ab ipsius bonitate acceptis. Cum ergo quotidie innumera bona ab eo habeamus, æquum est, ut quotidie gratias pro donis illius diei, quas possumus maximas, referamus. Si enim is, qui pauperi in eleemosynam dat exiguam stipem, ingratitudinem et rusticitatem ejus accusaret, quia quantam posset gratiam non haberet, ita merito ingratitudinis apud Deum accersitur, qui hoc genus gratiarum illi quo-

potest, non refert, quod Deo maxime pla-
2º) Remittuntur venialia peccata, quibus
'eus offenditur. 3º) Impetratur gratia ad
eccata cum dolore confitenda, et in po-
anda. Si ergo sat multis venialibus pec-
lie animam nostram aspergimus, in mul-
ula incidimus, mortalibus peccatis Deum
, optime nobis consulemus, si sacro
icio quotidie adversus pericula omnia
mus et a peccatis purgemus. 4º) Datur
e vivendi, confertur auxilium vivis omnibus
inctis; quia sacrificium hoc est efficacis-
, propter Christum instar mortui præsen-
quævis tum nobis tum aliis impetranda.
ominus etiam in temporalibus rebus illi
re, quem videt ante omnia spiritualium
ivini honoris curam gerere. 6º) Sicut pa-
m est, si summo mane ante omnia a filio
salutetur, ita mirifice placet Christo, ut
sacro Missæ officio eum videas, salutes.
) Sicut in vetere lege (Num. 21.) aspectus
æneі sanitatem afferebat vulneratis, et
stamento (Act. 5.) umbra Petri curabat
ta dubium non est, quin Christi corpus,
ssæ sacrificio quotidie devote conspicitur,
im ad sanandam animam habeat. 8º) In
æ officio, non solum offertur Deo Patri a
et a præsentibus cum sacerdote Christi
rpus et Sanguis in verum sacrificium pro
te; sed quotquot adsunt, digneque se pa-
ıaliter Corpore Domini refici possunt. Qui
re facilius fructum spiritualis Communionis
ossint, quam cum paratur in altari angeli-
Æquum est enim, ut qui Dominicæ mensæ
ım sacerdote accumbit, in spiritu etiam cum
ascatur. Sicut namque conveniens non esset,

ut is, qui mensæ regis ministrasset, famelicus sine om cibo dimitteretur; ita non est existimandum, sine spi tuali refectione relinqui eum, qui Missæ sacrificio ade ut par est. Quin potius, sicut in sumptuoso convivi nemo ex familia fame laborat; ita in mensa hac Chris ubi paratur cœna magna, nemo est præsentium, qui n aliquid accipiat, dummodo os cordis ministranti, porrigenti manui Christi non claudat. Et sicut cella vinaria novis vinis repleta, solus aër odore i fectus inebriat, ita in loco, ubi sacrificium offert tanta est gratiæ copia, ut non solum ex eo dæmon pellat, sed etiam præsentes consolatione perfund ut merito cum Davide, *(Psal. 83.)* clament: „Altai tua Domine virtutum, Rex meus, et Deus meus Atque ideo semper pii christiani libenter quotidie s crificio adesse solent; sicut de matre sua refe S. Augustinus *(lib. 9. Confess. cap. 13.)*, et clerici ad h et vi status et Seminariorum statutis tenentur.

Totum Missæ officium in tres partes dividitu in præparationem, oblationem, et communionem. Pr inde clericus, qui sacrificio adest, hæc tria præstabi

1°) Ad templum tendens sibi imaginetur viva fid se in montem Calvariæ ascendere, ubi Christi sac ficium iterum renovabitur. Invocet S. Angelum suu custodem, B M. Virginem et alios Sanctos, qui hu sacrificio interfuerunt, ut pari pietatis sensu et ip assistere possit. Deinde personam publicani indue cum sacerdote, aut sacerdotis ministro, devote pr nuntiabit confessionem, intensum actum doloris contritionis de omnibus totius vitæ peccatis elicia ea enim confessione dimittuntur peccata levia, animus ad devotionem excitatur. Deinde fervei oratione per infinita merita Christi sibi et aliis sp ciales deposcat gratias, et intentus sit iis, quæ a s cerdote alta voce leguntur, ut fructum sibi ex audi verbi divini decerpat; aliquarum piarum precum re(

tatione, aut si malit, pia de Christi vita meditatione sese parabit, mentemque colliget, idque usque ad Offertorium.

2°) Ab Offertorio usque ad Agnus Dei, offeret hoc sacrificium Deo Patri cum sacerdote; cum oblatione sancta se suaque offeret Deo in holocaustum perpetuum, et plures efformabit intentiones prout necessitas et devotio suggesserit, primo quidem aliquid cogitans de Christi passione, crucifixione, sanguinis effusione, et morte, quæ in hoc sacrificio repræsentantur; nam Christus, licet totus sit sub utraque specie vivus et verus, Deus et homo, tamen specie panis insensibilis videtur habere formam mortui, et sanguis in calice sub specie vini, quasi effusus consideratur. Deinde vero offeret Christum passum et mortuum pro se, omnibusque, pro quibus orare tenetur. Rogabit autem Deum Patrem, ut hanc Filii sui mortem et passionem suscipere dignetur in satisfactionem omnium peccatorum suorum, atque propter illam, dare illi gratiam recte vivendi, in studiis virtutibusque proficiendi, et omnia sua prospere cedant ad divini nominis gloriam, suamque salutem et perfectionem. Deinde parentibus, consanguineis, præceptoribus, aliisque sibi commendatis impetrabit eadem, singulorumque necessitates exponet; memor quoque erit fidelium defunctorum, patriæ suæ totiusque ecclesiæ Dei. Ad Præfationem cor suum sursum eriget, Deoque benignissimo pro omnibus quidem ejus donis, præsertim vero pro inestimabili vocationis beneficio gratias aget, et divinam illius majestatem summo reverentiæ affectu adorabit, dicendo cum Angelis: Sanctus etc. Ad Consecrationem sibi imaginabit viva cum fide se videre Christum totum cruentum, vulneribus dilaceratum, medium inter latrones morientem, ad Patrem orantem.

3°) Ab Agnus Dei usque ad ultimas Orationes præparabit sese ad spiritualem Communionem; 1°) Deum rogans, ut plena remissione omnium macularum dignetur cubiculum cordis a sordibus purgare; 2°) petens, ut idem cubiculum velit variis virtutibus ornare; 3°) quanta fieri potest maxima humilitate orans, ut per os sacerdotis (cui celebranti intentione conjunctus est) in animam ejus transeat, eum visitet, juvet, vitia deleat, infirmum corroboret, et ab eo nunquam recedat. Quando sacerdos populo benedicit, a Deo Patre petet benedictionem paternam, a Jesu Christo applicationem meritorum, a Spiritu sancto omnia charismata superna, gratiasque aget, quod sibi datum fuit, assistere tremendo sacrificio.

Ad excitandam et conservandam sub Missa attentionem, reverentiam et devotionem plurimum confert, proponere sibi Deum in regio throno cum summa majestate præsentem cinctum agminibus Angelorum.

16. De visitatione sanctissimi Sacramenti.

Moyses aliquando gloriam gentis suæ prædicans, „nec est", inquit, „alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris". *(Deut. 4. 7.)* — Quid, quæso, dicturus fuisset Moyses, si pro umbra, quam adeo venerabatur, rem et veritatem ipsam in ecclesia nostra vidisset inter nos assidue commorantem? Sed quid dicere, quid cogitare debent clerici, qui adeo familiari ipsius consuetudine utuntur? Certe, non est alia natio, nec alia hominum conditio tam grandis, tam honorata, tam beata, quæ habeat talem ac tantum Deum sibi ita propinquum? Sed quid inde? Nonne æquum est, ut ipsi jugiter assistant? Quod quia fieri non potest in hac vita, certe convenit, ut frequenter compareamus tanquam aulici coram Domino nostro, obsequiaque ipsi præstemus, et tanquam

filii piissimi ad patrem amantissimum, imo amicum fidelissimum quam sæpissime recurramus et in omnibus necessitatibus ad ipsum confugiamus. Hinc viget in quovis Seminario pia consuetudo, sanctissimum Sacramentum sæpius per diem visitandi; quam ut assumas, postulat fides. „Beati viri tui, ajebat regina Saba ad Salomonem, et beati servi tui, qui stant coram te semper, et audiunt sapientiam tuam“ *(3. Reg. 10. 8.)*; sed multo beatiores sumus nos, qui Deum nobis in templis nostris præsentem omni, qua volumus hora adorare et venerari possumus. Hæc credimus, hæc etiam alios mox docebimus, et tamen usque adeo tepore captivamur, ut dies abeant, quin a meridie Deum nostrum, cujus servitio nos consecravimus, devotionis causa adeamus. Quantus pudor! certe ipsi gentiles nos in judicio confundent, idola sua majori cultu prosequentes, de quorum uno rege Babylonis scribitur: „erat idolum apud Babylonios, nomine Bel; rex quoque colebat eum, et ibat per singulos dies adorare eum“ *(Dan. 14. 3.)*. „Regina Austri surget in judicio cum viris generationis hujus, et condemnabit illos, quia venit a finibus terræ, audire sapientiam Salomonis; et ecce plus quam Salomon hic“ *(Luc. 11. 31.)*. O Domine, quis non ingemiscat, si videat ecclesias tuas desertas, altaria tua derelicta, dum interim principes hujus mundi numerosa famulantium turba stipantur, et aulæ et palatia illorum frequentissimo hominum concursu gloriantur? Qualis confusio pro nobis! omnes alias ædes potius adire delectat, domum Dei solius adire tædet nos. — Currunt multi (etiam devoti alias clerici) ad diversa loca pro visitandis reliquiis Sanctorum, et ecce! tu præsens es apud me in altari, Deus meus, Sanctus Sanctorum, creator hominum, et Dominus Angelorum; et ego tibi vel unius horæ quartam partem dare recuso? ubi fides mea? ubi honor tibi debitus?

Ut Deum eucharisticum adorandi causa templum sæpius per diem adeamus, exigit utilitas nostra. Profecto quibus regum et principum hujus mundi intima conclavia omni hora patent, felices se reputant, indeque honores et divitias amplissimas in se suosque derivare solent. Jam vero nulla est hora, qua Deus eucharisticus nos ad alloquium non admittat; omni hora porta gratiæ nobis aperta est. „Venite ad me omnes, (suavissima Regis regum, Jesu Christi invitatio est), qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. *(Matth. 11. 28.)* Jesus, nostri amantissimus, in ecclesiis nostris residet, ut preces nostras audiat, ut in afflictionibus nos soletur, in necessitatibus nobis succurrat, lumina sua tenebris nostris offundat, amore nos inflammet, et omnibus gratiis nos cumulet. Hic veniam pro nostris nostrorumque delictis impetrare; hic nostras nostrorumque necessitates Deo nostro commendare, hic consilia in rebus dubiis, hic felicem successum in negotiis arduis petere possumus juxta illud : „revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuæ" *(Prov. 16. 3.)*. „Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno" *(Hebr. 4. 16.)*. Dum in terris inter homines agebat Salvator noster, „omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes", ut sacer textus habet *(Luc. 6. 19.)*; eandem virtutem et tu experieris, si cum simili fervore ad illum accedas; „unus enim mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus" *(I. Tim. 2. 5.)*, „dives in omnes, qui invocant illum" *(Rom. 10. 12.)*. Percurre historiam evangelicam, et non invenies visitationem Christo Domino ab hominibus bonæ voluntatis factam mercede sua caruisse. Inviserunt Christum Dominum in diversorio Petrus et Andreas; invisit illum Magdalena in domo Pharisæi; invisit illum, cum alio modo non posset, in via transeuntem Zachæus; in-

iserunt illum piæ mulieres ad sepulchrum; nec deignatus est divinus Servator his omnibus reddere ices, additis eximiis beneficiis. Reddidit vices Petro, t socrum ejus sanavit; reddidit vices Magdalenæ, t fratrem ejus Lazarum ad vitam revocavit; reddidit ices Zachæo, et domui ejus salutem attulit; reddidit ices piis mulieribus in cœnaculo, et in via post resur- ɔctionem suam illis se vivum exhibuit. Copiosos roin etiam in te gratiarum thesauros derivabis, si alvatorem sub velamine specierum panis latitantem altem semel quotidie invisas. Cultus Deo eucha- stico per horæ quadrantem exhibitus, novum vigo- ɔm novasque vires tibi suggerit ad reliquas horas in ocationis tuæ negotiis cum majore fervore, nec mi- ore utilitate transigendas. Norunt, probeque per- pectum habent multiplicem fructum hujus visitationis ɔgulares, quibus recursus ad SS. altaris Sacramen- ım adeo familiaris est, ut nullum sit institutum, do- ıns regularis nulla, cujus alumni non sæpius per iem ad Deum suum sub eodem tecto habitantem ɔnfugiant. Nec facile reperies clericum, qui vel ıodicum de spiritu ecclesiæ hauserit, usque adeo 'ei sui eucharistici immemorem, ut non saltem semel meridie eundem invisat, adoret, et sibi suisque pro- itium reddat.

Vade ergo tu et fac similiter; et ut cum multo uctu facias, hæc observa: Singulis visitationibus ræmitte brevem conscientiæ discussionem et animi ɔcollectionem juxta sancti Spiritus consilium: „Ante 'ationem præpara animam tuum, et noli esse quasi ɔmo, qui tentat Deum". *(Eccli. 18. 23.)* Dic, v g. „con- ıpiscit et deficit anima mea in atria Domini" *(Ps. 83. 3.)*; ɔl: „adorabo ad templum sanctum tuum" *(Ps. 5. 8.)*. ıvita Angelum custodem et sanctos Patronos tuos, ɔd præcipue B. V. Mariam, ut te adjuvent in lau- ındo Sanctissimo.

In variis visitationibus potes diversas assu tibi personas, et in Christo ipso varias supponere animi tui dispositione. Nunc ei offeras aliqua victoriam tanquam regi, nunc querelam expon quam amico; modo pete ignosci tibi errores et de tuos, tanquam a patre; modo intercessionem gita, tanquam ab advocato. Accede ad ipsum e spiritu et aviditate, qua pauper ad divitem libe esuriens ad convivium, sitiens ad fontem, disc ad magistrum, reus ad asylum, æger ad medicu cœlesti thaumaturgo cum cæco lumen postula Cananæa micas, cum paralytico sanitatem, c proso a lepra defectuum et infirmitatum mundari dæmoniaco liberari flagita, cum spoliato et vul a latronibus alligari et curari exopta; et cert tius manum omnipotentem medici misericorc senties. Aliam praxim identidem adhibere pote nempe in diversis ejusdem diei visitationibus a ex mysteriis vitæ Christi meditandum et imit tibi proponas. Ita summo mane, imitare Ch infantem, quadragesimo a Nativitate die „sis se Domino"; te totum cum ipso Deo offeras. quenti visitatione imitare Christum, „cum esset rum duodecim, ascendentem in templum", et ib Doctores inventum; adi illum Doctorem tuu pete profectum in studiis et maxime in scientia S rum. Audi Jesum dicentem: „Venite ad me, c qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vo illum ut consolatorem tuum. Occurre illi, et co ingredientem Jerusalem in die Palmarum, „consummantem omnia, quæ de ipso scripta e et pete ab ipso, consummatis omnibus, quæ a stulat, felicem obitum.

In singulis visitationibus breviter, sed cum fervore exercere potes fidem, spem, cari Communionem spiritualem, et propositi man

renovationem. Verum inter omnia, quæ pro te postulabis, frequenter efflagita spiritum ecclesiasticum, et tuam in gratia Dei et in vocatione perseverantiam.

Sacratissimo Cordi Jesu commenda omnes diei actiones et præsertim opus imminens, v. g. scholam, studium, recreationem. Ne obliviscaris sanctissimam Dei Matrem revereri et salutare. Antequam discedas, pete a Jesu Christo divinam suam benedictionem, Angelos vero et B. V. Mariam invita, ut Christum laudent, dum abieris. Cor tuum relinque coram Sanctissimo; et si de die non tam sæpe visitare potes Christum Dominum ac desiderares, mente et animo illud semper præstare poteris.

17. De lectione spirituali.

Lectio librorum spiritualium clerico necessaria est, ut saluti et perfectioni suæ consulat. Inter ea, quæ Apostolus discipulo suo Timotheo præcipit, etiam lectio continetur: „attende lectioni". Hæc nimirum turpitudinem vitii exhibet, tenebras ignorantiæ depellit, affectum inflammat, intellectum illuminat, amorem virtutis instillat, media acquirendæ perfectionis subministrat, totumque hominem emendat, ut experientia et SS. Patrum testimonia demonstrant. S. Gregorius Nazianzenus, loquens de libris S. Basilii „cum orationes eas, inquit, quas de moribus ac de bene vivendi ratione scripsit, in manus accipio, animo et corpore purgor, templumque Dei capax efficior atque instrumentum musicum a Spiritu pulsatum divinam gloriam et potentiam canens; per eas corrigor et concinnor, atque divina quadam immutatione alius ex alio efficior". „Quod ad augendas corporis vires sensibilis cibus facit, id animæ lectio librorum præstat, . . . spiritale alimentum fortem reddit animam, levem, elatam, et in cœlum transfert" *(S. Chrysostomus)*. „Geminum confert donum lectio sanctarum

Scripturarum, sive quia intellectum mentis erudit sive quia a mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem Dei perducit" *(S. Augustinus.)*. Lectio spiritualis „docet quid facias, discernit quid caveas, ostendit quo tendas" *(S. Bernardus.)*. Lectioni spirituali morum emendationem ipsamque sanctitatem in acceptis referunt præter innumeros alios S. Augustinus, S. Serapion, S. Franciscus Seraphicus, S. Ignatius de Loyola, S. Gregorius Nazianzenus, S. Theresia. Itaque „sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, et in Prophetis vacabit". Hinc nullum institutum regulare invenies, quod non saltem per horæ quadrantem quotidie suis alumnis lectionem spiritualem injungat. Idipsum urgent supremi ecclesiarum antistites. Intelligunt nempe lectionem spiritualem vitæ clericalis esse animam ita, ut illa sublata etiam hæc proxime interitum spectet. Noli proin mirari, videri quandoque clericos vanos, honorum et bonorum temporalium sectatores, bibulos, tepidos, omnique fere virtute destitutos; causa in promptu est; lectio illis spiritualis et meditatio rerum cœlestium nulla, aut nonnisi superficialis; „qui enim vult cum Deo esse", ut docet S. Isidorus, „frequenter debet orare et legere; omnis profectus ex lectione et meditatione procedit; sine lectionis studio neminem ad Deum intentum videbis".

Lectio spiritualis clerico necessaria est, ut salutis alienæ curam gerat; clericus enim mox in concionibus, in catechesibus, in sacro tribunali, in visitatione infirmorum, in omni conversatione linguam spiritualem cum unctione S. Spiritus loquatur necesse est. Ergo sane prius illam addiscere, et quam didicit, ne in oblivionem abeat, quotidiana lectione illius memoriam refricare debet. Nemo enim dat, quod non habet, et ubi nihil intrat per lectionem spiritualem, nihil spirituale pro aliorum doctrina et exhor-

tatione aut consolatione egredietur. Certe prodigii instar haberetur, si quis subito linguam peregrinam, quam numquam didicit, loqueretur; et tu tibi promittis linguam spiritualem, quam nunquam didicisti? Horresco recensere ea, quæ subin videre, quæ subin audire possumus; hic e. g. infirmo per horam assidet, et muti instar nihil dicit; ille, quoties horam effluxisse horologii pulsus significat, jam denuo horæ spatio vicinior morti es, infirmo pro solatio inclamat; alius aliis nugis distenditur, dum infirmum spe bonorum cœlestium erigere, piisque colloquiis ad varios virtutum actus excitare deberet, ut proin merito ægrotus cum Jobo *(16. 2.)* conqueri possit: „consolatores onerosi omnes vos estis". Et quid in sacro tribunali? præter opera pœnalia pro satisfactione injuncta, audies nihil; de motivis ad ostendendam gravitatem peccatorum allatorum, de mediis ad illa evitanda conducentibus altum silentium! Et quid in conversatione cum aliis? vana cum vanis, sæcularia cum sæcularibus illius colloquia sunt, ut ex sono facile colligatur, quantum vacuum rei spiritualis in homine lateat. — O pudor! o dedecus! — Fabri de fabrilibus, rustici de agro longum texunt sermonem, et clericus, homo Dei, homo sacer, homo spiritualis in colloquiis spiritualibus instituendis usque adeo elinguis, mutus est! Et quid in causa est? omissio lectionis spiritualis, ut St. Joannes Chrysostomus vere dicat: „Hæc est omnium malorum causa, nescire Scripturas; absque armis imus ad bellum, et quomodo oportet nos esse salvos"? Vel quotusquisque clericorum est, qui vel majorem partem sacræ Scripturæ legerit? quotusquisque, qui Concilium Tridentinum, qui Catechismum Romanum ordinate et meditando vel semel perlegerit? Ait equidem S. Ambrosius, clericos esse debere, velut apes de divinarum Scripturarum flosculis suavia mella conficientes, et quidquid ad medici-

nam pertinet animarum, oris sui arte componentes. Sed quotusquisque est, qui hæc sibi dicta putet? quotusquisque, qui hæc in praxin deducat?

Tria genera librorum spiritualium communiter distinguuntur. Alios „doctrinales" vocant, qui naturam et actus virtutum vitiorumque, motiva hæc fugiendi, illas exercendi, subsidiaque etc. exponunt; alios „historicos", qui præcepta in praxin deducta, vitas videlicet factaque Sanctorum virtute illustrium exhibent; alios denique „meditantes" nuncupant, eos nempe, qui æternas veritates intellectui ruminandas ita objiciunt, ut et voluntati pios affectus subjungant. Hos inter utique primum locum obtinent sacræ Scripturæ volumina; hæc sunt fundamentum, substantia, et fulcimentum sacerdotii, „nostræ hierarchiæ substantia sunt eloquia divinitus tradita"; hæc contra omnes ægritudines spirituales morbosque animarum remedia præbent. „Neque herba, neque malagma, sanavit eos, sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia" *(Sap. 16. 12.)*. In quacumque re se unusquisque indigum esse senserit, si in illis conversatur, velut ex communi medicamentaria officina", teste S. Basilio, „medicamentum ægritudinis commodum reperit". Hæc in rebus afflictis solatium afferunt; „habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris" *(I. Macch. 12. 9.)*; horum, præcipue epistolarum S. Pauli lectioni S. Chrysostomus omnem suam scientiam gratus adscribit. „Neque enim nos, quæ scimus, si quæ scimus, ab ingenii bonitate atque acumine scimus, (verba illius sunt), sed quod illi nos viro (S. Paulo) impense affecti, ab illius lectione nunquam discedimus." — Affectu ergo et desiderio ascendendi inflammatus lectionem arripe ad tuum profectum, ita videlicet, ut te semper ad ascendendum admoneat, ad proficiendum hortetur; quod ut fiat, multa tibi sunt attendenda, scilicet: quid legas, ad quid legas, quando legas, quomodo legas".

1°) Quid legis? Illos præcipue libros legere debes, qui instruunt te de moribus, de natura et exstirpatione vitiorum, de exercitio virtutum et de spirituali profectu, qui augent devotionem et inflammant affectum ad Christum et ad cœlestia, quique mundi contemptum ingerunt.

2°) Ad quid legis? Principalis intentio tua debet esse puritas cordis, non vanitas; non tantum ut scias, sed multo minus ut sciaris, sed ut tibi proficias; non legas curiositatis causa, nec tantum ut doctior fias, sed ut melior et perfectior fias. Aggredere ergo lectionem cum sincero et ardenti desiderio Deum clarius cognoscendi, ardentius amandi et studiosius ipsi serviendi in omni sanctitate et justitia.

3°) Quando legis? Certis horis lectioni vacandum est, ait S. Bernardus, nam ut lectio sit fructuosa, non debet esse ex abrupto et casu fortuito, sed tempore ad hoc fixo.

4°) Quomodo legis? 1. Lectionem proxime antecedat cordis in Deum cœlumque elevatio, inde postulando et gratiam ex lectione aliquid fructus decerpendi, et ut anima, id quod legimus, velut divinum quemdam rorem sugat et imbibat. Itaque cum Propheta regio suspira: „revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua; da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, et custodiam illam in toto corde meo.“ In lectione cave, ne properes, quo modo historias percurrimus; lectio sit quieta potius et attenta; sicut enim aquæ, quæ cum impetu descendunt, terram non penetrant, nec fœcundant; secus si leniter cadant et placide, ita et lectio bene ponderata medullas animæ pervadit. 2. Lectio interrumpatur subinde ad ruminandum tantisper jam lecta, moxque resumatur, sicque lectio fiat similis gallinæ sorbitioni, quæ vix paucis attractis aquæ guttulis caput attollit, reducit, bibit denuo, iterumque

illud attollit. „Hauriendus est sæpe“, ait S. I
dus, „de lectionis serie affectus, et formanda c
Vel ut cum S. Augustino loquar, „optime ut
ctióne divina, si eam tibi adhibeas speculi vice
velut ad imaginem suam anima respiciat, et v
quæque corrigat, vel pulchra plus amet“.
enim prodest, lectione continua tempus oc
Sanctorum gesta et scripta legendo transcurre
ea etiam masticando et ruminando succum eli
et transglutiendo usque ad cordis intima tran
mus, ut ex his diligenter consideremus statum n
et studeamus eorum opera agere, quorum fact
mus lectitare“ *(S. Bernardus.)*. Atque talis
maxime ad meditationem accedit. 3. Lec
concludat gratiarum actio pro obtentis a Dec
rationibus, uti et petitio, ut fructum per diem
4. Documentum necessitatibus præsentibus
accomodatum memoriæ mandetur. „Sed et d
tidiana lectione aliquid quotidie in ventrem m
dimittendum est, quod fidelius digeratur, et
revocatum, crebrius ruminetur, quod proposi
veniat, quod intentioni proficiat, quod detine
mum, ut aliena cogitare non libeat. *(S. Bernar*

18. De peculiari devotione erga B. M

Maximoperè decorum et salutare est, ut
apprime venerentur sanctissimam Deiparam s
Virginem Mariam, quæ exactissima ecclesiast
dini vivendi norma est. „Sit vobis, (inquit S. A
sius l. 2. de Virginibus), tanquam in imagine de
virginitas vitaque Beatæ Mariæ, de qua velut
culo refulget species castitatis et forma virtutis
sumatis licet exempla vivendi; quid corrigere
effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Vir
non solum corpore, sed etiam mente, quæ nul
ambitu sincerum adulterabat affectum: corde h

verbis gravis, animo prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto divitiarum, sed in prece pauperis spem reponens; intenta operi, verecunda sermone; arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum quærere, nullum lædere, bene velle omnibus, assurgere majoribus natu; æqualibus non invidere, fugere instantiam, rationem sequi, amare virtutem. Nihil torvum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inverecundum; non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior, ut ipsa corporis species, simulacrum fuerit mentis, figura probitatis. Talis fuit Maria, ut ejus unius vita omnium disciplina sit. Quicumque ejus sibi exoptat præmium, imitetur exemplum". Et quam laudabilis et prædicanda illorum esset ecclesiasticorum vita, qui has aliasque Deiparæ virtutes, si non penitus assequerentur, magno tamen studio et contentione sequerentur? „Ergo sancta Maria, (ait ibidem S. Ambrosius), disciplinam vitæ informet".

Et sane procul dubio verum est, quod S. Ephraem Syrus, in oratione de laudibus sanctissimæ Dei Matris dicit, „illa spes desperantium, peccantium et auxilio destitutorum adjutrix, solatium et gaudium mundi, omnium salus", quatenus nimirum nobis Salvatorem peperit et precibus conciliat, et exemplo ad illum perducit, ut merito hortatur S. Bernardus (*hom. 2. sup. Missus.)*, ut in tentationibus, tribulationibus, periculis, rebus dubiis, ad illam tanquam e procellis et furibundo mari in portum et e discrimine in asylum confugiamus", et illa possit tanquam mater Dei, et velit tanquam mater misericordiæ et caritate abundans omnibus opitulari. Illud tamen est certum quod suis laudatoribus, cultoribus, imitatoribus majorem benevolentiam opemque impertiat. Hanc Dei suamque Matrem ut quotidie honorent rosario sive corona, valde et decorum est *clericis et utile*; neque enim

illa unquam patitur sibi cultum vel frustra adhiberi, vel suum auxilium implorari, quod optime demonstrat eximius ille Deiparæ cultor et mellifluus Doctor, S. Bernardus *(serm. 1. de B. Mariæ Assumptione)* „Advocatam, ait, præmisit peregrinatio nostra, quæ tanquam judicis mater, et mater misericordiæ suppliciter et efficaciter salutis nostræ negotia pertractabit. Virgo beata dabit ipsa quoque dona hominibus. Quidni daret? Siquidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Regina cœlorum est, misericors est; denique mater est unigeniti filii Dei. Nihil enim sic potest potestatis ejus seu pietatis magnitudinem commendare, nisi forte aut non creditur Dei filius honorare matrem, aut dubitare quis potest, omnino in affectum caritatis transiisse Mariæ viscera, in quibus ipsa quæ ex Deo est caritas, novem mensibus corporaliter requievit". Argumentum S. Bernardi istud est: quod quis vult et potest, id facit; sanctissima virgo suis clientibus et cultoribus vult subvenire, quia mira et ingenti caritate abundat, et potest per filium nihil matri abnuentem; certo itaque opitulatur. Quid quod ipse Matrem suam honorandi prægnantes causas præbuit, eamque suam mentem esse et sententiam, clarissime declaravit? Non meis id verbis sed S. Bernardi rursus demonstrabo, qui *(serm. in Nativitate B. V. Mariæ)* ita loquitur. „Altius intuemini, quanto devotionis affectu a nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria, ut perinde si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea noverimus redundare, quæ ascendit deliciis affluens. Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, et votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere (hoc est Christum) voluit per Mariam, hæc inquam ejus voluntas est, sed pro nobis. In omnibus siquidem et per omnia providens miseris, trepidationem nostram solatur, fidem

itat, spem roborat, diffidentiam abigit, erigit pu-animitatem. Ad Patrem verebaris accedere, solo litu territus ad folia fugiebas *(Genes. 7. 3.)* Jesum lit tibi Mediatorem, quid non apud talem Patrem is talis obtineat? Exaudietur utique pro reve-tia sua *(Hebr. 5. 7.)*. Pater enim diligit filium. vero trepidas et ad ipsum? Frater tuus est et o tua, tentatus per omnia absque peccato, ut ericors fieret *(Hebr. 4. 15.)*. Hunc tibi fratrem ria dedit. Sed forsitan in ipso Majestatem vere-divinam, quod licet factus sit homo, manserit ien Deus. Advocatum habere vis et ad ipsum? Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in ria, non modo pura ab omni contaminatione, sed pura singularitate naturæ. Nec dubius dixerim, udietur et ipsa pro reverentia sua. Exaudiet uti-matrem filius, et exaudiet filium Pater. Filioli peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, tota ratio spei meæ. Quid enim? Potestne filius repellere, aut sustinere repulsam? Non audiri non audire filius potest? Neutrum plane. Inve-i, ait Angelus *(Luc. 1. 30.)* gratiam apud Deum. iciter semper hæc invenit gratiam, et per Ma-n quæramus, quia, quod quærit, invenit, et fru-iri non potest". Denique monet, ut quicquid Deo rre paramus, gratissimis illius et omni acceptione nissimis manibus tradamus et commendemus, ut repulsam non patiamur, et eodem alveo ad largi-m gratiæ, gratia redeat, quo influxit.

Maria vocatur a sanctis Patribus æterni Patris nobilissima; Mater Christi, Dei ac Domini nostri; rarium Spiritus sancti; vocatur diadema eccle-, Domina, præsidium, auxilium, mediatrix, sola-n, mater, caput Christianorum, ac advocata pec-rum. Placet Patri, qui diligit filiam; placet Filio, diligit matrem; placet Sponso, qui diligit sponsam.

— Quot in honorem ejus ab Ecclesia instituta sunt festa! quot altaria erecta! quot officia composita! Cole igitur eam. Cultus, quem ei impendis, redundat in gloriam Dei, eritque tibi fons multorum bonorum. De ejus plenitudine omnis creatura veluti virescit. Intervenit pro clero; ejus interventione veniam speramus delictorum. Quidquid Eva, credendo serpenti, deliquit, Maria, credendo Gabrieli, delevit. Quidquid maledictionis infusum est per Evam, totum abstulit benedictio Mariæ. Hæc contrivit caput serpentis, per eam Dominus ad nihilum redegit inimicos nostros: hæc, gratia plena, inveniet nobis gratiam apud Dominum. Ad ipsam, tanquam ad speculum et exemplar christianæ vitæ, semper respice; hanc venerare et ama, quantum potes. Qui ad eam devote ac reverenter accedunt, hos diligit, hos nutrit, hos in filios suscipit. — Dilige eam tenero affectu. Quis eam non diligat, cujus beneficio gratiam impetrat ac gloriam? Beatus ille clericus, qui tam nobilem matrem corde amplectitur! Qui in dilectionis erga eam suavitatem transit, etiam in retributionis ejus participationem est transiturus. — Exorna omnibus laudibus illam, quæ omnem encomiorum laudem excedit. — Auxilium ejus votis exposce ac precibus; cumque talis fuerit Mariæ vita, ut ea sola sit omnium disciplina, tene exempla ejus, quo exoptare præmium quoque ejus tibi liceat. Quem fructum tibi afferret eam interpellare precibus, nisi te conformem ei redderes in humilitate, in caritate, in resignatione, in constantia omnique virtute? Ad illa verba mulieris: Beatus venter, qui te portavit, et ubera quæ suxisti! respondit Jesus: „Quin imo beati, qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud. — Mariam colens, ejusque cultum disseminare satagens, premes vestigia plurimorum Sanctorum. Sic S. Joannes, discipulus Domini, intime eam amavit et coluit; S. Ephræm ad tute-

lam et protectionem ejus in omnibus confugit; S. Augustinus, quidquid de ea dixit, minorem laudem habuit, quam dignitas ejus meretur. Et quid de ea tum sensere, tum scripsere S. Ambrosius, S. Joannes Damascenus, S. Germanus, S. Anselmus, S. Bernardus, S. Dominicus, S. Bonaventura et sexcenti alii servi Mariæ, sanctitate conspicui?

Plurimæ quidem suppetunt rationes, ob quas clericus specialem Deiparæ Virgini observantiam ac devotionem deferre tenetur; varii eximiique tituli, quibus veluti totidem sacris vinculis, peculiari erga eam venerationi et cultui adstringitur. Si enim illa æque in ecclesia militante in terris, ac triumphante in cœlis Domina et Regina agnoscitur et colitur, sane ab eo præsertim cultus et honor illi deferendus est, qui tanquam ecclesiæ minister, in officiis religionis, ac pietatis aliorum Christianorum vices supplere debet. Si Christi Dei et Domini nostri mater est, hanc haud dubie peculiari affectu, amore ac devotione prosequi debet is, qui cum divino ejus Filio, quadam religionis veluti affinitate speciatim conjungetur et cum eo sanctissimis mysteriis perficiendis jugiter cooperabitur; illumque ipsi in manibus quotidie deferet, quem hæc purissima Virgo et Mater toties inter ulnas et in sinu gessit. Sed præ ceteris titulis rationibusque hoc præsertim nomine devotus illi esse debet, quod ad divinum ministerium delectus, plurimis eximiisque gratiæ donis indigebit ad illud fideliter perfecteque implendum, plurimis maximisque subsidiis ad superandas difficultates occurrentes, tentationesque vincendas; ad illa autem auxilia et subsidia efficaciter impetranda, quantum sanctissimæ illius Virginis valeat intercessio et patrocinium, nullus fidelium ignorat. „Ipsa namque“ ut eloquitur S. Bernardus, „est nobilis illa stella ex Jacob orta, cujus radius universum orbem illuminat, cujus splendor et præfulget

in supernis et inferos penetrat, terras etiam perlustrans et calefaciens magis mentes, quam corpora, fovet virtutes, excoquit vitia. Ipsa namque est præclara et eximia stella super hoc mare magnum et spatiosum sublevata, micans meritis, illustrans exemplis. . . . O quisquis igitur te intelligis, in hujus sæculi profluvio, magis inter procellas et tempestates fluctuare, quam per terram ambulare; ne avertas oculos a fulgore hujus sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si jactaris superbiæ undis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra naviculam concusserit mentis, respice ad Mariam etc. in periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca; non recedat ab ore, non recedat a corde". — „In quibuscumque periculis", inquit Doctor Angelicus, „a quovis malo liberari salutemque obtinere gloriosæ hujus Virginis intercessione potes; hæc est enim mystica turris David, ex qua mille clypei pendent, id est, quæcumque remedia adversus omnia et quævis pericula; potes etiam in omnibus occasionibus exercendæ virtutis subsidium auxiliumque ab eadem Virgine accipere; ideo enim dicit: in me omnis spes vitæ et virtutis.

Et quoniam ad promerendam hujus sanctissimæ Virginis benevolentiam, non sufficit eam vel honore prosequi, vel precibus invocare, nisi etiam ejus veluti colores gerat, id est, nisi virtutes ejus imitetur, is præsertim, qui Christi, filii ejus ministerio devinctus est, ac veluti domesticus effectus; idcirco S. Bernardus verbis supra relatis addit: et „ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum; ipsam namque sequens, non devias; ipsam cogitans, non erras".

19. De armis contra tentationes.

„Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia more, et præpara animam tuam ad tentationem", it Sapiens *(Eccli. 2. 1.)*, verbis illis veluti classicum ms omnibus quidem fidelibus, sed maxime iis, qui ervituti et ministerio Dei solemni consecratione ciparunt. Cum enim „militia sit vita hominis super am" *(Job. 7. 1.)*, et ipsa ecclesia in terris posita sit li „castrorum acies ordinata" *(Cant. 6. 3.)*, in qua rdotes aliique Christi ministri velut primarii milim sacri illius exercitus fronte constituuntur; non m ipsis videri debet, si primos hostium insultus oresque impetus sustineant; „quia", ut recte mosanctus Gregorius *(Lib. 24. mor. c. 13.)*, „quanto is eos sibi oppositos diabolus conspicit, tanto ams expugnare contendit." Præterea cum ipsi clerici t in militia Christi alios instruere, rationemque in na illa spirituali tenendam illos edocere debeant; modo id præstare poterunt, nisi propria ipsi exientia erudirentur, variisque tentationibus probatur; nam „qui tentatus non est, qualia scit"? *(Eccli. 11.)* Unde ipse Christus, dux noster, similari nobis uit per omnia absque peccato, ut misericors fieret, eo enim, in quo passus est ipse et tentatus, potens, et eis, qui tentantur, auxiliari" *(Hebr. 2. 18.)*. Sicut ur gubernatorem navis tempestas, athletam stam, militem acies, magnanimum calamitas; sic risti ministrum tentatio probat, „ut cum probatus rit, accipiat coronam vitæ". „Quam quidem corom", ut ait S. Augustinus *(in Psalm. 60.)*, „accipere n potest, nisi vicerit, nec vincere potest, nisi cerverit, nec potest certare, nisi inimicum et tentanes habuerit".

Quamvis autem, ut docet S. Thomas, cujusque ntationis ordo a Deo sit, id est, quamvis ipse Deus

pro infinita sua sapientia et clementia tentationes ipsas ordinet ad majus bonum eorum, qui tentantur, dummodo gratiæ suæ non desint; quia tamen anceps et periculosa semper est illa colluctatio, tum ratione propriæ infirmitatis et imbecillitatis, tum etiam propter infensissimos hostes, quibuscum nobis luctandum est, qui non solum aperto (ut dicitur) marte, sed et sæpissime occultis insidiis agunt, „et semper magis timendi sunt“, inquit S. Augustinus *(in Psalm. 39.)* „cum fallunt, quam cum sæviunt“; ideo clericus præsidia omnia et auxilia sedulo conquirere, quibus contra hostium illorum impugnationem tutus et securus esse, occasionesque omnes in tentationem inducentes sollicite devitare valeat.

Atque inprimis ipsi auscultandum est monitum Christi Domini, qui discipulos suos alloquens, et in eorum persona quosvis ecclesiæ suæ ministerio addictos: „Vigilate“, inquit *(Matth. 26. 41.)* „et orate, ut non intretis in tentationem“; quibus verbis duo proponit veluti muniminum genera. Primum est, vigilantia, qua super seipsos actusque suos quoscumque exteriores invigilent, ne scilicet in factis, dictis, aut cogitatis aliquid admittant, quod tentationi aditum præbeat, eosque in discrimen peccandi adducat; ideoque debent attendere sibi ipsis, semetipsos inspicere, dijudicare, quotidianumque examen conscientiæ instituere, quo vel proprii cordis occultissima sibi cognit sint et perspecta. Quoniam vero sine ope cœlest gratiæ quantacumque vigilantia non sufficit, ideo n modo vigilandum, sed et orandum esse docet Christ „ut etiam vigilantes tentationis procella non vinc *(S. Prosp. l. 2. de voc. gent.)*. Per orationem siquid Deo conjuncti, et uniti, cum Propheta dicere pos mus: „Dominus illuminatio mea et salus mea, q timebo“ *(Psalm. 26. 1.)*; et per eandem orationem, a lium divinæ gratiæ contra insultus hostium postu

iud facile impetramus ab eo, qui dixit, „petite pietis", et „si quid petieritis Patrem in nomine labit vobis" (*Joann. 16.*). Porro divina ope inet exorata, manus etiam operi admovenda est, r contra hostes decertandum, tentationi obsim: „Resistite diabolo", inquit Apostolus, *)* „et fugiet a vobis", felix haud dubie conditio elli, licet alioquin periculosi, „in quo certi sus victoriæ, dummodo contra hostes pugnare aque insultibus resistere velimus (*S. Fran- Sales.*). Præterea fugiendas esse tentationis nes cuivis notum est; „qui enim oramus", in- Chrysostomus (*Hom. 13. in Matth.*), „ne intretentationem, sane tentationis occasiones quæm debemus"; præsertim ipso Spiritu sancto nente (*Eccli. 3. 27.*), quod „qui amat periculum, peribit;" quantum igitur possumus, a lubrico mus", prout recte Philosophus antiquus dixit, sicco quoque parum firmiter stamus" (*Seneca*).

que solum ab exterioribus tentationis occasioied et ab interioribus earumdem causis sollicite savere debemus; quis est enim, qui cum Apoon dicat (*Rom. 7. 23.*): „video autem aliam in membris meis, repugnantem legi mentis et captivantem me in lege peccati, quæ est nbris meis," et quod adhuc periculosius est, tunc maxime oppugnaris, (ut monet sanctus ymus), cum te oppugnari non sentis". Quare rtius et facilius tentationes devincas hæc conquere.

Persuasum habeas, toto hujus vitæ curriculo, ndas nobis esse tentationes, ne vivamus negliet incurii perfectionis nostræ. Ideo quisque, ıce fruitur, sedulo provideat, ne inermis invaab hoste, qui *in eo totus est*, ut vivant ho-

mines perinde ac si nunquam tentationibus ess pugnandi.

2. Obliga te ad eliciendum actum amori statim ac adverteris, te sive impuritatis, sive biæ, sive scrupulorum, aut cujuscumque sugg diabolicæ tentatione impeti. Hinc quasi joca cas tentatori: „Age jam; tua opera utar, mi quando ad perdendum me venies, amoris d me incitandi admonitor et auctor eris" Quo t tela, quibus nos obruere tentabat dæmon, in convertantur, eumque feriant. Unde perterri versarius ab hac pugna cessabit, quæ nobis non sed victoriæ facta est occasio. Hinc etiam ph a pravis imaginibus abstrahetur, quod multum cendum dæmonem confert; cum longe securius illo loco recedere, qui bellicis quassatur tor quam vallis sese circumdare ac munimentis eti lidissimis. In omni igitur tentatione te cor sinum Dei, per actum amoris quam intentissim si infernalis canis nihilominus adlatrare per ejus latratui aures penitus occludas, nequaq fatiges; sed ad alia animum applicans, eu temnas potius, atque exsibiles, quod adeo sit animal, quamvis Altissimo similis haberi ve

3. Elice actum tentationi contrarium: co enim contrariis curantur; si v. g. impugna luptatis illecebra, carnem dolore aliquo affic tentationem in ortu suo suffocabis. Si malev tenteris, bene preceris ei, a quo animum sen num, et sic de ceteris pravis animi motibus.

4. Non existima tentationes esse castigat Deo inflictas; sed eas potius habe pro mediis, Deus hominem compellat, ut ad divinum a confugiat, propriam infirmitatem agnoscat, et rat, quid Deus, hanc tentationem permittendo, exigat Hinc tentationes accipias de manu D

quam cœlestes favores, et cum gratiarum actione, propterea quod particeps fias particulæ sanctæ crucis; quin imo omni abundes gaudio, juxta illud S. Jacobi *(1. 2.)*: „Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis“. Qua de causa? Quia „virtus“, ait S. Paulus Apostolus, „in infirmitate perficitur“, id est, quo magis quis tentationibus contra aliquam virtutem exercetur, eo perfectior in eadem virtute evadet; quia exercitium, quod tentationes præbent, egregie virtutem edocet.

5. Amorem erga B. V. Mariam, eamque in hanc amantissimam matrem fiduciam habe, qua firmiter credas, neminem unquam periturum, qui ad eam confugerit Statim igitur ac audies milvi infernalis sibilum, illico pulli instar sub alis matris te absconde, auxilium ejus inclamans: O Domina, „vim patior, responde pro me“ .... Monstra te esse matrem, etc.

6 Memor esto novissimorum; de his igitur in promptu studeas habere sententias, quas, exsurgente tentatione, jaculorum instar, in hostem retorqueas. Quum autem satan tanto te aggredi possit impetu, ut memoria hujusmodi sententiarum plane non recurrat, expedit ut frequenti talium actuum usu, eorum eliciendorum habitum contrahas; quo fiet, ut tempore pugnæ eos facilius exercere valeas.

7. Indica omnes tentationes Patri spirituali; quam manifestationem, ut constans experientia docet, plerumque sequuntur effectus mirabiles, idque confestim et sine mora, propter efficaciam hujus actus humilitatis.

8. Stude promptæ et festinæ tui demissioni in conspectu Dei, qua te omni afflictione dignum judices, dicens: Merito, Domine, hæc patior, et digna factis nondum recipio.

9. Beneficiorum divinorum recordare, ita ut dicas cum Joseph Patriarcha: „Quomodo possum hoc

malum facere, et peccare in Deum meum"? *(Genes. 39. 9.)*

10. Perturbationem et nimium timorem devita, dum tentatio durat, et non angaris animo propter sensum, qui nihil nocet, ubi non adest consensus. Post tentationem abstinendum prorsus est ab anxio examine, quo nimirum dispiceres, utrum fuerit culpa admissa, necne; præterquam enim quod ad nullam dubii solutionem pervenies, animi angustias examinando augebis, et tentationem, quæ jam cessavit, revocabis, ita ut periculo ei consentiendi denuo te exponas. E contra, actus amoris Dei elicito, te in pace constitue, et quando conscientiæ examinandæ tempus advenerit, inspice non quidem cogitationes, quæ tibi tentationem injecerunt, sed utrum voluntas tua deliberate Deum offendere voluerit.

20. De causis et fontibus defectuum et ruinæ spiritualis clericorum.

Tanta est inconstantia hominum, tantumque vitæ nostræ mortalis infortunium, ut etiam ii, qui Deo serviunt, interdum non sint stabiles, et in Angelis suis (in clericis) Deus reperiat pravitatem, candidique Nazaræi super carbones denigrescant, et qui vescebantur in croceis, amplexentur stercora, et qui stabant aut stare videbantur, miserrime corruant. Quo infortunio, ne et tu involvaris, pervide nunc causas miserabilium ruinarum, ut iis perspectis easdem devites.

Prima igitur ruinæ spiritualis clericorum, causa est, quam adumbravit Christus in domo ædificata super arenam sine fundamento, cujus ruina facta est magna, postquam descendit pluvia, venerunt flumina, et flaverunt venti *(Matth. 7. Luc. 6.)*. Causa, inquam, ruinæ est, non jactum, aut non bene jactum in Seminario vitæ spiritualis fundamentum; non radi-

catus horror omnis peccati, præsertim mortalis; non penitus abstractus a sæcularibus desideriis animus; non inducta mortificationis internæ, externæque aviditas, seu fames et sitis crucis; non impressæ cordi rationes æternæ; non stabilita rerum spiritualium æstimatio; conservati sub exteriori solum modestiola, tanquam sub cineribus dolosis, mundani igniculi, et propter metum, perpetuamque tot superiorum vigilantiam, protractum utcumque alumnatum, ex quo vix pedem miser clericus extulit, et ecce idem, qui fuit ante ingressum comparet, interdumque pejor; hinc sensim sine sensu deterioratur, sæcularescit, ineptus sacro ministerio redditur, ac corruit.

Altera ruinæ clericorum causa est, quam Christus objecit Angelo seu Episcopo Ephesinæ ecclesiæ dicens, *(Apoc. 2. 4.)* „Habeo adversum te, quod caritatem tuam primam reliquisti". Causa ergo est, recessus a primo fervore, seu intepescentia, principaliter ex malo et infructuoso usu orationis ac meditationis orta, dum ad eam præparatio aut non instituitur, aut misere instituitur, dum non suo tempore peragitur, decurtatur, tandemque etiam omittitur. Sic dum in meditatione non exardescit ignis, noxie tepescit animus, tædium fastidiumque rerum spiritualium introducitur, vita ipsa spiritualis desipit, ad ultimum teporis gradum devenitur, et ruina subsequitur; tepidorum enim, tam medicina, quam pœna non est, nisi gravis ruina. Cave igitur, mi clerice, causam hanc ruinæ, atque ita obfirma animum, prout obfirmaverat, P. Franciscus Suarez egregius ille theologus, qui dicere solebat, se malle totam scientiam suam, tot annis quæsitam, perdere, quam horam unam orandi consuetam intermittere.

Tertia ruinæ clericorum causa est præcedenti proxima, et ex ea profluens, quam exprobravit, licet in graviori materia, Jacob Patriarcha filio suo Ruben *(Gen. 49. 4.)*. „Effusus es *sicut aqua*, non crescas". Ef-

fusio nempe ad exteriora, et captatio ultronea distractionum, conversationum, solius tædii vitandi causa, ingerendo se in negotia non necessaria; per talem ad exteriora effusionem dissipatur spiritus, interna negliguntur, in via Dei non sumitur incrementum, nec proficitur, sed tandem deficitur, atque in ruinam itur. In quæ mala ne devolvaris, attende tibi: est, quod agas circa animam tuam; æternitatis negotia habes; age quod est muneris officiique tui; cetera Deus non requirit a te. Si cogeris ad exteriores occupationes, commoda te illis, non dona, idque ex parte solum, et non totum; tecum autem intus habita, cubiculum ama, et amabit te amator solitudinis Jesus.

Quarta ruinæ clericorum causa est similis illi, ob quam corruit Lucifer, nimirum appetitus excellentiæ propriæ, defectusque humilitatis; ex quo oritur æstimatio sui ipsius, fuga omnis contemptus et neglectus; jactatio nobilitatis, doctrinæ, aliorumque talentorum; desiderium et procuratio eminentiæ, prælationisque supra alios, officiorum honoratiorum; indignatio, dum alii præferuntur.

Quinta ruinæ clericorum causa est, quam exprimit Deus *(Oseae 7.)*. „Comederunt alieni robur ejus, et ipse nescivit", i. e. nimis libera et incauta conversatione cum sæcularibus sæcularem fieri, sæcularium agendi loquendi et sentienti modum assumere, experientia constat.

Sexta ruinæ clericorum causa est, quia fontes defectuum quotidianorum bene cognoscere et obstruere non curant; sunt autem fere sequentes:

1. Defectus intentionis, seu intentio vel nulla, vel frigida, vel non pura, sed permixta captationi propriorum commodorum, vel vitiata interventu intentionis pravæ, etc. Ex hoc fonte tantum mali promanat, ut sæpe etiam ipsa opera, alias in se bona, non bona,

ion Deo placita, non meritoria, sed prorsus vitiosa eddantur, et plurimorum bonorum jactura fiat.

2. Oblivio Dei præsentis, quam pro causa pec-atorum assignat divinus Psaltes, dum ait (*Psal. 10. 5.*). „Non est Deus in conspectu ejus, inquinatæ sunt viæ llius in omni tempore". Quod S. Basilius defecti-us religiosorum sic accommodat: „cujus animus emere evagatur, otioque se dat? quis frequenter rascitur? quis humanas laudes avide captat? quis d opera spiritualia piger est? quis actiones suas ad Dei gloriam non refert? quis inter orandum mente listrahitur? qui non semper cogitat, Deum cogita-ionum, et actionum suarum inspectorem esse". Hæc lle; idem valet de clericis; obstrue igitur fontem unc tot peccatorum, oblivionem præsentis Dei, et umbula coram eo (*Gen. 17.*). (seu ut alii legunt,) rive coram Deo, et esto perfectus. Imitare anima-ia ista mystica (*Ezech. 1. 18*) quæ erant plena oculis ante et retro, nempe habentia oculos in manibus, ocu-os in auribus, oculos in labiis, oculos in pedibus, plena oculis, intus et foris, ut nimirum neque videas, neque udias, neque loquaris, neque cogites, neque gressum lirigas, neque quidquam aliud opereris, nisi dignum conspectu Dei, et in conspectu Dei.

3. Dissimulatio gratiarum Dei excitantium seu prævenientium, ordinatarum a Deo ad vitandas im-perfectiones; dissimulatio inquam, vel dilatio, partim ex pusillanimitate, partim ob fugam molestiæ alicujus, partim ob respectus humanos. Hæc dissimulatio et dilatio est fons omnis mali; quia enim, juxta Concil. Trid. (*Sess. 6. cap. 16.*), Christus Jesus tanquam caput n membra, et tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos jugiter virtutem influit, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, et comitatur, et sub-sequitur; quia, inquam, hæ excitantes seu antece-dentes gratiæ a Christo in palmites derivantur, non

potest esse palmes vivæ vitis sine hoc influxu gratiarum excitantium, proinde in dies arescet, excidetur, et in ignem mittetur Si non vis maximo discrimini æternæ salutis exponi, excitanti quotidie Deo morigerum te præbe.

4. Neglectus ordinis, temporum et actionum; ex quo oritur conjectio sui cum actionibus Deum concernentibus e. g. meditatione, examine, etc. in angustias temporis, hinc festinatio, præcipitatio, et expeditio levi brachio, interdumque omissio.

5. Languor mentis et tepiditas quædam, licet nondum in gradu ultimo, nauseam Deo excitante; iste enim languor animæ inducit Deum ad hoc, ut ejiciat hominem, tanquam detestabilem, juxta illud *(Apoc. 3. 16.)*. „Quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo“.

6. Defectus linguæ, qui hoc efficit in clerico, ut ejus vana sit religio, juxta S. Jacobum *(1. 26.)*; cadetque in eum illa maledictio: „Effusus es sicut aqua, non crescas“.

7. Respectus et rationes humanæ, sperantes, timentes, differentes, dissimulantes. Per hos respectus interdum despicitur Deus; hæ rationes rectam rationem pervertunt, spes istæ cum spe in Deum, timores hi cum timore Dei stare non possunt persæpe; amicitiæ ejusmodi plerumque inimicæ sunt Deo. Si vis ergo, ut te et munera tua respiciat Deus, respectibus humanis noli laborare.

8. Quærere seipsum et propria commoda. Ex hoc fonte omnes ferme defectus profluunt tam in hominibus sæcularibus, quam in clericis; quærendo seipsos perierunt tot milliones Angelorum, qui Luciferum sunt secuti; quærendo seipsum periit genus humanum. Clerice, si credis Christo, et si vis esse discipulus ejus, perde te, et invenies te.

9. Inconstantia animi, quoad propositorum desertionem, quoad observationem temporum et actio-

num, privatarumque devotionum; per talem inconstantiam plerique eo deveniunt, ut Deus iis deneget gratiam perseverantiæ. Time igitur illam, si times interitum.

10. Non evitare occasiones, personas, tempora, loca, materias, circumstantias, in quibus experientia docuit, commissos esse defectus. Non evitare occasiones, est velle occasum animæ.

11. Negligens præparatio ad meditationes; hanc negligentiam arbitror esse fontem defectuum quotidianorum in clerico; ex negligentia enim hac sequitur mala meditatio; ex mala meditatione nullus fructus, vel parum fructus et gratiæ, indeque defectus multi per diem.

12. Negligens custodia sensuum, visus, auditus etc. Etiam in clericis per has fenestras non tantum defectus, sed et mors ascendit. Non putet clericus, se tutum fore a diabolo, quia in Seminario est quasi sub clausura, si clausuram sensuum suorum non adhibuerit; nec porta Seminarii bene obserata proderit ipsi, nisi portam sensuum firmissime muniverit.

Quare tu conare semper in spiritu et virtute proficere cum magna mentis alacritate, quin cadas animo, aut minus fortiter persistas in pugna, etsi profectus tibi videatur fere impossibilis ob protervam naturam et defectus continuos. Qui hanc artem non bene callet, manifestum incurrit periculum, ne ab aratro manum amoveat, et pusillanimitate pressus, virtutis tramitem penitus tandem relinquat. „Omnium tentationum ignavissima, ait S. Franc. Salesius, animi dejectio“. Quando inimicus noster spem progrediendi nobis ademit, facili negotio in abyssum vitiorum nos præcipites agit. Cui periculo ut occurras, hæc contra defectus remedia sæpe animo revolvenda proponimus.

1) Cave ab imprudenti profectus desiderio, quo scilicet præsumeres profundas *passionum* radices intra

biduum evellere, et citissime ad sanctitatis culmen pervenire. Quo magis præsumptio hæc velamine virtutis et sanctitatis obvoluta crescit, eo plus damni affert, eoque haud raro virtutis studiosum perducit, ut a bene cœptis repente desistat. Nemo per hanc viam volare tentet, qui alis se destitutum videt, sed studeat pro viribus pedetentim progredi. Non enim exigit Deus, ut anima a domesticis hostibus subito liberetur; sed quibuscum decertet relinquit, ut continuam habeat et humilitatis et meriti occasionem.

2) Qui perfectionis iter ingreditur, similis est puerulo primos gressus formare conanti; qui si nimio timore perculsus, se loris relictis movere non audet, nunquam procul dubio solus incedet; sed quum, excusso terrore, audacter gressus figit, titubat utique, labitur etiam frequenter, verum in pedes rursus se erigit, novosque conatus adhibet, quoad tandem recte et absque ulla hæsitatione gradiatur. Ita fervens quoque clericus sæpe cadet in via perfectionis juxta illud *(Prov. 24. 16.)*. „Septies cadet justus", sed attendit verbis proxime sequentibus: „et resurget". Resurgat igitur, eumque pudeat in defectuum suorum pulvere vecordem torpere. Audiat quod prudenter scribit S. Franciscus Salesius: „Quo pacto nos a defectibus nostris emendabimus? Si patienter nobiscum ipsis agamus, et orta ex imperfectionibus nostris perturbatione repulsa, generose surgamus a lapsu, et ita singulis diebus denuo incipiamus. Ex infirmitate, quin advertamus, labimur; sed remanet semper voluntas Deo serviendi".

3) „Sunt, ait idem S. Franciscus Salesius, qui conscientiæ cuticulam adeo teneram habeant, ut, si forte aliquem defectum commiserint, de illo tam inordinate doleant, ut impatienter illum ferant, et ita in graviorem defectum incidant. Quod sane provenit ex

·oprio amore, qui quo magis est absconditus, eo ajus periculum affert. Enimvero tam bene de se sis sentiunt, ut conturbentur simul ac in defectum iempiam prolapsos se animadverterint. Nos e contra : imperfectionibus nostris in humilitate proficere scamus; quod si præstiterimus, damnum ex defeibus emergens abunde reparabimus, ita ut salutem : inimicis nostris reportemus". Qui se errasse com:rit, ait S. Ignatius, non cadat animo; etiam errores osunt ad sanitatem". Alacriter igitur resistendum t superbiæ illi, qua nostrorum defectuum inordinate is pœnitet; quum ea non raro utatur dæmon, ut linquentem ad desperationem usque perducat. Sic ;isse visus est cum Juda proditore. Ista porro pœtentia inutilem noxiamque in anima tristitiam fovet, iæ nec a Deo, nec propter Deum est, sed ex quadam noris proprii afflictione originem ducit.

4) Persuasum habeas statum clericalem amplendo te Deo sacrificium obtulisse, quod ad magnam sius gloriam cedat, teque divino ejus cordi valde irum faciat. Deo utique lapsus tui quotidiani displi:nt; quam ob rem tamen minime cessat a tenerrimo lo amoris affectu, quo te complectitur. Tecum agit eus, matris instar, quæ quidem de infirmitatibus et efectibus filii sui dolet; at non idcirco eum minus iligit; imo quo debilior, infirmior et deformior ille st, eo majori cura et sollicitudine cor maternum in um ferri videmus.

5) Disce distinguere inter varia relapsuum geera. Prorsus sunt detestandi relapsus orti ex perersa voluntate, quæ, affectu ad peccata quædam veialia non exuto, in eis sibi deliberate complacet. lorum relapsuum principium, perversam nimirum oluntatem, generose impugnare necesse est; nec inte quiescendum, quam penitus exstirpatum sit. Relapsibus autem illis, qui ex *miseria* et fragilitate

naturæ corruptæ proveniunt, ad ultimum usq halitum, ex parte saltem, obnoxii erimus.

6) Quum infirmitas nostra limites et mod sciat; quumque non raro accidat, ut ipsa v nostra in offensionem Dei consentiat; summam misericordia ideam animo concipiamus oport veamus proinde ab illorum errore, qui iræ et vi motus Deo tribuunt, quos viro honorato, qui o sit, tribuere non auderent. „Miseriis nostris Franciscus Salesius, innititur thronus miseri divinæ; si enim non essent in mundo pecca donanda, dolores leniendi, animorum morbi s non esset, quo pulcherrimum divinæ essenti attributum Deus exerceret".

7) Deo non parum procul dubio placet illa, qua veluti filii ad Ipsum post lapsum d festinamus, veniam precamur, majoresque u vires, enixe rogamus. Itaque etsi centies pe caderemus, centies surgere oporteret, sempe Deo humiliter quidem, sed non minus fidenter expostulare. Ob diffidentiam enim nostram d occasio præbetur, nobis mendacia, quorum ips est, oggerendi, v. g Deum esse fessum tam fre condonando; quibus nobis creare tristitiam dium intendit, et tandem eo nos perducere, fectionem nostram prorsus negligamus; q contra, si post lapsum ad Deum oratione hu fiducia plena confugimus, pax, spirituale gau desiderium ardens ad pugnam redeundi illico i tibus nostris renascentur.

21. De studio litterarum.

Qui scientias adipisci non curat, hunc a sa tio repellendum decernit Scriptura sacra. „Q scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio f mihi", *(Os. 4. 6.)* et teste S. Gelasio litteris care

iteat esse aptus mysteriis. Labia sacerdotis debent istodire scientiam, ut possit exhortari in sana dorina, et eos, qui contradicunt, arguere; magna ergo m temeritate magisterium et regimen animarum, iod est ars artium, suscipitur ab imperitis. Quantus iro debeat esse in sacerdote scientiæ ambitus, et munrum gravitas ostendit et sacræ doctrinæ profunditas. oncilium Tridentinum vult *(Sess. 23. cap. 14.)* ut proovendi ad presbyteratus Ordinem „diligenti examine æcedente idonei comprobentur". Serio itaque quisie exemplo omnium bonorum clericorum incumbat udiis et omnem impendát laborem oportet, ut in ientiis viro ecclesiastico necessariis proficiat. Neie sufficit ipsi addiscenda ita tenere, ut in examinis utcumque satisfaciat examinatoribus, sed memirit, unumquemque pro modulo talentorum scientiis iquirendis adlaborare debere.

Cordi autem sit cuique illud S. Thomæ *(in I. Cor. 3.)* „Ad hoc quod aliquis sciat, quemadmodum oporat scire, novem sunt necessaria: 1° humiliter, sine flatione, 2° sobrie, sine præsumptione, 3° certitulinaliter, sine hæsitatione, 4° veraciter, sine errore, 5° simpliciter, sine deceptione, 6° salubriter, am caritate et dilectione, 7° utiliter, cum proximoam ædificatione, 8° liberaliter, cum gratuita communicatione, 9° efficaciter, cum bona operatione." uantumvis ergo quis sibi videatur in studiis proecisse, semper summopere caveat, ne eum sua ientia extollat. Et vero, „si quis se existimat scire liquid, nondum cognovit, quemadmodum oporet eum scire" *(I. Cor. 8. 2.)*; et longe plura sunt, uæ nescit, quam quæ scit; quæ autem scit, non tam unt fructus sui laboris, quam dona Dei „Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?" *(I. Cor. 4. 7.)* Unde omnem animi elationem fugiat, *de se demisse* sentiat, et lo-

4) Iturus ad scholas, si commode fieri potest, s luta Christum Dominum in SS. Sacramento, tu studendi laborem ipsi pure offerendo, confident commendando, enixe gratiam petendo; deinde m destissime, demissis modeste oculis, alto eum silentio, clericali gravitate, cum sociis ad scholas perge; int eundum puram intentionem renova, gratiamque p te et condiscipulis bene intelligendi omnia, solideq in spiritu et scientia proficiendi pete, vel affectuo pium aliquid rumina; vel etiam precatiunculam a quam devote recita; quod idem simili modo fini scholis redeundo domum observare stude.

5) In scholis te totum, omnibus aliis curis et me tis evagationibus exclusis, ad ea, quæ dicuntur, d putantur, dictantur, applica cum omni, quo pot conatu ea intelligendi et observandi; ad quod prod runt, tum diligens custodia sensuum, præcipue ocul rum, stricta silentii observatio, fuga jocorum, horr nugarum, sæcularis libertatis et immodestiæ detest tio, evagationum, inanium solicitudinum, et inordin tarum passionum refrænatio; tum usus discretus pi rum affectuum, suspiriorum et aspirationum ad Deu ubique præsentem, ad B. Virginem, Patronos, pra: item ex creatis ad Creatorem ascendendi, crebro recolligendi, actus internos præcipuarum virtut expeditissime uno suspirio exercendi. Quod similit intelligendum est de horis privato studio assignat ad quod conferet habere imaginem aliquam piam manum, cujus intuitu excitemur ad animi devotione

6) In publicis et privatis, domesticis et scholas cis repetitionibus, lectionibus, disputationibus stu omnia agere cum pleno judicio rationis, et bono odo ædificationis; nominatim hæc observa: 1° Fuge ill terminos, et illum modum argumentandi et respo dendi, qui præ se ferat aut arrogantiam, aut sui ipsi confidentiam, aut aliorum despicientiam. 2° Cave, i

alios irrideas et confundas, si minus bene pro-ntur, sed ex caritate iis compatere. 3° Si tu idaris, irrideaqis, aut mortificeris, sive a Pro-, sive a condiscipulis, aliisve præsentibus, aut minus feliciter proficias, minusque honorifice in entando et respondendo subsistas, hilari et illo animo excipe, nullo impatientiæ signo o, omnia hæc de manu Dei acceptando, modo is vaces.

Domi forisque ut omnibus sis bono exemplo, ffendiculo, conare 1° præ te ferre semper et in ns, in externa totius corporis compositione in-i modestiam, virgineam vultus verecundiam, uam serenitatem, clericalem hilaritatem cum a gravitate conjunctam; in interna pace et tran-ite fundatam; vitando in verbis, nutibus, et is corporis omnem speciem arrogantiæ, levita-ertatis, tristitiæ, omnisque inordinatæ affectio-° intimam humilitatem, nullum contemnendo, ido, arguendo, nulli te præferendo, omnes ho-lo, omnibus compatiendo; 3° eximiam carita-omnibus prompte in licitis gratificando, nullum endo, doctrinam tuam aut scientiam sive scri-re verbo omnibus (suo tamen tempore) libenter nnicando; 4° perfectam obedientiam, ad nutum perando; 5° ardentem animi devotionem, ad ita devotionis exercitia ardenter anhelando, te ea obire conando, privatas aliquas devotio-suetas non intermittendo inter studia (discrete, sine damno studiorum), sæpe mentem in Deum ido, quod fieri potest jaculatoriis suspiriis, aut is horis, aut defatigato capite, aut oblata diffi-estione (pro qua intelligenda B. Virginem sin-ter invocare, vel Christum ipsum reverenter ere bonum est et a sanctis viris frequentatum), ter studendum *vertendo folium*, aut cubiculum

ficat rerum temporalium contemptum; quia temporalia tanquam capilli vanitas a clericis contemnenda sunt, unde ipsi possunt dicere cum Apostolo: *(Gal. 6. 14.)* „Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo."

Voluit ecclesia in summo capite tonsuram constitui ad ostendendam mentis eminentiam et status vitæ illius, qui tali signo decoratur. Tonsura porro formatur in modum coronæ propter tres excellentes rationes, primo in memoriam coronæ spineæ Domini, ut sicut illa Christo dedecori, ita ecclesiasticis sit gloriæ, quæ consistere debet in probro, confusione, et contemptu ferendo ad similitudinem Filii Dei, Salvatoris nostri; secundo ad declarandam regiam dignitatem clerici, cum Deo servire regnare sit; tertio ad significandam perfectionem vitæ susceptæ, (figura enim orbicularis est omnium perfectissima), cui inhærens coronam obtinebit in cœlo.

Cum tonsurati sint clerici, ac tonsura sit dispositio ad ordines, ipsi debent vocationem suam operibus confirmare, ut ex æquo respondeant canoni S. Isidori: „His igitur lege Patrum cavetur, ut a vulgari vita seclusi, a mundi voluptatibus sese abstineant, non spectaculis, non pompis intersint, convivia publica fugiant, privata non tantum pudica, sed et sobria colant; usuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cujusquam studium appetant; amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum fugiant, et sæcularia officia, negotiaque, necnon substantiarum sæcularium gubernationes avaritiæ causa abjiciant; honoris gradus per ambitionem non subeant, pro beneficiis medicinæ Dei non accipiant munera, dolos et conjurationes caveant; odium, æmulationem, obtrectationem, atque invidiam fugiant, non vagis oculis, non effræni lingua, non

petulanti fluidoque gestu incedant; sed pudorem, et verecundiam mentis, simplici habitu incessuque ostendant; obscœnitatem etiam verborum, sicut et operum penitus exsecrentur; viduarum et virginum frequentationem fugiant, contubernia extranearum feminarum nullatenus appetant, castimoniam quoque inviolatæ corporis perpetuo conservare studeant; senioribus quoque debitam obedientiam præbeant, nec ullo jactantiæ studio semetipsos attollant; postremo doctrinæ, lectionibus, Psalmis, Hymnis, Canticis, exercitio jugi incumbant. Tales enim debent esse, qui divinis cultibus se mancipandos student exhibere, scilicet, ut dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent."

Habitus clerici prima tonsura insigniti quoad quotidianum usum, est vestis talaris nigri coloris, quæ significat vitæ majorem gravitatem et perfectionem, qua laicos debet præcedere, sicuti præcedit loco et dignitate. Vestis porro in sacris functionibus adhibenda est superpelliceum (Cotta) album, et mundum, quo ab Episcopo induitur, et significat castitatis candorem ac munditiem, caritatisque virtutem, et dilatationem boni odoris. His omnibus ornatus esse debet, qui tonsura condecoratur.

Clerici neque habitum, neque tonsuram gestantes, ita ut a laicis non distinguantur, si propositum habeant perseverandi in clericatu, non possunt excusari a peccato, vel ratione præcepti ecclesiastici violati. Ecclesia enim vult a laicis per habitum et tonsuram clericos discriminari; certe sacri canones, edictum Papæ Innoc. XI. et constitutiones synodales obligant clericos custodire et gestare tonsuram ab ipsis petitam, et ab ecclesia ennixe Deum orante collatam.

Effectus et privilegia tonsurati sunt quatuor:
1° Tonsuratus transfertur ad *statum* clericalem; unde

acquirit privilegium fori, quo in nonnullis eximitur a jurisdictione fori laicalis; modo deferat habitum, et tonsuram, ac alicui ecclesiæ de mandato Episcopi inserviat, aut modo beneficium habeat, aut versetur in Seminario, vel in aliqua Schola de licentia Episcopi, ut habetur in Tridentino Concilio *(Sess. 23. c. 6.)*. 2° Acquirit etiam privilegium canonis, ita ut eum percutientes injuriose incurrant excommunicationem reservatam Papæ, si percussio sit gravis, Episcopo vero si sit levis. 3° Tonsuratus fit capax beneficii ecclesiastici. 4° Fit capax etiam omnis jurisdictionis ecclesiasticæ.

De Ordinibus minoribus.

Quatuor sunt Ordines minores: ostiariatus, lectoratus, exorcistatus et acolythatus, ad quos qui accedere volunt, præter summam animi pietatem ac religionem mundi esse debent saltem a peccato mortali, præsertim cum S. Eucharistia sit sumenda. Secundum hodiernam ecclesiæ disciplinam minores Ordines non sunt Ordines, quos vocant consistentiæ, sed sunt gradus, quibus ad Ordines majores aditus pateat; unde iis tantum conferri debent, de quibus est spes, fore ut tandem possint ad majores provehi. „Cumque hinc ad altiores gradus et sacratissima mysteria sit ingressus; nemo iis initietur, quem non scientiæ spes majoribus ordinibus dignum ostendat.“ *(Conc. Trid. Sess. 23. cap. 11.)* Proinde non sunt admittendi 1° qui coram Deo scelestam, et coram hominibus scandalosam egerunt vitam, et pœnitentiam agere, atque nominis maculas per inordinatam conversationem suam contractas abstergere necdum cœperunt. 2° Qui quidem non duxerunt vitam scandalosam, sed peccati mortalis habitus contraxerunt, quos a tempore sat longo retinuerunt, nulla habita exhortationis et sollicitationum confessariorum ratione, qui, quo eos ad vitæ emenda-

tionem cogerent, aliquoties absolutionem distulerunt, et apta ad supprimendam perversam eorum inclinationem remedia subministrarunt; de his enim timendum foret, ne susceptis Ordinibus eandem vitæ rationem continuarent, quam hactenus in præjudicium gloriæ Dei et honoris ecclesiæ sunt secuti. 3° Qui quidem vitam licentiosam reipsa non duxerunt, attamen status ecclesiastici officia nec æstimant, nec aliqua in ea feruntur inclinatione, quique hunc statum sanctum nonnisi reluctanti animo, aut ex ambitione, aut propriæ utilitatis studio amplectuntur, quin ejus obligationibus satisfacere velint; manifeste enim apparet, nullum vocationis indicium in hisce deprehendi. 4° Qui quidem egregia ducti intentione studiorum curriculum aggressi sunt, sibique persuasum habuere, vitam vere christianam apprime conducere, quo quis bonus presbyter evadat; at, quum litterarum pietatisque studio impallescere debuissent, otio indulserunt, et peccati mortalis habitus contraxerunt, ita ut omni scientia, omnique virtute expertes reperiantur; nam clare perspicitur, tales ex propria culpa dispositionibus necessariis carere, eorumque promissis de vita melius instruenda omnem fidem denegandam esse, donec per tempus satis diuturnum sint probati.

De ostiariatu.

Nomen ostiarius deductum est ab ostio, quia ostiarius janitor et custos templi dicitur, quia claves custodire, januasque aperire et claudere debet.

Ostiariatus est primus Ordo minor, quo potestas spiritualis traditur ordinato aperiendi, claudendi et custodiendi ecclesiam.

Materia remota sunt claves ecclesiæ; proxima est clavium traditio. Forma sunt verba prolata ab Episcopo, dum tradit claves tangendas, videlicet: „Sic age, quasi *Deo rationem redditurus* pro his re-

bus, quæ his clavibus recluduntur." Pulsus vero campanæ, obseratio et aperitio januæ censentur materia accidentalis, utpote quæ non administretur ab Episcopo, sed ab Archidiacono.

Ostiarii officium est, præter dicta etiam pulsandi campanas ad populum convocandum, necnon admittendi dignos in ecclesiam, et expellendi indignos scilicet infideles, hæreticos et excommunicatos non toleratos, interdictos etc. curandi ut in ecclesia omnia decenter se habeant, et ne quidquam depereat; cohibendi strepitus, ejiciendi canes ab ecclesia, et ne quis propius, quam par est, accedat ad altare, ubi celebratur Missæ sacrificium; tandem aperiendi librum ei, qui prædicat.

Dignitas hujus Ordinis, atque officii patet ex eo, quod ipsis ostiariis injungitur, ut quemadmodum materialibus clavibus ecclesiam visibilem aperiunt, sic et invisibilem Dei domum, corda scilicet fidelium, dictis et exemplis suis claudant diabolo, et aperiant Deo. Per hoc enim munus et officium comparantur Christo Domino, et assumuntur ab ecclesia ad participationem potestatis, quia ipse Christus claudit et aperit; ipse nimirum est sanctus et verus, qui habet clavem David, (qui aperit, ut denuntiatur Angelo Philadelphiæ Apoc. c. 3. v. 7.) quem locum insigniter interpretatur Richardus a Sancto Victore. Porro patet ex Christi exemplo, qui honori sacri templi consulturus, ejecit vendentes et ementes, nec sinebat, ut quisquam tranferret vas per templum. *(Marc. 2. 16.)*

De lectoratu.

Lectoratus est secundus Ordo minor, quo potestas spiritualis confertur ordinato legendi prophetias et Scripturas sacras in ecclesia Dei, atque adeo catechumenos erudiendi. Hic Ordo est gradus major ostiariatu, quia ejus officium est nobilius. Ostiariatus

procurat reverentiam corporalem et exteriorem sacrificio Missæ; lectoratus vero procurat reverentiam spiritualem, quæ major est; nam sacra lectione excitat adstantes ad devotionem, et rudimentis fidei docet fideles veritatem hujus Sacramenti, et disponit illos ad Eucharistiam vel adorandam, vel sumendam cum fructu.

Materia remota hujus ordinis est liber Prophetiarum et Epistolarum; proxima illius traditio. Forma sunt verba prolata ab Episcopo dum tradit librum tangendum Ordinando, scilicet: „Accipe, et esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter et utiliter officium tuum impleveris, partem cum iis, qui verbum Dei ab initio bene ministraverunt."

Munera lectoris sunt quinque: Primum est recitare alta et intelligibili voce, et cum pausis convenientibus ad puncta et commata, ne turbetur sensus; legere nimirum libros veteris et novi Testamenti, et maxime lectiones primi Nocturni in Horis Matutinis, et Epistolas primas in Missis Quatuor Temporum, nam ultima legitur tantum a subdiacono, ut est in Missis officium subdiaconi insuper aut canere, aut simpliciter legere Prophetias in Sabbato sancto; et cantum ecclesiasticum addiscere. Secundum est tradere fidelibus et catechumenis baptizandis rudimenta fidei, et eos exemplo et moribus ædificare. Tertium Episcopo prædicanti legere eam Scripturæ partem, quam ille expositurus est. Quartum divinas laudes decantare, et præesse Psalmistis, seu cantoribus. Quintum benedicere panem et fructus novos a fidelibus oblatos; sed hoc officium benedicendi non est amplius in usu.

Dignitas hujus Ordinis desumitur ex Christi exemplo, qui stans in medio seniorum, Isaiæ librum aperuit, et completa lectione eumdem clausum tradidit ministro. *(Luc. 4. 20.)* Unde Episcopus admonet

di lumina, ferendi candelabrum accensum ad altare, parandique urceolos cum vino et aqua, et porrigendi eos subdiacono pro sancto Missæ Sacrificio. Acolythus est nomen græcum et latine significat pedissequum, quia acolythus inservit subdiacono et diacono in ministerio altaris. Iste Ordo est major aliis minoribus, cum acolythi proprium munus sit materiam præparare ad Missæ sacrificium.

Duplex est materia hujus Ordinis: remota sunt urceoli vacui, et candelabrum cum cereo extincto; proxima urceolorum et candelabri traditio.

Cereus traditur extinctus et urceoli vacui, ut indicetur acolythi munus esse accendere cereos in sacris peragendis, et præpare in urceolis vinum et aquam pro sacrificio Missæ.

Duplex est hujus Ordinis forma: Altera profertur ab Episcopo in traditione candelabri, nempe: „Accipe ceroferarium cum cereo, ut scias te ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari, in nomine Domini"; altera in traditione urceolorum, nempe: „Accipe urceolos ad suggerendum vinum et aquam in Eucharistiam Sanguinis Christi, in nomine Domini".

Munera Ordinis acolythatus sunt: parare materiam necessariam ad sanctam Eucharistiam in vasis non sacris; assectari subdiaconos, et diaconos in altaris ministerio; luminaria accendere, eaque ferre, præcipue cum dicaconus Evangelium legit, (hinc alio nomine cereoferarii appellantur) et subdiacono urceolos ministrare ad suggerendum vinum et aquam ad Christi sanguinem conficiendum; ignem et thus parare, thuribulumque deferre, et privatis Missis inservire; tandem luminaria ecclesiæ accendere, et asservare, propter quod acolythi dicuntur ecclesiæ mancipati, quia illud officium majorem in ecclesia assiduitatem requirit.

De Ordinibus majoribus.

Tres sunt Ordines Majores, tribusque gradibus distinguuntur, videlicet subdiaconatus, diaconatus, et presbyteratus.

Dicuntur majores, quia majora illis insunt ministeria; dicuntur sacri, primo ratione materiae, nam qui his Ordinibus initiati sunt, possunt tangere res sacras, secundo ratione consecrationis, quam habent corporis Deo dicati propter castitatem, et peculiari ad altare ministerio deputatione.

Ex Concilio Tridentino septem dispositiones requiruntur in iis, qui Ordines majores et sacros accipere volunt. 1° Fides parochi de natalibus, vita et moribus. 2° Testimonium, quod se exercuerit in officiis Ordinum minorum. 3° Testimonium sufficientis litteraturae. 4° Instructio circa essentialia, munera, et officia Ordinis, quem petit. 5° Spes, quod Deo adjuvante ab illicitis venereis continere se possit. 6° Quod in ultimo Ordine, in quo fuerit ordinatus, in ecclesia, cujus servitio fuerat adscriptus, per annum saltem sit versatus, nisi aliter Episcopus judicaverit. 7° Requirit Concilium ex decentia, quod Communionem sumpserit diebus Dominicis et festis solemnibus cum altari ministraverit.

Obligationes majorum Ordinum sunt tres principales. 1° Servandi castitatem. 2° Recitandi horas canonicas. 3° Deferendi habitum clericalem et tonsuram.

De subdiaconatu.

Subdiaconatus est primus Ordo sacer, quo datur spiritualis potestas ministrandi diacono et sacerdoti legendique Epistolam in solemni Missae sacrificio.

Nomen subdiaconus significat subministrum vel subservientem.

Materia hujus Ordinis duplex est: remota, nempe calix vacuus cum patena vacua, et liber Epistolarum; proxima traditio ejusdem calicis et libri.

Forma Ordinis subdiaconatus sunt Episcopi verba in traditione materiæ; dum enim tradit calicem cum patena, ait: „Videte cujusmodi ministerium vobis traditur; ideo vos admoneo, ut ita vos exhibeatis, ut Deo placere possitis“. Tradendo autem librum Epistolarum hæc dicit: „Accipe librum Epistolarum, et habe potestatem legendi eas in ecclesia Dei tam pro vivis, quam pro defunctis“.

Subdiaconi officia sunt, calicem et patenam in usum sacrificii diacono offerre, et in altari ponere, sacerdoti sacra facienti aquam fundere ad extrema digitorum abluenda, legere Epistolam, diacono Evangelium canenti Evangeliorum librum apertum tenere, et cantato Evangelio ipsum librum sacerdoti celebranti osculandum exhibere; aquam in calicem fundere postquam diaconus vinum infudit; patenam velo obtectam sustinere manu dextera; osculum pacis a diacono acceptum omnibus illis dare, quos diaconus incensaverat; crucem in processionibus et in exsequiis in fine Missæ deferre sine manipulo, ut in Vesperis, et in expositionibus; tandem pallas altaris, corporalia, et purificatoria abluere cum cautione in Pontificali præscripta, ubi Pontifex ordinandos monet, quid in hisce mysteriis intelligere debeant.

Hasce tres obligationes contrahit Subdiaconus: 1° servandi perpetuam castitatem; 2° quotidie recitandi officium divinum, seu horas canonicas, et in die ordinationis tenetur ad recitandam horam canonicam correspondentem horæ, qua ordinatur; 3° deferendi habitum clericalem dignitati suæ consentaneum, et tonsuram. Quare nemo hunc ordinem licite suscipere potest, nisi his omnibus iisque tam gravibus obligationibus per omne vitæ tempus satisfaciendi et facultates et animum

habeat. Præterea memor sit confirmandi animi frequenti orationis et Sacramentorum usu. *(Cfr. Conc. Trid. Sess. 23. cap. 13.)*

Promotione ergo ad subdiaconatum indigni sunt, qui eum susceptis ordinibus minoribus litteris et pietatis officiis operam navare debuerant, Sacramentorum frequentationem aliaque exercitia spiritualia neglexerunt; qui multam temporis partem dormiendo, ludendo et in præjudicium studiorum et salutaris lectionis sese recreando inutiliter perdiderunt. Idipsum potiori ratione de aliis affirmandum est, qui potui excessivo se dedunt, qui in peccata castitati contraria prolabuntur, qui sæcularium societates amant, qui nullum pietatis et devotionis gustum præ se ferunt, qui denique nonnisi mundi consuetudinibus et praxi sese conformant.

De diaconatu.

Diaconi nomen significat ministrum, quia minister est sacerdotis, cui proxime inservit in ministerio altaris. Vocatur etiam Levita ex Levi; Levitæ enim dicti sunt, qui in veteri Testamento sacerdoti cooperabantur in sacrificiis, et ministrorum novi Testamenti figuram gerebant; et latine significat ex populo assumptum ac electum, eo quod a carnalibus desideriis purus et castus esse debet. *(Pontif. Rom.)*

Diaconatus est secundus Ordo sacer, quo confertur potestas spiritualis proxime assistendi Episcopo, vel presbytero in ministerio altaris, et porrigendi ei patenam cum hostia, et calicem cum vino, legendique Evangelium in Missa solemni.

Duplex est hujus Ordinis materia: impositio manus dexteræ Episcopi, et traditio libri Evangeliorum. Non pauci insignes Theologi antiquitatis studiosi docent, solam impositionem manus Episcopi esse materiam essentialem; hanc enim solam adhibuisse Apo-

stolos, cum primos diaconos consecrarunt, nondum scripto Evangeliorum libro, ex Actis Apostolorum liquet. Hanc quoque solam adhibuit, et nunc quoque adhibet ecclesia Græca, et per plura etiam sæcula solam adhibuit ecclesia Latina; ac propterea dalmaticam, et traditionem libri Evangeliorum, ritum censent mere accessorium, et integrantem a Latina ecclesia deinde adjunctum, ad majorem significationem collatæ potestatis; idem autem etsi valde probabile videatur, tamen ne saltem præscriptus ritus violetur, ordinandus ipsum Evangeliorum librum ab Episcopo traditum tangere debet.

Sicut duplex est materia diaconatus, ita et forma duplex est: prima, cum Episcopus manum dexteram imponit super caput ordinandi his verbis exprimitur: „Accipe Spiritum sanctum ad robur, ad resistendum diabolo, et tentationibus ejus in nomine Domini", altera, cum porrigit ordinando librum Evangeliorum his verbis: „Accipe potestatem legendi Evangelium in ecclesia Dei tam pro vivis, quam pro defunctis in nomine Domini".

Sacrum munus diaconorum est: 1° ministrare ad altare, et quidquid necessarium est ad sacrificium sacerdoti solemniter celebranti porrigere, et legere Evangelium; 2° solemniter baptizare, sed nonnisi de licentia parochi, et in magna, saltem gravi necessitate, alias qui baptizat solemniter sine commissione, juxta nonnullos theologos irregularitatem incurrit, quia diaconi sunt tantum extraordinarii ministri Baptismatis; 3° prædicare, seu Evangelium, si opus sit, et sacerdos absit, populo explicare; 4° ministrare Eucharistiam; sed pariter id non licet, nisi fiat ex jussu parochi, et in necessitate gravi, nempe si populus sit communicaturus, et desit sacerdos; 5° deferre pixidem, aut ostensorium cum Eucharistia, quia habet potestatem super corpus Christi in sacris vasis con-

tentum; et ex quotidiana praxi diaconus pro solemni processione, vel expositione, pixidem, seu lunulam, in quibus est Eucharistia, educit e sacrario, vel a sublimi loco sumit, adducitque in manus sacerdotis; 6° lavare corporalia in defectu subdiaconi.

Quatuor sunt onera et obligationes Diaconi, nimirum: recitandi quotidie divinum officium, et nocturnum diei Ordinationis, separatim ab officio diei ejusdem; servandi perpetuam castitatem; deferendi habitum, et tonsuram clericalem, et percipiendi sacram Communionem saltem diebus Dominicis, et solemnioribus, quum altari ministraverit, quas obligationes diaconus jam contraxit, cum suscepit Ordinem subdiaconatus.

Quales esse debeant promovendi ad diaconatum, satis elucet ex dotibus, quas Apostoli requisiverunt a primis septem diaconis, ut essent boni testimonii, pleni Spiritu sancto, et sapientia. Similiter S. Paulus in Epistola prima ad Timotheum easdem fere virtutes requirit in diaconis, quas in Episcopis. „Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura, etc.“ Et in Pontificali diaconos ordinandos his verbis Episcopus alloquitur: „Et vos, filii dilectissimi... estote assumpti a carnalibus desideriis, a terrenis concupiscentiis, quæ militant adversus animam, estote nitidi, mundi, puri, casti, sicut decet ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei“. Unde etiam ad suscipiendum Ordinem hunc prærequiritur conscientiæ mundities Sacramento Pœnitentiæ comparata, ut digne se paret ad sanctam Eucharistiam de manu Ordinantis sumendam.

De presbyteratu.

Presbyter Græce idem significat, quod latine senior. Presbyter ergo *secundum etymologiam* est nomen

ætatis, secundum vero acceptionem est nomen officii, ac præfecturæ; magistratus enim et reipublicæ præfecti seniores vocari solent, ut denotetur morum gravitas, quæ eis competit, quæque in senibus magis elucet. Hinc diaconi et alii clerici inferiores numquam presbyteri appellantur, quia ipsorum est ministrare. Nomine presbyteri veteres Patres appellarunt eos, qui hoc ordine sunt insigniti (*Catech. Rom. de Sacr. Ordinis qu. 21.*), „non solum propter ætatis maturitatem, quæ huic Ordini maxime necessaria est, sed multo magis propter morum gravitatem, doctrinam, et prudentiam", quæ in eis requiruntur: etenim scriptum est (*Sap. 4. 8.*). „Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata; cani autem sunt sensus hominis, et ætas senectutis vita immaculata".

Presbyteri vocantur etiam sacerdotes quia presbyter idem est, qui sacerdos. Sacerdos autem ita dicitur quasi „sacra dicens", aut „sacra faciens", quia debet dicere horas canonicas, orationes ante et post Missam præscriptas, ac alias dum induitur sacerdotalibus paramentis; et Missam devote celebrare. Porro sacerdos significat quasi „sacra dans", vel „sacer dux", vel „sacra docens", quia docere debet verbo, ducere exemplo, et sacra aliis dare, ut sancti fiant.

Presbyteratus est ordo sacer, per quem confertur ordinato potestas spiritualis in Corpus Christi verum, et in Corpus Christi mysticum.

Institutus est Ordo presbyteratus a Christo Salvatore nostro in ultima cœna, in qua post institutionem SS. Sacramenti et sacrificii Missæ ordinavit Apostolos in sacerdotes, quoad auctoritatem celebrandi, dicens: „Hoc facite in meam commemorationem". Post resurrectionem vero dedit eis alteram auctoritatem absolvendi, quando dixit: „Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, re-

testa sunt". Christus autem post suam resurrectionem dedit hanc potestatem absolvendi Apostolis, et non in ultima cœna, quia resurrectio est fundamentum nostræ fidei, et quia morte sua meruit nobis remissionem peccatorum.

Duplex confertur potestas in Ordine; prima spectat Corpus Christi reale, seu sacrificium, diciturque potestas Ordinis; secunda ordinatur ad regendum Corpus Christi mysticum, seu fideles, vocaturque potestas jurisdictionis, quia per eam confertur jus docendi, et regendi fideles ad vitam æternam.

Potestas ordinis et potestas jurisdictionis non simul conferuntur; Christus enim in ultima cœna, in qua Apostolos constituit sacerdotes, contulitque potestatem ordinis, non dedit eis potestatem jurisdictionis, nisi post resurrectionem „sicut misit me Pater, et ego mitto vos". *(Joan. 20. 21.)*

Materia hujus Ordinis duplex est, sicut duplex est potestas: una in Corpus verum et reale Christi, id est ejus consecrationis; altera in Corpus Christi mysticum, id est ecclesiam, seu congregationem fidelium, nempe absolvendi eos a peccatis. Materia remota primæ potestatis est calix cum vino ex uvis expresso et patena cum hostia, confecta ex tritico, et manuum impositio; materia proxima est traditio et acceptatio ejusdem calicis et patenæ et manuum impositio ab Episcopo ordinante facta. Materia remota secundæ potestatis sunt manus Episcopi; proxima est ultima impositio manuum ab Episcopo facta post Communionem supra sacerdotis caput.

Forma Ordinis presbyteratus est duplex, sicut duplex est materia. Prioris materiæ forma sunt ista verba ab Episcopo prolata in traditione calicis cum vino, superposita patena cum hostia non consecrata. „Accipe potestatem offerendi Sacrificium Deo, Missasque celebrandi, tam pro vivis, quam pro defunctis, in

nomine Domini"; et hæc est respectu Eucharistiæ conficiendæ. Posterioris forma ab Episcopo prolata in manuum impositione post Communionem, continetur his verbis: „Accipe Spiritum sanctum; quorum remiseris peccata, remittuntur eis, et quorum retinueris, retenta sunt"; et hæc respectu corporis mystici, quantum ad absolvendum a peccatis; et intelligitur sacerdotem accipere spiritum Sanctum, quatenus accepit potestatem absolvendi, et ab eo dirigitur, et movetur ad rectum judicium faciendum supra pœnitentes, quando debeant absolvi, et quando repelli.

Sex præcipua sunt presbyterorum officia, videlicet: 1. Eucharistiam consecrare, illamque Deo in sacrificium offerre, ac fidelibus elargiri; 2. absolvere pœnitentes sibi subditos, et alios in casu extremæ necessitatis a peccatis; 3. Sacramenta Baptismi, et Extremæ Unctionis ministrare ac Matrimonio assistere. 4. populum docere legem Dei ac verbum Dei prædicare; 5. benedictionem tum personis, tum rebus impertiri; 6. animas regere.

Præter divinarum et ecclesiasticarum rerum scientiam, quæ est ad docendum populum necessaria ad salutem, ad recte peragendum sanctum Missæ Sacrificium, et ad Sacramenta administranda, insignis potissimum vitæ sanctitas in sacerdotibus exigitur. Etenim cum sacerdos ex Christi institutione esse debeat lux mundi; sic lucere debet coram hominibus, ut videant opera ipsius bona, et glorificent Patrem, qui in cœlis est. Decet enim, inquit S. Gregorius. „Dominicum sacerdotem meritis, et vita clarescere, quatenus in eo tamquam in vitæ speculo plebs commissa et eligere, quod sequatur, et videre possit, quod corrigat". Hinc Concilium Tridentinum præcipit, ut qui ad presbyteratus Ordinem promoventur, Ordinum minorum obligationes cum pietate et fidelitate implevisse, atque sese per suum zelum in religionem et morum suo-

rum puritatem ita insignes reddidisse debuerint; quo inde sperare liceret, fore, ut fidelibus instructiones utiles, et illustria omnium operum bonorum exempla præbeant: „Qui pie et fideliter in ministeriis anteactis se gesserint, ... ita pietate ac castis moribus conspicui, ut præclaram bonorum operum exemplum, et vitæ monita ab iis possint exspectari". Et sane! num diaconus peccato mortali assuetus, ut intercessor pro peccatoribus constitui poterit? Absit; minister infidelis, minister Domino suo odiosus nequaqam is est, qui ejus iram ex justo motivo contra inimicos ipsi petulanter insultantes sedare valeat. Num qui vitam tepidam, otiosam et mundanam ageret, aliquam excitare spem poterit, fore, ut in momento fiat presbyter zelo armatus, labori intentus, et a mundo, ejus falsis principiis et cunctis vanitatibus abstractus? Num, cui tam exigua inest pietas, ut nequidem, sicut sacrum Concilium Tridentinum cunctis Ordinibus majoribus insignitis præcipit, diebus Dominicis et solemnibus communicet, præcise per ipsam sacerdotii receptionem, ut quotidie dignam peragat Communionem, capax efficiatur? Num, qui nullum, quando Missæ sacrificio assistit, pietatis indicium prodit, multa abundabit pietate, dum Missam, fors proprii commodi causa, aut ob respectum humanum, celebrat? Num, qui diaconus existens nullo pro animarum salute flagrat zelo, multo animabitur, si earum directio ipsi injungitur, et hanc ob causam de pingui providetur beneficio, quod facultatem juxta proprii arbitrii voluntatem et gustum vivendi, ac cunctis vitæ commoditatibus fruendi præbet? Num, qui modo in necessitate plura, ut fines suos attingat, subeundi examina constitutus, studia negligit, majori industria iis impallescet, dum se termino appropinquasse conspicit, ubi sine omni examinis metu vivit? Num, qui eo tempore, quo ratione omnium ejus con-

versationi sollicite invigilantium multa timere d bat, nullam regularem et exemplarem vitam egit, tam rite ordinatam arripiet, si se independentem j cat, sibique imaginatur, nihil sibi a quocumque timescendum esse? Num is, cui parum luminis ii in candelabro poni poterit, ut domum Dei illumi Num, qui omni destitutus est calore, adhiberi pot ut glaciem cordis peccatorum colliquefaciat? N qui nec sapientia, nec virtute præditus est, cons poterit, ut sit sal reliquorum hominum? Num, Catechismum instituere non audet, solidioribus que majoris momenti instructionibus præfici pote

Unde diaconi bene perspiciant obligationem, siones suas mortificandi, sese in omnium virtu praxi exercendi, studiis suo statui convenientibus candi, Ordinis sui officia erga Deum et homines qu tum fieri potest sæpissime, adimplendi et spiri ecclesiasticum acquirendi et fovendi.

23. De spiritu ecclesiastico.

Deus, cum e limo terræ primi hominis corpus masset, in faciem ejus inspirávit spiraculum vitæ sic factus est homo in animam viventem *(Gen. 2* Quod tunc in creatione veteris hominis, hoc idem agit Deus in quolibet clerico, qui novi hominis Christi imaginem peculiari modo referre debet; su tans nempe a terra inopem, et de stercore erig pauperem, ut collocet eum cum principibus po sui *(Ps. 112. 7—8.)*, vocat eum, porrigit illi dexte suam et in eo partes omnes divinis muneribus obe dis necessarias efformat, et tandem, ut idoneum il faciat novi testamenti ministrum, spiraculum v ecclesiasticæ, seu spiritum ecclesiasticum in anim ejus inspirat; qui quidem spiritus adeo ipsi est ne sarius, ut eo deficiente reliquæ partes veluti abs motu et vita remaneant, ita ut cuivis sacerdoti

spiritum ecclesiasticum non habet, aptari possit illud Prophetæ „o pastor, o idolum“ *(Zach. 11. 17.)*, o sacerdos, o idolum! sicut enim idolum habet os et non loquitur, oculos et non videt, manus et pedes, et nec palpat, nec graditur, ita et sacerdos spiritu ecclesiastico destitutus, cui convenit illud S. Pauli Apostoli *(Rom. 8. 9.)* „si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus“.

Cum igitur constet, quanti momenti sit, ut quilibet sacerdos spiritum illum ecclesiasticum habeat, de eo vivat, ab eo moveatur, et per eum operetur, plurimi interest clerici, scire quis sit ille spiritus, quibus notis dignosci et qua ratione acquiri et conservari possit.

Spiritus clericalis vel ecclesiasticus est abundans quædam seu copiosa participatio Spiritus Christi ipsiusmet, cujus sunt clerici ministri; „nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est“ *(1. Cor. 2. 12.)*; donum est Dei, quod nobis inspirat amorem erga functiones ecclesiasticas, nosque capaces et aptos reddit ad digne, et prout oportet, eas obeundas. Facile deprehendere, et cognoscere poteris spiritum clericalem ex hisce duobus signis: si libenti et volenti animo, ac cum gustu exerceas ejusmodi functiones; si hoc congrue et decenter facias, si magni facis reverentiam et obedientiam erga Superiores et omnes ecclesiæ leges. Porro debet clericus, ut spiritum status, seu vocationis suæ habeat, specialem inclinationem et affectum erga tales virtutes habere, quæ ipsi maxime conveniunt; perfectam religionem seu devotionem; angelicam puritatem, ardentem zelum pro gloria Dei et salute animarum, magnum amorem pro ecclesia, affectionem singularem erga orationem, studium et laborem. Debet in omni loco exhibere signa dignitatis suæ; exteriora ipsius, conversatio, vestimenta, omniaque talia esse *debent*, qualia ab ecclesia præ-

scribuntur. Debet diligere functiones status sui; gaudium ex eo concipere, si eas absque distinctione ac indifferenter exercere valeat, etiam minimas, et quæ minoris considerationis esse videntur. Quid dico minimas? non est ulla ex omnibus, quæ non infinities sublimior, et excellentior sit, quam ut nos illam exercere mereamur. Talis erat nimirum idea, quam sibi de iisdem formarunt Sancti omnes. Dum S. Cyprianus servitio Dei se consecravit, petiit adhiberi pro scopanda ecclesia, et ad minimas etiam et vilissimas functiones sacri ministerii. Legimus in epistolis hujus illustrissimi Martyris, non paucos fuisse ex sanctis Confessoribus, qui post atrocissimas pugnas pro defensione fidei obitas, honori sibi duxerint, quod minima officia in ecclesia peragere potuerint; et loquendo de Aurelio, qui pro fide generose certavit et vicit, ait: „merebatur talis clericæ ordinationis ulteriores gradus etc. Interim placuit, ut ab officio lectionis incipiat", et pergit ulterius: „nihil magis congruit voci, quæ Dominum gloriosa prædicatione confessa est, quam celebrandis divinis lectionibus personare; post verba sublimia, quæ Christi martyrium prolocuta sunt, Evangelium Christi legere, unde martyres fiunt, ad pulpitum post catastam venire".

Amplectere igitur media hunc spiritum adipiscendi et conservandi. En! quædam valde utilia! 1°. elonga te a spiritu hujus mundi, qui omnino oppositus est, et contrariatur spiritui Christi. Non es de hoc mundo, sed prout Christus ad discipulos suos dixit: „ego vos elegi de mundo". *(Joan. 15. 19.)* Electio ista, et separatio nostra a mundo ad hoc nos obligat, ut nil amemus, quod mundus amat; mundus iste corruptus aliud non amat, quam voluptates et delicias; aliud non quærit, nisi divitias et honores; nil tale amare debet bonus clericus; totum, quo occupari debet, illud est, quod S. Paulus Timotheo discipulo suo suadet; vigila,

labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. Nota tibi bene hanc doctrinam. Clericus debet esse sobrius in omnibus: in mensa, in recreationibus, in conversatione, in loquendo, in usu omnium illarum rerum, quas Deus imbecillitati et fragilitati humanæ indulsit. O quam felices essemus, quando ad ista bona temporalia taliter comparati essemus, quemadmodum Eugenius Papa, cui S. Bernardus hoc testimonium perhibet; „de avaritia non est, quod tuum fatigem intuitum, cum pecuniam tanquam paleam dicaris habere. (*L. 2. de consid. c. 14.*). Sobrius denique quantum ad officia et dignitates, quæ ipsi offeruntur; non quærendo illas nimia aviditate; nec recusando illas nimia obstinatione, sed sequendo hanc regulam pulcherrimam S. Augustini, „vos exhortamur, ut si quam operam vestram Mater ecclesia desideraverit, nec elatione avida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis". Vide, ut taliter sentias, et affectus sis, si spiritum clericalem in te habere cupis. 2°. Medium non minus utile ad hunc effectum est, sacra aliqua solitudo, seu secessus spiritualis semel in mense, et aliquot diebus ad finem anni; id, quod nos docuerunt sanctissimi quique viri suo proprio exemplo; adeo se non exemerunt ab his sacris exercitiis ad renovandum spiritum suum, ex prætextu ingentis molis negotiorum, ad quæ ratione ecclesiarum suarum adstricti erant, ut potius hoc ipsum eos ad hoc compulerit, certos dies destinandi huic sacro exercitio, quo serius examinare seipsos, ac purificare possent a defectibus, quos commiserant in necessario commercio, seu conversatione cum sæcularibus; et ut repararent negligentias priorum temporum, et in futurum sibi prospicerent, ut omnia cum majori puritate et zelo peragerentur. 3° Ut veniat in te spiritus ille Christi, ut maneat apud te, ut in te sit et tecum operetur, totis animi præcordiis *et cum* devotione ac fer-

vore eum efflagitare debes. „Optavi", inquit Sapiens, „et datus est mihi sensus, invocavi, et venit in me Spiritus sapientiæ". Et ipse Christus Dominus pollicitus est, Patrem suum cœlestem spiritum bonum petentibus se daturum esse. Unde patet ad spiritum illum ecclesiasticum accipiendum maxime utilem esse orationem, eam præsertim, quæ sola mente peragitur, et quæ attenta divinarum rerum meditatione, piisque affectibus constat, de quibus plenius supra jam egimus in 7a instructione. 4° Præterea librorum piorum ac præsertim S. Scripturæ, maximeque novi Testamenti lectio attenta et devota, mundanarum oblectationum ac sæcularium negotiorum fuga, et e contra conversatio cum iis clericis, in quibus spiritus ecclesiasticus elucet, plurimum conducere possunt ad eundem illum spiritum tum copiose recipiendum, tum servandum et fovendum.

Dicas igitur cum Psalmista, et ex intimo cordis affectu frequenter repetas: „Cor mundum crea in in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua, et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur". *(Ps. 50.)*

24. Synopsis eorum, quæ in statu clericali servanda sunt.

Monitum I. Sacerdotes „sancti erunt Deo suo, et non polluent nomen ejus; incensum enim Domini et panes Dei sui offerunt, et ideo sancti erunt" *(Levit. 21. 6.)*.

Quare statu clericali suscepto non ex levitate, avaritia, ambitione sed Deo vocante, perfectione status alliciente, zelo tuæ proximique salutis impellente,

1. Incede in habitu gravi, modesto, mundo, canonico;

2. Episcopo tuo esto obediens in præceptis, decretis, monitis; obsequens corde, verbo, opere;

3. Fuge domus suspectas, consortium mulierum, ludos, choreas, theatra, venationes, contemptus, susurrationes et tumultus in Episcopum, superiorem, quemcumque; viles famulatus et turpem œconomiam; avaritiam ex munerum acceptione, ex inopportunis exactionibus, ex rei alienæ administrationibus.

Monitum II. Perfectus eris et absque macula; (*Deuteron. 18. 12.*) et exemplum fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate (*I. Tim. 4. 12.*):

1. In scientia divina, ecclesiastica, civili. (Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. (*Os. 4. 6.*)

2. In prudentia, in consiliis, judiciis et imperiis. Dux indigens prudentia multos opprimet. (*Prov. 28. 16.*)

3. In modestia et gravitate, in vestibus, sermonibus et moribus. Amictus corporis et risus dentium et ingressus hominis enuntiant de illo. (*Eccli. 19. 27.*)

4. In liberalitate erga pauperes, peregrinos et templum. Quomodo potueris ita esto misericors. (*Tob. 4. 8.*)

5. In temperantia quoad divitias, convivia, solatia.

6. In integritate coram Deo, hominibus, teipso.

7. In obedientia, obsequio et amore erga sanctam ecclesiam, summum Pontificem, Episcopum eorumque decreta.

Monitum III. Sacerdotes induantur justitiam. (*Ps. 131. 9.*) Perpende igitur muneris tui dignitatem, angelicis humeris formidandam, regia celsitudine excelsiorem, omnibus venerabilem, admirabilem potestatem in Corpus et Sanguinem Filii Dei, in peccata, hominum remittenda, in aëreos atque tartareos spiritus: strictam obligationem tuam studendi angelicæ

puritati, seraphico fervori, incessanti progressioni in virtutibus. Factus es interpres et legatus Dei, æterna decreta promulgens, sacerdos in æternum, immolans et offerens Filium æterni Patris in victimam; mediator inter Deum et homines per oblationem sacrificii pacis precumque fidelium. Cave itaque ne sis sacrorum contemptor, Summi Pontificis auctoritati parum obsequens, periculosæ aut dubiæ doctrinæ sectator, rigidus et asper, aut remissus in pœnitentes, avarus, immundus, impudicus, vinolentus, turpis lucri cupidus *(I. Tim. 3. Tit. 1.)*; sed esto pius, sobrius, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, excelsior cœlis factus *(Hebr. 7. 26.)*.

Monitum IV. Obsecro vos, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis *(Ephes. 4.)*. En media efficacia:

1. Timor et amor Dei. 2. Custodia sensuum et cordis. 3. Sancta occupatio memoriæ, intellectus et voluntatis. 4. Usus frequens meditationis et examinis conscientiæ, Sacramenti Pœnitentiæ, visitationis sanctissimi Sacramenti, collationis cum confessario vel patre spirituali, lectionis spiritualis. 5. Devotio erga SS. Cor Jesu, B. M. V., S. Angelum Custodem, et sanctos patronos. 6. Cautela et moderatio in negotiis, conversationibus, solatiis. 7. Fidelitas in servanda temporis œconomia, sanctificandis diebus festis, obeundis quotidianis pietatis exercitiis.

Jesu Christi summi sacerdotis ad sacerdotes parænesis.

Piscatores hominum, sacerdotes mei,
  Præcones Altissimi, lucernæ diei,
Caritatis radio fulgentes et spei,
  Auribus percipite verba oris mei:
Vos in sanctuario mihi deservitis,
  Vos vocavi palmites ego vera vitis;

Cavete, ne steriles, aut inanes sitis;
  Si eum vero stipite vivere velitis;
Vos estis catholicæ legis protectores,
  Sal terræ, lux hominum, ovium pastores,
Muri domus Israel, morum correctores,
  Vigiles ecclesiæ, gentium doctores
Si legis protectio cadat, lex labetur;
  Si sal evanuerit, in quo salietur?
Nisi lux appareat, via nescietur,
  Et ni pastor vigilet, ovile frangetur.
Vos cœpistis vineam meam procurare,
  Hanc doctrinæ rivulis debetis rigare;
Spinas atque tribulos prorsus exstirpare,
  Ut radices fidei possint germinare.
Vos estis in area boves triturantes,
  Prudenter a paleis grana separantes.
Vos habent pro speculo legem ignorantes
  Populi, qui fragiles sunt et inconstantes.
Quidquid vident laici vobis displicere,
  Dicunt procul dubio sibi non licère;
Quidquid vos in opere vident adimplere,
  Credunt esse licitum et culpa carere.
Cum pastores ovium sitis constituti,
  Non estote desides, nec ut canes muti,
Sed in promptu vobis sint latratus arguti
  Contra lupos invidos ovium saluti,
Grex fidelis triplici cibo sustentetur:
  Meo sacro corpore, quo salus augetur,
Sermonis compendio, quod discrete detur;
  Ciboque corporeo, ne periclitetur.
Omnibus tenemini verbis prædicare,
  Sed quid, quibus, qualiter, ubi, quando, quare,
Debetis sollicite præconsiderare;
  Ne quis in officio dicat vos errare.
Spectat ad officium vestræ dignitatis,
  Omnibus petentibus *mea dare* gratis,

Nec cujusquam hominum munera pendatis,
Ne cum Giezi pariter lepram incurratis.
Gratis Eucharistiam plebi ministrate,
Gratis et absolvite, templa exornate,
Vobis data cœlitus cuncta gratis date;
Salutemque ovium sedulo curate.
Vestra conversatio sit religiosa,
Munda conscientia, vita virtuosa,
Sacerdotum habitus, fama speciosa:
Nulla vos coinquinet labes criminosa.
Nullus fastus elevet statum vestræ mentis,
Gravis in intuitu habitus sit testis,
Nihil vos illaqueet curis inhonestis;
Quibus claves traditæ regni sunt cœlestis.
Estote breviloqui, ne vos ad reatum
Pertrahat loquacitas nutrix vanitatum,
Verbum, quod loquimini, sit abbreviatum:
Nam in multiloquio non deest peccatum.
Estote benevoli, sobrii, prudentes,
Justi, casti, simplices, pii, patientes,
Hospitales, humiles, subditos docentes,
Consolantes miseros, pravos corrigentes;
Nam, si sic gesseritis curam pastoralem,
Vereque vixeritis vitam spiritalem,
Postquam exueritis chlamydem carnalem
Ipse vobis conferam stolam immortalem.

Utinam tria hæc saperes, intelligeres, provideres: praeterita: malum commissum, bonum omissum, tempus amissum; praesentia: vitæ brevitatem, salvandi necessitatem, salvandorum paucitatem; futura: mortem, qua nihil miserabilius, judicium, quo nihil terribilius, pœnam inferni, qua nihil intolerabilius.



:. Preces et exercitia devotionis.

1. Preces matutinæ.

)um surgis et vestibus indueris:

a nomine Patris † et Filii et Spiritus sancti.
l.

;enedicta sit sancta et individua Trinitas nunc
nper et per infinita sæcula sæculorum. Amen.

)ratio Dominica. Pater noster, qui es in cœ-
ınctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum,
oluntas tua, sicut in coelo, et in terra. Panem
um quotidianum da nobis hodie; et dimitte nobis
a nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus
is; et ne nos inducas in tentationem, sed libera
malo. Amen.

ıalutatio Angelica. Ave Maria, gratia plena,
nus tecum, benedicta tu in mulieribus, et bene-
s fructus ventris tui, Jesus. Sancta Maria, Mater
ora pro nobis peccatoribus nunc et in hora mor-
ıstrae. Amen.

;ymbolum Apostolorum. Credo in Deum,
ım omnipotentem, creatorem cœli et terræ. Et
sum Christum, Filium ejus unicum, Dominum
um; qui conceptus est de Spiritu sancto, natus
aria Virgine; passus sub Pontio Pilato, crucifi-
nortuus, et sepultus; descendit ad inferos; tertia
ısurrexit a mortuis; ascendit ad cœlos, sedet ad
ıram Dei, Patris omnipotentis; inde venturus est
are vivos et mortuos. Credo in Spiritum san-
, sanctam ecclesiam catholicam, Sanctorum com-
onem, remissionem peccatorum, carnis resurre-
em, vitam æternam. *Amen.*

Præcepta decalogi. 1. Non habebis deos alienos coram me.

2. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

3. Memento, ut diem Sabbati sanctifices.

4. Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longævus super terram.

5. Non occides.

6. Non mœchaberis.

7. Non furtum facies.

8. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

9. Non concupisces uxorem proximi tui.

10. Nec omnia, quæ illius sunt.

Præcepta ecclesiæ. 1. Statutos ecclesiæ festos dies celebrato.

2. Sacrum Missæ officium diebus festis reverenter audito.

3. Indicta certis diebus jejunia, et a quibusdam cibis abstinentiam observato.

4. Peccata tua sacerdoti approbato singulis annis confitetor.

5. Sacrosanctam Eucharistiam ut minimum semel in anno, idque circa festum Paschæ, sumito.

Actus fidei. Firmiter credo et profiteor quidquid Christus docuit, Apostoli prædicarunt, et sancta romana ecclesia credendum proponit, quia tu, Domine, revelasti, veritas æterna et infallibilis; atque in hac fide et pro hac fide vivere et mori volo et statuo.

Actus spei. Spero in te et a te, mi Deus, gratiam, gloriam et omnia salutis media; potes enim dare, quia omnipotens es; vis etiam, quia infinite misericors es; dabis autem, quia sicut de promissis tuis, ita etiam de fidelitate tua æterna persuasum mihi est.

Actus caritatis. O mi Deus! amo te, quia amasti me; sed vel ideo potissimum super omnia

amo te, et proximum quemvis propter te, quia tu, summum, unicum et infinitum bonum, omni amore est dignissimus.

Vestibus indutus genuflexus hasce recita preces:

Hymnus.

1. Jam lucis orto sidere,
Deum precemur supplices,
Ut in diurnis actibus
Nos servet a nocentibus.

2. Linguam refrenans temperet,
Ne litis horror insonet:
Visum fovendo contegat,
Ne vanitates hauriat.

3. Sint pura cordis intima,
Absistat et vecordia:
Carnis terat super biam
Potus cibique parcitas:

4. Ut, cum dies abscesserit,
Noctemque sors reduxerit.
Mundi per abstinentiam
Ipsi canamus gloriam.

5. Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

℣. Dignare, Domine, die isto
℟. Sine peccato nos custodire.
℣. Miserere nostri, Domine,
℟. Miserere nostri.
℣. Fiat misericordia tua, Domine, super nos,
℟. Quemadmodum speravimus in te
℣. Domine, exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Oremus. Domine, Deus omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti, tua nos hodie salva virtute, ut in hac die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes et opera. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Oremus. Dirigere et sanctificare, regere et g bernare dignare, Domine Deus, Rex cœli et terr hodie corda et corpora nostra, sensus, sermones actus nostros in lege tua, et in operibus mandator tuorum; ut hic, et in æternum, te auxiliante, salvi liberi esse mereamur, Salvator mundi. Qui vivis regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Litaniæ SS. Nominis Jesu.

(A Ss. D. Pio IX. aliquibus Diœcesibus concessæ.)

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Jesu, audi nos;
Jesu, exaudi nos.
Pater de cœlis Deus,
Fili, Redemptor mundi Deus,
Spiritus sancte Deus,
Sancta Trinitas unus Deus,
Jesu, fili Dei vivi,
Jesu, splendor Patris,
Jesu, candor lucis æternæ,
Jesu, rex gloriæ,
Jesu, sol justitiæ,
Jesu, fili Mariæ Virginis,
Jesu amabilis,
Jesu admirabilis,
Jesu, Deus fortis,
Jesu, pater futuri sæculi,
Jesu, magni consilii Angele,
Jesu potentissime,
Jesu patientissime,
Jesu obedientissime,
Jesu, mitis et humilis corde,
Jesu, amator castitatis,
Jesu, amator noster,

)eus pacis,
.uctor vitæ,
xemplar virtutum,
elator animarum,
)eus noster,
efugium nostrum,
ıater pauperum,
hesaurus fidelium,
ıone pastor,
ux vera,
apientia æterna,
ıonitas infinita,
ria et vita nostra,
ʒaudium Angelorum,
'ex Patriarcharum,
nagister Apostolorum,
loctor Evangelistarum,
'ortitudo Martyrum,
umen Confessorum,
ıuritas Virginum,
:orona Sanctorum omnium,

Miserere nobis.

ius esto; parce nobis, Jesu.
ius esto; exaudi nos, Jesu.

ni malo,
ni peccato,
tua,
idiis diaboli,
itu fornicationis,
te perpetua,
ectu inspirationum tuarum,
ysterium sanctæ Incarnationis tuæ,
tivitatem tuam,
fantiam tuam,
vinissimam vitam tuam,
bores tuos,
:oniam et *passionem tuam,*

Libera nos, Jesu.

Per crucem et derelictionem tuam,
Per languores tuos,
Per mortem et sepulturam tuam,
Per resurrectionem tuam,
Per ascensionem tuam,
Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,

Libera nos Jesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi; exaudi nos, Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi; exaudi nos, Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi; miserere nobis, Jesu.
Jesu, audi nos,
Jesu, exaudi nos.

℣. Oremus. Domine Jesu Christe, qui dixisti: petite, et accipietis; quærite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis: quæsumus, da nobis petentibus divinissimi tui amoris affectum, ut te toto corde, ore et opere diligamus, et a tua nunquam laude cessemus.

Sancti Nominis tui, Domine, timorem pariter et amorem fac nos habere perpetuum, quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per Dominum. ℟. Amen.

℣. Oremus. Sancta Maria, et omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum, ut nos mereamur ab eo adjuvari et salvari, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

℣. O Domina mea, sancta Maria, Mater Dei ac mea, me in tuam benedictam fidem ac singularem custodiam et in sinum misericordiæ tuæ, hodie et quotidie, et in hora exitus mei, animam meam et corpus meum commendo. Omnem spem et consolationem meam, omnes angustias et miserias meas, vitam et finem vitæ meæ tibi committo, ut per tuam sanctissimam intercessionem, et per merita tua omnia mea dirigantur et disponantur opera secundum tuam tuique Filii voluntatem. ℟. Amen.

℣. Angeli Dei, qui custos es mei, me tibi commissum pietate superna hodie illumina, custodi, rege et guberna. ℟. Amen.

(Quæ sequuntur usque ad † V. *Adjutorium*, (pag. 218), omittuntur, si forte non sit Communio.)

O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, et futuræ gloriæ nobis pignus datur.

℣. Panem de cœlo præstitisti eis, (t. p. Alleluja)

℟. Omne delectamentum in se habentem. (t. p. Alleluja).

Oremus. Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam mundum vivificasti, libera nos per tremendum Corporis et Sanguinis tui Sacramentum ab omnibus iniquitatibus nostris et universis malis, et fac nos tuis semper inhærere mandatis, et a te nunquam separari permittas. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Vel:

Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum; et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

℣. Panem cœli dedit eis, (t. p. Alleluja)

℟. Panem Angelorum manducavit homo. (t. p. Alleluja).

℣. Oremus. Deus, qui ecclesiam tuam pretioso Corpore et Sanguine tuo mirabiliter reficis, infunde nobis spiritum vivificantem, ut cœlestis cibi participatione de te viventes in terris, tecum vivere mereamur in cœlis. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Vel:

Domine Jesu Christe, qui Corpus et Sanguinem tuum esse voluisti humanæ salutis pretium, ecclesiæ tuæ sacrificium, et infirmitatis nostræ alimentum; præsta, quæsumus, ut hæc sancta, quæ in tui com memorationem nos sumere præcepisti, sempiternam nobis redemptionem operentur; qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

† ℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini,

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Dies et actus nostros in sua pace disponat Dominum omnipotens,

℟. Amen.

℣. Dominum nos benedicat, et ab omni malo defendat, et ad vitam perducat æternam; et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace,

℟. Amen.

℣. Nos cum prole pia,

℟. Benedicat Virgo Maria.

Altera formula.

Dum surgis et vestibus indueris:

In nomine Domini mei Jesu crucifixi surgo; ille me regat, mihi benedicat, custodiat me, et ad vitam perducat æternam. Gloria Patri, qui me creavit; gloria Filio, qui me redemit; gloria Spiritui sancto, qui me sanctificavit; gloria summæ et individuæ Trinitati. Adoro te, o mi Deus; et quo possum summo humilitatis affectu infinitam Majestatem tuam revereor, laudo et glorifico. Gratias tibi ago, o benignissime Deus, pro omnibus beneficiis mihi unquam exhibitis; en, me totum tibi offero et resigno in sanctissimam voluntatem tuam. Credo in te, Domine, et quidquid

mihi per ecclesiam tuam credendum proponis, firmissima fide credo, ac profiteor verissima esse ac certissima, quæ revelasti, quia tu es prima veritas; Domine, adauge fidem meam. Spero in te, o infinita misericordia, et omnem meam fiduciam in te constituo; tu es, qui restitues hereditatem meam mihi. Amo te super omnia, o immensa bonitas, et diligam te, Domine, fortitudo mea. Omnia pia te glorificandi desideria, quæ unquam habui, renovo, prava revoco et detestor, ac contra voluntatem meam esse ac fore protestor. Doleo, mi Deus, quod unquam, uspiam offendi te, quia summum bonum es; non jam peccabo, seriam emendationem propono, Pater amantissime; tu, o Deus, in adjutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina.

Tum prosequere preces flexis genibus.

Gratiarum actio. Domine, Deus omnipotens, Pater cœlestis, cum Filio et Spiritu sancto unus in natura Deus, trinus in personis; adoro te toto cordis et mentis affectu; omnibus viribus corporis et animæ meæ laudo, glorifico et benedico te, et cum beatis Spiritibus tuis jubilans tibi accino, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus Sabaoth. Gratias tibi ago, quod me indignissimam creaturam tuam, hac nocte ab omni malo tam paterne custodieris, et conservaveris. O quam multi eadem hac nocte mortui, et merito suo in æternum sunt damnati! Quid tibi, o summum bonum meum rependam, quod me tam singulari amore fueris dignatus?

Oblatio sui. En, Domine, offero me totum tibi; quidquid possum vel habeo, omnes vires corporis et animæ potentias servitio tuo in æternum consecro. Suscipe, Domine, universam meam libertatem, accipe memoriam, intellectum, et voluntatem meam omnem; quidquid habeo *vel possideo, tu mihi* largitus es, id

totum tibi offero et restituo, ac tuæ prorsus voluntat trado gubernandum; amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et dives sum satis, nec aliud quidquam ultra posco.

Propositum. In justificationibus tuis, Domine unice posthac meditabor; omnes dies vitæ meæ servitio tuo impendam, et moriar potius, quam ut te offendam. Firmiter certe statuo, adjuvante gratia tua, evitare in posterum, quidquid tuis displicet oculis; præsertim vero .....

Petitio gratiæ. Sed imperfectum meum viderunt oculi tui; velle quidem adjacet mihi, perficere autem non invenio; obsecro te igitur, Pater æterne per infinitam misericordiam tuam, dirige pedes meos in viam mandatorum tuorum. Domine, Deus omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti, tua nos hodie salva virtute, ut in hac die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes et opera. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum etc.

Intentio. Sanctissima Trinitas, unus Deus! ad majorem nominis tui gloriam, offero tibi, Domine omnes meas cogitationes, verba, omissiones, et opera mea, ea intentione, quam tu ipse habes, dum mecum cooperaris; et per omnia te eo modo honorare, laudare, amare, et mereri volo, quo possum, quo tu desideras, et tu potes a me honorari, laudari, amari, et ego mereri possum; et hanc intentionem per omnia momenta renovatam irrevocabiliter volo.

Commendatio. O Domina mea, sancta Maria Mater Dei etc. pag. 216.

Maria, Mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, et mortis hora suscipe.

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissum pietate superna hodie et semper illumina, cu-

stodi, rege et guberna; dirige me in via salutis; tentationes reprime; ab insidiis hostium defende; ut deductus a te per vias rectas nunquam ad lapidem offendam pedem meum.

O sancti et electi patroni mei omnes, gratias vobis ago, quod præsidio vestro hac nocte me custodieritis; eligo vos hac die in patronos meos unice colendos, et firmissimæ vestræ custodiæ me denuo commendo; in omni tribulatione et angustia succurrite mihi; auxiliatricem mihi manum porrigite, incautum monete, errantem in viam reducite, ut cuncta, quæ apud me facere statui, reipsa hodie exsequar. Tu cunctis aspira, Deus meus et omnia.

Exercitium spirituale quotidianum Innocentii Papæ XI.

Te adoro, Deum meum, Ss. Trinitatem, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, tres personas et unum solum Deum, et adjutorium divinum suppliciter imploro et me humilio in abyssum mei nihili sub directione tuæ majestatis. Credo firmissime, et mille vitas exponerem ad testificandum illud, quod dixisti mediante sacra Scriptura et sancta tua ecclesia. Omnem spem meam in te repono et omnia mea bona spiritualia et temporalia hujus et alterius vitæ; omnia desidero et exspecto solum de tuis manibus, Deus meus, sola vita et spes mea. Tibi trado hodie et semper corpus et animam meam, meas potentias, intellectum, voluntatem et omnes meos sensus. Protestor, quod non consentiam, nec quod unquam consensurus sim, quantum in me est, ulli rei, quæ in minimo tuam majestatem possit offendere. Promptus sum ad quamcumque pœnam de tuis ss. manibus mihi infligendam, ut omnino me conformem tuæ divinæ voluntati. Totum me vellem impendere, ut tuæ majestati quæcumque obsequia exhiberentur et ea glorificaretur ab

sensus, et quidquid in me est, lubens volens offero; suscipe me creaturam tuam, omniaque mea in unione dilectissimi Filii tui, Domini nostri Jesu Christi. O Pater, quando veniam et apparebo in conspectu tuo!

3. Opus dispone futurum. O dulcissime Jesu, qui es via, veritas et vita; en, firmiter statuo viam mandatorum tuorum currere, ac hoc præsertim pietatis munus hodie obire.... Universa et singula nominis tui gloriæ adscribo. O Jesu, spes et vita mea, utinam te hodie et omni tempore, quoties spiritum traho, amare, venerari, glorificare, omnesque creaturas ad tui laudem adducere possem! Suscipe, o Jesu, hanc voluntatem meam, tuisque infinitis meritis defectus meos supple.

4. Vita peccatum. Veni s. Spiritus, solatium atque robur animæ meæ, ut cunctis tentationibus fortiter resistam. Ergone peccatum hoc.... sciens ac volens repetam? heu! nimis crebro in illud incidi! constantem ab hoc die emendationem spero, gratiæ tuæ ope mihi assiste, o s. Spiritus, ita super aspidem et basiliscum ambulabo, et conculcabo leonem et draconem. *(Ps. 90, 13.)*

5. Subsidium pete a Deo et ab omnibus Sanctis. Omnipotens sempiterne Deus, infirmitatem nostram propitius respice, atque ad protegendum et salvandum nos, dexteram tuæ majestatis clementer extende. Custodi nos ab omni malo, et defende nos ab omnibus periculis corporis et animæ. Notam fac nobis viam, in qua ambulemus, et doce nos facere voluntatem tuam. Da cordibus nostris te desiderare, desiderando quærere, quærendo invenire, inveniendo perfecte amare. Expelle a nobis spiritum elationis et extingue desideria carnis. Da patientiam in adversis, continentiam in prosperis, terrena despicere et amare cœlestia. Adauge in nobis fidem, spem et

ritatem, ut semper rationabilia meditantes, quæ i sunt placita, et dictis exsequamur et factis. Per ristum Dominum nostrum. Amen.

Dignare, Domine, die isto sine peccato nos cudire. Miserere nostri Domine, miserere nostri. at misericordia tua Domine super nos, quemadmom speravimus in te. In te, Domine, speravi, non nfundar in æternum.

O amabilissime Jesu, ego me hodie, et semper manus tuas commendo; quemadmodum tu moriens cruce te in manus Patris, et beatissima Mater tua tibi commendavit. Fac, ut secundum voluntatem um vivam, et in te moriar, utque idem omnibus tam micis, quam amicis meis concedas, oro, maxime i .... per merita passionis et mortis tuæ, perque leissimæ Matris tuæ et Sanctorum omnium intersionem. Amen.

Adeste mihi pariter, o electi Dei omnes! bonis rete propositis. O sancta Dei Genitrix, Virgo uria, una cum castissimo sponso tuo, S. Josepho, tu S. Angele, fidelis custos meus, vosque pariter, troni mei singulares, Ss. NN. et vos, quorum hodie moria agitur, auxiliatricem mihi manum porrigite, cautum monete, errantem in viam reducite, ut cuna, quæ proposui et statui, reipsa hodie exsequar. ater noster, etc. Ave Maria, etc. Credo, etc.

Benedictio. Benedic mihi, pie Jesu, cum Patre Spiritu sancto, et perduc me ad vitam æternam, nen.

2. Praxis formandi piam intentionem pro singulis hebdomadis diebus.

O sacrosancta Trinitas, Deus, Pater, Fili et Spius sancte, offero tibi me totum, corpus et animam,

intellectum, memoriam et voluntatem, omnes c(tiones, verba et opera etiam minima quæque, la tristia, labores et dolores. Omnes arteriarum pı omnes respirationes meæ sint signa et docun laudis et gloriæ tuæ, idemque significabunt eı mea voluntate ac: Sanctus, Sanctus, Sanctus I nus, Deus Sabaoth. Benedictio et claritas et sa tia et gratiarum actio, honor et virtus et forti Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen.

Offero tibi, Domine, in unione verborum co tionum et operum Christi, Beatæ Mariæ Virgin omnium Sanctorum omnia mea verba, cogitation opera:

Die Dominica. 1) Ad honorem et gloriam ctissimæ Trinitatis ac præcipue æterni Patris (honorem omnium Sanctorum et Beatorum in (triumphantium.

2) In gratiarum actionem pro omnibus benef inprimis pro beneficio creationis, redemptionis et cationis ad religionem catholicam et ad statum c calem.

3) In satisfactionem pro omnibus peccatis.

4) Pro impetranda viva et constanti fide.

5) Pro exaltatione sanctæ Matris ecclesiæ; omnibus fidelibus vivis et defunctis.

Die Lunæ: 1) Ad honorem et gloriam Filii et sanctissimi eius Nominis, et in honorem omı Sanctorum, inprimis Sancti N., cujus festum h celebratur et Sancti N., cujus nomen in S. Baptisı accepi.

2) In gratiarum actionem pro omnibus benefi inprimis pro beneficio prædestinationis et justi tionis.

3) In satisfactionem pro omnibus peccatis.

4) Pro obtinenda firma spe et fiducia.

5) Pro omnibus vivis et defunctis, inprimis pro NN., quibus sum obstrictus, vel qui potissimum suffragiis destituuntur, vel qui B. M. V. maxime fuerunt devoti.

Die Martis: 1) Ad gloriam Spiritus sancti et in honorem omnium Sanctorum, inprimis S. Thomæ Aquinatis, S. Catharinæ studiosorum patronæ et omnium ecclesiæ Doctorum et Confessorum.

2) In gratiarum actionem pro omnibus beneficiis, inprimis pro communicatione donorum Spiritus sancti.

3) In satisfactionem pro omnibus peccatis.

4) Pro obtinenda ardentissima caritate erga Deum et proximum.

5) Pro omnibus fidelibus — pro patria et civitate mea.

Die Mercurii: 1) Ad gloriam Dei et in honorem sanctorum Angelorum, inprimis S. Angeli Custodis mei; in honorem omnium Sanctorum, inprimis S. Aloysii, juventutis patroni.

2) In gratiarum actionem pro omnibus beneficiis, inprimis pro protectione S. Angeli tutelaris.

3) In satisfactionem pro omnibus peccatis.

4) Pro impetranda et tuenda perfecta castitate.

5) Pro vivis et defunctis — præsertim pro parentibus, cognatis, amicis et benefactoribus.

Die Jovis: 1) In honorem, gloriam et venerationem augustissimi Sacramenti Eucharistiæ; in honorem omnium Sanctorum, præsertim S. Josephi.

2) In gratiarum actionem pro omnibus beneficiis, inprimis pro institutione Ven. Sacramenti Eucharistiæ et Pœnitentiæ.

3) In satisfactionem pro omnibus peccatis.

4) Pro obtinenda singulari devotione erga Ven. Sacramentum.

5) *Pro omnibus fidelibus vivis* et defunctis.

Die Veneris: 1) Ad honorem et gloriam Chı patientis; in honorem omnium Sanctorum, præseı SS. Martyrum.

2) In gratiarum actionem pro omnibus benefi inprimis pro beneficio redemptionis.

3) In satisfactionem pro omnibus peccatis.

4) Pro impetranda patientia et amore crucis.

5) Pro vivis et defunctis; pro conversione inf lium et hæreticorum.

Die Sabbati: 1) Ad honorem et gloriam De in honorem omnium Sanctorum, inprimis in hono B. M. V. sine labe conceptæ et omnium SS. Virgin

2) In gratiarum actionem pro beneficiis omni præsertim pro iis, quæ mihi intercedentibus B. M et sanctis Patronis meis contigerunt.

3) In satisfactionem pro omnibus peccatis v me, vel ab aliis commissis.

4) Pro impetranda vera devotione erga B. M. pro impetranda finali perseverantia in bono —

5) Pro omnibus fidelibus vivis et defunctis, p sertim pro omnibus Deiparæ cultoribus; pro affl et animam agentibus.

Pactum cum Deo.

Omnipotens, æterne Deus, mi Domine et Crea ego vilissima creatura tua, impulsus amore et d derio te continuo amandi et absque ulla cessat laudandi, cum mentem meam humanæ vitæ con tuis laudibus indesinenter affixam esse non sinat, tecum pactum ineo per totam diem (hebdomad valituram.

Quoties spiritum duxero, aut sanguis in v motus fuerit, quot litteras scripsero, quot verba *tulero*, nunc pro tunc declaro, toties me facer

exercere velle omni meliori, quo fieri potest modo, actus hos sequentes, licet forte tunc mentem ad hoc minus adverterem, scilicet: toties adoro Te summa, qua possum humilitate; gaudeo et gratulor tibi ex animo ob infinitas perfectiones tuas; gaudeo propter opera bona, quæ unquam honori tuo ab ulla creatura facta sunt, fientque deinceps; toties intensissimo omnium Sanctorum et Angelorum affectu ex toto corde amo super omnia bonitatem tuam, et ex hoc amore doleo de omnibus peccatis, et per merita Christi ex infinita misericordia tua spero eorum remissionem; pariter doleo de omnibus peccatis ab aliis commissis; toties in manus tuas commendo me et mea omnia, præsertim finem vitæ meæ, ut disponas de me, prout visum fuerit divinæ voluntati tuæ, cui me totum in omnibus perfecte conformo; toties in unione omnium meritorum Christi, B. M. V. et omnium Sanctorum offero divinæ majestati tuæ omnia mea verba, cogitationes et opera, ut cedant unice ad sanctissimi tui nominis gloriam; toties offero tibi passionem D. N. J. Ch. et merita B. M. V. et omnium Sanctorum, nec non omnia Missæ sacrificia, quæ hactenus peracta sunt, hodie peraguntur, et usque ad consummationem sæculi peragentur, in gratiarum actionem pro omnibus beneficiis mihi a te collatis, in satisfactionem pro omnibus peccatis meis, et ad impetrandam gratiam et gloriam æternam.

Tu, mi Deus, ratum et gratum habe hoc meæ servitutis obsequium amorisque documentum et testimonium.

3. Preces jaculatoriæ.

Solem orientem vel occidentem aspiciens dic: A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini.

Domo egrediens dic: Mitte Domine Angelum tuum, qui me custodiat in omnibus viis meis. Averte oculos meos, ne videant vanitatem.

Templum prætergrediens caput detege et dic: Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi. Tu es Christus, filius Dei vivi.

Templum ingrediens: Domine, in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam; adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Aspiciens effigiem Crucifixi dic: Ave, rex noster, tu solus nostros es miseratus errores. Qui passus es pro nobis, miserere nobis.

Aspiciens imaginem Deiparæ dic: Ave Maria, mater mea. — Monstra te esse matrem.

Ad horæ pulsum dic: Nobis cum prole pia, benedicat Virgo Maria. *vel:* Maria Mater gratiæ, Mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, et hora mortis suscipe. *vel:* Ultima in mortis hora, * Filium pro nobis ora, * Bonam mortem impetra, * Virgo, Mater, Domina. — Centies millies laudetur sanctissimum altaris Sacramentum, ex hoc nunc et usque in sæculum. Amen.

Cœmeterium transiens dic: Requiem æternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis. Omnipotens faustam donet mortalibus horam.

In adversis dic: Fiat, Domine, voluntas tua. *vel:* Fiat de me, in me, per me et circa omnia mea, Domine, tua sanctissima voluntas. *vel:* Fiat, laudetur atque in æternum superexaltetur justissima, altissima et amabilissima voluntas Dei in omnibus.

In tentatione dic: Malo mori, quam fœdari. *vel:* Momentaneum quod delectat; æternum, quod cruciat.

In dubiis dic: Domine, quid vis me facere?

Sentiens frigus vel æstum dic: Benedicite frigus et æstus Domino.

Gustans cibos sapidos, vel dulcibus fruens dic: Quam dulcis erit Deus, fons omnis dulcedinis! *vel:* Si tanta nobis, mi Deus, præstas jam in exilio, quid facies in patria?

4. Preces vespertinæ.

In nomine Patris ✝ et Filii et Spiritus sancti. Amen.

℣. Inclinata est dies, nox appropinquavit; venite, extollamus manus nostras in sancta, et glorificemus Dominum, qui fecit nobiscum misericordiam suam.

℟. Amen.

℣. Benedicta sit sancta et individua Trinitas nunc et semper et per infinita sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Hymnus.

1. Te lucis ante terminum
Rerum Creator poscimus,
Ut pro tua clementia
Sis præsul, et custodia.

2. Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata,
Hostemque nostrum comprime,
Ne polluantur corpora.

3. Præsta, Pater piissime,
Patrique compar unice,
Cum Spiritu Paraclito
Regnans per omne sæculum. Amen.

Gratiarum actio. ℣. Omnipotens, æterne Deus, gratias tibi ago, quod me ad imaginem tuam creare, pretioso Sanguine et morte Filii tui redimere, atque ad hanc usque horam paterna tua providentia conservare dignatus es. Ah, quantas gratias tibi debeo, quod mihi cœlum et æterna gaudia, dummodo te super omnia amare velim, promiseris; quod mihi unum ex Angelis Custodem attribueris, quod ad veram

An in cibo et potu leges temperantiæ tran sus es? an mortificationi et abstinentiæ aliquar studuisti?

An ad lectionem in mensa bene attendisti?

An omne tempus bene impendisti?

An proposita mane concepta exsecutus es?

An bonam intentionem in operibus omnibı bere studuisti?

An leges urbanitatis et decori clericalis u domi et foris, in mensa et in conversatione ı vasti?

An consuetas visitationes SS. Sacramenti d instituisti?

An lectionem spiritualem rite instituisti?

An preces ad Salutationem Angelicam ı campanæ pulsus devote recitasti?

An Breviarium digne, attente et devote reci

Dolor et propositum. ℣. Ante oculos tuo mine, Deus, prosternimur; rogare non audemus, impetrare non meremur. Tu scis, Domine, quæ tur in nobis, erubescimus fateri, quod non tim admittere; verbis tibi tantum obsequimur, mentimur, et quod velle nos dicimus, nolle n actibus approbamus. Sed parce, Domine, confi bus, ignosce precantibus, miserere te rogantibu enim, Domine misericors, clemens et pius, n relinquis, nullum respuis, nullum secludis a m cordia tua. Ad te confugimus, in te speramus seriam promittimus emendationem. Noli nos r bare et non confundas nos ab exspectatione n Miserere nostri, et de præteritis delictis da ve de præsentibus emendationem, et de futuris la custodiam, qui vivis et regnas in sæcula sæcul ℟. Amen.

(Si crastina die est Communio, hic inseritur sequens V. cum Oratione.)

℣. Cor mundum crea in me, Deus,

℟. Et spiritum rectum innova in visceribus meis.

℣. Oremus. Conscientias nostras, quæsumus Domine, visitando purifica, ut veniens Dominus nostèr, Jesus Christus, Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

℣. Salva nos, Domine, vigilantes, custodi nos dormientes, ut vigilemus cum Christo, et requiescamus in pace.

℟. Amen.

℣. Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi,

℟. Sub umbra alarum tuarum protege nos.*

℣. Dignare, Domine, nocte ista,

℟. Sine peccato nos custodire.

℣. Miserere nostri, Domine,

℟. Miserere nostri

℣. Fiat misericordia tu, Domine, super nos,

℟. Quemadmodum speravimus in te,

℣. Domine, exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Oremus. Visita, quæsumus Domine, habitationem istam, et omnes insidias inimiei ab ea longe repelle; Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant, et benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

℣. Oremus. Defende quæsumus, Domine, Beata Maria semper Virgine intercedente istam ab omni adversitate familiam, et *toto corde tibi* prostratam ab

hostium propitius tuere clementer insidiis. Pe stum Dominum nostrum.

℟. Amen.

℣. Angele Dei, qui custos es mei, me tibi c sum pietate superna, hac nocte illumina, c rege et guberna.

℟. Amen.

℣. Noctem quietam et finem perfectum co nobis Dominus omnipotens.

℟. Amen.

℣. Dominus nos benedicat, et ab omni malo dat, et ad vitam perducat æternam, et fi animæ per misericordiam Dei requiescant i

℟. Amen.

Altera formula.

1. Solve Deo gratias. O clementissim Creator, Protector, ac Redemptor meus! Te dico, laudo, glorifico cum omnibus Angelis et tuis, gratiasque ago pro animi et corporis d beneficiis mihi hodie et alias liberalissime c quid retribuam tibi, Domine, pro omnibus, qu buisti mihi? me totum, et omnia, quæ dedis insuper et omnium Sanctorum laudis et amor ctus, in unione passionis ac meritorum Chri pro debita gratiarum actione offero. Suscipe, æterne, hanc oblationem meam; utinam majo ctu nunc, et in æternum cum omnibus crea laudare et glorificare possem! Paratum cor Deus, paratum cor meum. *(Psal. 56. 8.)*

2. Pete lumen. Veni, sancte Spiritus, et cœlitus lucis tuæ radios; illumina mentis me bras, ut peccata hodie commissa, negligen meas videam, agnoscam, et detester.

3. **Discute mentem.** Quantas habeo iniquitates, et peccata! scelera mea et delicta ostende mihi.

Omnes diei horas percurre, et vide, quid boni neglexeris, quid mali commiseris, cogitatione, verbo, opere, (ad amussim pag. 84 et 85. vel 232—234 positam).

Cave ne unquam, licet occupatissimus aut fatigatissimus, examen hoc vespertinum omnino negligas. Si otium non habeas, aut non lubeat omnes orationes hic præscriptas recitare, age vel unico suspirio Deo tuo gratias pro acceptis isto die, totaque vita beneficiis; pete similiter lumen, inspice conscientiam, et vide, qua in re Deum isto die forte graviter offenderis; contritionem elice cum proposito emendationis.

4. **Delicti veniam posce.** En, Domine Deus, quid retribui tibi pro omnibus, quæ retribuisti mihi, nisi peccata, negligentias, et ingratitudines? Ah! quam doleo, quod te, Deum, summum bonum meum, quem super omnia diligere debeo, unquam offenderim! Tibi soli peccavi, et malum coram te feci. Erravi, sicut ovis, quæ periit. Respice in me, et miserere mei. Ignosce, o Deus, ignosce per gemitus, lacrymas, passionem et mortem dilectissimi Filii tui, Domini nostri Jesu Christi. Ecce, mi Jesu, in te posita est omnis spes mea. Te supplex oro, ut omnia scelera et delicta mea sacratissimo Sanguini tuo immergas, tuisque infinitis meritis compenses, quicquid meæ satisfactioni deest; tu enim es propitiatio pro peccatis nostris.

5. **Recide malum.** Iterumne peccabo? tuaque o Jesu, sanctissima vulnera, et pretiosum Sanguinem pro me effusum conculcabo? Pudet oculos in cœlum levare, qui vita me indignum agnosco. Quid ergo imposterum? num te rursus offendam? hæccine peccata repetam? .... istas occasiones non fugiam? .... rem tam vilem tibi *præferam?* .... *Dixi*, nunc cœpi,

Tertia formula.

Litaniæ Lauretanæ B. M. V.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos,
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria,
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo virginum,
Mater Christi,
Mater divinæ gratiæ,
Mater purissima,
Mater castissima,
Mater inviolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum justitiæ,
Sedes sapientiæ,
Causa nostræ lætitiæ,
Vas spirituale,
Vas honorabile,

gne devotionis,
rstica,
)avidica,
burnea,
aurea,
s arca,
œli,
ıatutina,
ıfirmorum,
ım peccatorum,
ıtrix afflictorum,
m Christianorum,
Angelorum,
Patriarcharum,
Prophetarum,
Apostolorum,
Martyrum,
Confessorum,
Virginum,
Sanctorum omnium,
sine labe originali concepta,

Ora pro nobis.

Dei, qui tollis peccata mundi; parce nobis, mine,

Dei, qui tollis peccata mundi; exaudi nos, mine,

Dei, qui tollis peccata mundi; miserere nobis.

: audi nos,

: exaudi nos. Ave Maria.

b tuum præsidium confugimus, sancta Dei ix, nostras deprecationes ne despicias in ne- tibus nostris, sed a periculis cunctis libera mper, Virgo gloriosa et benedicta. Domina , Mediatrix nostra, Advocata nostra, tuo Filio concilia, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos enta.

gremium redeunti ad se, sine consensu alicujus peccati volo semper vivere et mori. Amen.

Antequam cubitum eas, si potes, invise sanctissimum altaris Sacramentum, vel saltem conversus ad illam ecclesiam, ubi illud asservatur, ab eodem benedictionem nocturnam petes dicendo:

Benedicat nos, bone Jesu, tua omnipotentia, instruat nos tua sapientia, repleat nos tua dulcedo, trahat et uniat nos tibi tua bonitas in sæcula. Amen.

Pax Domini nostri Jesu Christi et virtus sacratissimæ passionis ejus, signum s. Crucis, et titulus triumphalis: Jesus Nazarenus, Rex Judæorum, integritas quoque beatissimæ Virginis Mariæ, custodia sanctorum Angelorum, præsertim Tutelaris mei, et suffragia omnium Electorum Dei sint inter me, et omnes inimicos meos visibiles et invisibiles, nunc et in hora mortis meæ. Amen. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, Amen.

Cubitum iturus dic:

Gratias tibi ago, omnipotens Deus, qui me per tuam sanctam misericordiam hac die custodire dignatus es; deprecor immensam clementiam tuam, ut concedas mihi hanc noctem sine ullo peccato aut impedimento satanæ cum dulci et pudica requie pertransire, ut matutino veniente tempore, pure et strenue surgens tibi Deo meo laudes referre valeam, Amen.

In nomine Jesu dormitum eo, ille me custodiat, regat, et benedicat in æternum, Amen.

Domine Jesu Christe, ego omnes hujus noctis actiones, perturbationes, angustias, dolores, diaboli illusiones et tentationes, ac respirationes offero tibi in laudem æternam.

Fac me, Jesu dulcissime, super pectus tuum requiescere, da mihi trahere anhelitum de mellifluo corde tuo, influat Spiritus tuus suavissimus in ani-

ım, qui eam absorbeat, et inseparabiliter : Tu, quæso, mecum maneas hac nocte, ut ɔ corpore mens semper ad te vigilet, et te m videat. Deus Creator meus, respice me' dia tua, et mihi somnia dispone, ut in tuum tamquam in somnum suum incumbat cor in te solum requiescam nunc et in æternum. ınus tuas, Domine, commendo spiritum meisti me, Domine, Deus veritatis. Miserere s, secundum magnam misericordiam tuam. ıasti, redemisti et sanctificasti me, miserere ɔus meus et Dominus meus, amor meus, et

ine Jesu, ego sum ille miser, quem tu pro ɔonitate tua creasti, meque per ignominiopassionem ac mortem tuam redemisti, ideo n me potestatem habes, meque salvare poıdum immensam bonitatem et misericordiam qua totus spero et confido.

que in latus tuum sacratissimum me totum t immergo, dispone ibi de me juxta beneplaım, nunc et in æternum. Amen.

Jamjam lectum ascensurus:

ımine Patris † et Filii † et Spiritus † sancti.

ıce in idipsum dormiam et requiescam; quo- Domine, singulariter in spe, constituisti me. ıina oculos meos, ne unquam obdormiam in ɔ quando dicat inimicus meus: Prævalui adım.

cum prole pia benedicat Virgo Maria, Amen.

decumbens in lecto dic pro fidelibus defunctis De profundis .... *cum annexis Orationibus. renova actus præcipuarum virtutum et illis in- nomine Domini.*



5. Preces variæ.

1. Oratio aspirantis ad statum clericalem.

Domine Deus, Pater cœlestis, qui me indignum servum tuum usque adhuc misericordissime duxisti et ab innumerabilibus malis clementissime præservasti; porrige mihi dexteram tuam paternam, ne aberrem de via, quam te duce ingressus sum. Conforta me, ne sicut parvulus fluctuans mundanis agitatus desideriis gratiam, quam mihi dedisti, vacuam reddam. Augeas, Domine, in me studium orationis et puritatis, solitudinis et mundi contemptus, ad quod me inter varias hujus sæculi illecebras trahens vocationem meam ad statum clericalem mihi benignissime indicasti. Da mihi perfectam tui cognitionem et amorem sincerum, ut te totis viribus amans me ipsum derelinquam et tibi soli vivam. Infunde cordi meo spiritum pœnitentiæ, ut omnia peccata mea et negligentias meas deplorare, et vitam vocationi meæ convenientem agere valeam. Tibi me totum commendo; sanctifica me, Pater, ne superbia elatus lædam puritatem animæ meæ, nec indignum reddam cor meum mansione Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, qui me miserum toties sanctissimo Corpore et Sanguine suo recreare dignatus est, cujusque sacrificium tremendum suo tempore quotidie offerre intendo. Illumina intellectum meum, ut omnes vanas cogitationes devitans veritatem quæram, firma et viva fide doctrinæ tuæ, quam ecclesia tua sancta catholica universo mundo te rectore prædicat, adhæream, eamque verbo et opere profitear. Custodi me, Domine, ne acedia et gula corpus, prava locutione linguam, mala auditione aures, incauto aspectu oculos, levi ingressu pedes, peccaminosa attrectatione manus meas contaminem, quominus indignior reddar, altari dilectissimi Filii tui incruento adstare, Sacramenta admini-

', Evangelium annuntiare et nomen tuum sannum in ecclesia invocare. Doce me animæ meæ ı habere, ut possim aliquando curam suscipere m, nec aliis exemplum impietatis præbens in ıia tua ad destructionem ambulem. Fac me tibi 'e in sanctitate et justitia omnibus diebus, ut in a Filii tui electus, toti mundo renuntiem, et o crucifixus, una cum omnibus, quas mihi cres proposuisti, animabus ad vitam perveniam ternam. Per eundem Christum, Dominum no-. Amen.

)ratio clerici ad reparandam vocationem.

omine Deus, qui tulisti olim Levitas, ut servi-ı tabernaculo tuo, et familiam Aaron, ut sacerfungeretur tibi, et in nova lege vocasti ad saministerium tuum, quos ipse voluisti; in tua potestate positum est, eligere tibi ministros 'olueris, et idoneos facere, quos elegeris. Neque ıuisquam potest ad ministerium tuum idoneus ine tuo Spiritu, nec tuum Spiritum accipere, ı dederis ei. Unde nec quisquam licite sumit ›norem ministerii tui, sed qui vocatur a te tam-Aaron. Quin et ipse Filius tuus unigenitus non psum clarificavit, ut Pontifex fieret, sed tu, ıe, qui locutus es ad eum: Filius meus es tu, odie genui te. — Quanto minus ergo semetclarificare, ac in sortem hanc ingerere potest peccator, si tu non voces illum? Et quantis se lis exponet, si ipse currat, et tu non mittas Hæc scio, Domine, et confiteor tibi, quod non in statum clericalem intrare et ad tuum minin accedere debuerim, quam a te vocatus, et vere ecclesiastico munitus, ac debita præpa-e dispositus, atque intentione fidelem tibi cul-'æstandi *impulsus*. *Hæc*, inquam, scio et agno-

sco, et utinam sicut non aliter ea fieri debuisse scio, ita nec aliter facta fuisse possem dicere! Tum fidenter cum sancto quodam servo tuo dicerem: Ego non sum turbatus, te pastorem sequens. Nunc autem timor justus conturbat me, ne, si non in prædictis omnibus, certe in aliquibus multum defecerim. Verum quid aliud modo superest, quam ut contritus et humiliatus adrepam ad thronum tuæ gratiæ, et gemens dicam: delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris, Domine; fac mecum secundum misericordiam tuam, et si forte secutus non sim vocationem tuam antecedentem, da propitius, ut sequar consequentem. Si spiritum ecclesiasticum in statum hunc ingrediens non habui, nunc illum misericorditer inspira, ut ipso intus operante, virtutes ac dispositiones illas, quas ad sacrarium tuum afferre ab initio debueram, jam vel sero afferam, et sanctitas, quæ non præcessit, sequatur saltem. Si oculus meus non fuerit simplex, nec in cultum tui nominis atque impletionem tuæ voluntatis unice defixus, sed simul et fortassis præcipue, in hæc terrena depressus, tu, Domine, attolle illum et ad te solum intuendum converte, ut deinceps intentione pura serviam tibi, non amplius in temporalem quæstum, aut honorem, aut vitæ hujus commoditatem, sed in solam tuam gloriam, et voluntatis tuæ adimpletionem intentus. Fac, ut quanto minus usque modo tibi servire, et voluntatem tuam sequi contendi, tanto posthac impensius contendam et tandem eo deveniam, ubi cum Angelis tibi ministrantibus perfecte serviam ac ministrem in sæcula sæculorum. Amen.

3. Ad obtinendam gratiam ad implendas obligationes status clericalis.

O amantissime et amabilissime Deus! qui solus es verum et summum bonum, quod beare ac satiare

·tire velle profiterer. Te mihi elegi, te Deum
omnibus prætuli. Eligant filii hominum por-
, quas voluerint, alii divitias, alii honores, alii
tates, alii alias vanitates et insanias falsas. Te
ego elegi, te unum, Domine, requiram. Quid
mihi est in cœlo, et a te quid volui super ter-
Deus cordis mei, et pars mea, Deus in æter-
Adhæreant illi perituris et inanibus bonis;
ıutem adhærere Deo meo bonum est. Inhient
ɘsauris congregandis super terram, et audiant
ı concupiscentiæ suæ; audiam ego, quid loqua-
me Dominus, Deus meus, et auscultabo vocem
per Apostolum suum monentis: habentes ali-
ı et quibus tegamur, his contenti simus; et per
ım dicentis: quod superest, date eleëmosynam.
)omine, huic voci tuæ vocem virtutis et imprime
cordi meo profundius, ut nunquam deleatur ex
Fac, obsecro, ut semper meminerim hujus obli-
nis meæ, et sæpe ruminem, quid coram te et
lis tuis clericalem statum ingrediens professus
n.
)a etiam, ut quotidie, dum processurus sum ad
ɜndum aut ministrandum tibi veste candida me
ı, vel alium ea indutum cerno, memor sim illius
oris animæ, quem vestis illa denotat. Recogito,
)eus, dum hæc loquor cum pœnitudine cordis
quam fœde vestem illam a te dealbatam et mihi
ıcramento Baptismi impositam, criminum sordi-
postea conspurcaverim et abominabilem in tuis

oculis reddiderim. Sed tu, Domine Deus, miserator et misericors, iterum eluisti eam, et dealbasti in Sanguine agni. Ita quidem spero et gratias ago nomini tuo; verumtamen de propitiato peccato non sum sine metu; nescit enim homo, utrum amore, an odio dignus sit. Et est generatio quæ sibi munda videtur et tamen non est lota a sordibus suis. Quod si forte de generatione ista et ego sim, miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam et aperi oculos meos, ut videam iniquitatem meam; scelera mea et delicta ostende mihi. Percute etiam petram cordis mei potentiore gratia tua, ut fiat in fontem lacrymarum, quibus plorem prævaricationes meas die ac nocte.

Sed prævenit, spero, hanc precem meam misericordia tua et ab horrendis lethalium peccatorum sordibus emundavit animam meam. Utinam et a leviorum culparum maculis expurgaret eam! his enim dedecoro eam quotidie, et non satis efficacibus pœnitentiæ fletibus eandem abluere studeo, nec vitiosas cupiditates et passiones, a quibus illæ maculæ asperguntur, exterminare laboro. Tu, Domine, si vis, potes et ab istis me mundare. Tu enim habes corda nostra in manu tua et quocumque volueris inclinas ea. Inclina igitur cor meum, Deus, in testimonia tua, et a pravis cupiditatibus ac passionibus expurga illud, ut deinceps in veste animæ immaculata appaream ante faciem tuam et puras manus extendam ad ministrandum tibi.

Postulas etiam, o amantissime Deus! ut, quod gestatione cerei ardentis professus sum, adimpleam, lucendo scilicet coram hominibus, ut videant opera mea bona et inde sumant, quod imitentur. Quomodo vero id faciam, nisi et ipse imitari studuero Dominum nostrum, Jesum Christum, ut dicere possim cum Apostolo tuo: imitatores mei estote, sicut et ego Christi?

Ipse enim exemplum dedit nobis, ut, quemadmodum ipse fecit, ita et nos faciamus. Ipse est via, per quam ambulare, ipse vivendi regula, ad quam mores nostros dirigere omnes debemus. Fac igitur, mi Jesu, ut tibi assimiler intus et foris, ut in moribus meis homines videant et imitentur mores tuos, et ita per me veniant ad te, qui es via, veritas et vita, benedictus Deus in sæcula. Amen.

4. Oratio clerici renovantis proposita in ultimis exercitiis facta.

Deus, qui indignum famulum tuum in ultimis sacris exercitiis ad perfectum tui amorem inflammare, atque ad constantiam in virtute ac honestate clericali sanctissimis propositis tua inspiratione præmunire dignatus es; fac, ne fructus tantæ miserationis in me pereat; concede nova confortante gratia, ne summam illam gratiam in vacuum receperim; et confirma, quod operatus es in me, ne terra tam sæpe venientem de cœlo super se bibens gratiarum imbrem, si nonnisi spinas ac tribulos proferat, maledicto proxima sit, et combustioni. Suscipe proin hæc mea proposita, quæ coram throno divinæ majestatis tuæ renovo, et contrito ac humili corde, Deus meus et omnia, ex motivo veri erga te amoris tibi offero.

5. Oratio clerici renovantis vota clericalia.

O amantissime et amabilissime Deus, quam magna multitudo dulcedinis tuæ! Caritate etenim perpetua dilexisti me et attraxisti me ad te miserans mei; nam propter nimiam caritatem, qua dilexisti me, suscitasti a terra inopem et de stercore erexisti me pauperem, ut collocares cum principibus, cum principibus populi tui.

Non ego quidem, sed tu prior elegisti me de mundo, nolens me conformari huic sæculo, ne princeps hujus mundi in *me haberet quidquam*, et non cum hoc mundo,

qui totus in maligno positus est, damnarer; at potius posuisti me in clero tuo, ut irem de virtute in virtutem, ut fructum dignum bonorum operum afferrem, qui in æternum maneret, quo teipsum mercedem magnam nimis mihi acquirerem ac partem hæreditatis meæ perditam mihi recuperarem. Quapropter ego quoque elegi te, ut sis Dominus meus et Deus meus, pars mea in æternum.

Sed eheu! hæreditatem meam non satis attendi, substantiam meam dissipavi; retrorsum abii, mundum dilexi, vanitates et insanias falsas non exhorrui, inimicis tuis manum dedi, tunicam innocentiæ commaculavi, superflua aut dilexi aut quæsivi aut retinui, lucernam boni exempli exstinxi, fidelem cultum tibi et ecclesiæ tuæ non exhibui, perfectionis studium et media acquirendi non quæsivi, non satis admisi, jugum tuum dulce et onus leve excussi, Spiritui sancto multoties restiti, Spiritum Dei contristavi eumque extinxi; sed tu, Domine, miserere mei et resuscita me.

Tibi ergo Domino, Deo nostro, justitia, nobis autem confusio faciei nostræ; et hoc solum mihi nunc superest idque unice in votis, ut spiritu principali confirmes me et spiritum rectum innoves in visceribus meis, iterumque vota priora admittas et sic me deinceps vivere concedas, ut qui pars Domini sum et Dominum partem meam iterum eligo, talem me exhibeam ut ipsum possideam Dominum et a Domino ipse possidear, nec quidquam contra aut extra te Dominum meum cupiam.

Eligant itaque sibi alii partes, quibus fruantur, terrenas et temporales; portio mea Dominus est. Bibant alii mortiferas voluptates; pars calicis mei Dominus est. Quid enim mihi est in cœlo, et a te quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum. Quid quippe ultra quæret, cui om-

nia suus Conditor est? aut quid ei sufficit, cui ipse non sufficit?

Te solo igitur contentus, Deus meus et omnia, agnosco iterum coram cœlo et terra, quoniam funes mei ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi; quæstus magnus mihi est pietas cum sufficientia; abjicio itaque denuo omnes mundi pompas, superfluas vanitates et insanias falsas, et eligo abjectus esse in domo tua magis quam habitare in tabernaculis peccatorum, de hoc multum sollicitus, ut tunicam sanctitatis, quam dimisi aut defœdavi, iterum resumam in Sanguine dealbatam nec unquam dimittam

Hæc sunt vota, quæ aliquando distinxerunt labia mea; hæc sunt sincera cordis mei desideria, quæ supplico tibi esse accepta, et per Spiritum sanctum in visceribus meis dignanter innovata, in mundi contemptum et fidelioris ac constantioris cultus tui testimonia denuo reiterata, ut ita suscipias me secundum eloquium tuum et vivam, et non confundas me ab exspectatione mea. Itaque profiteor, quia tu Dominus pars hæreditatis meæ et calicis mei, tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. Amen.

6. Oratio clerici sola tonsura initiati.

Domine Jesu Christe, qui initiasti nobis viam novam et viventem per velamen, id est, carnem tuam, in introitu Sanctorum; da leges tuas in corde meo, et in mente mea superscribe eas, et iniquitatum mearum jam non recorderis amplius. In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam; Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei. In quocumque enim loco fueris, Domine, mi Rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus. Scio, mi Deus, te probare corda, et simplicitatem diligere; unde et ego in *simplicitate* cordis mei lætus offero

meipsum, Domine, Deus patrum nostrorum. Custodi in æternum hanc voluntatem cordis mei, et semper in veneratione tui mens mea permaneat. Nunquam sit in me consilium discedendi a Deo vivo; nec te relinquam diligens hoc sæculum. Sanctifica me in veritate, ut sim sanctus corpore et spiritu, utens hoc mundo tanquam non utens, et solummodo sollicitus quomodo placeam tibi, ut sis portio mea in terra viventium. Amen.

7. Oratio clerici in minoribus ordinibus constituti.

Tu solus, Domine Jesu Christe, habes clavem David; aperis enim, et nemo claudit; claudis, et nemo aperit. Tu solus aperis sensum, ut intelligamus Scripturas. Tu solus in potestate imperas spiritibus immundis. Tu lux mundi, quam qui sequitur, non ambulat in tenebris. Confice me zelo domus tuæ, ut stans jugiter ad ostium tabernaculi, et observans custodias Domini nocte et die, prohibeam profanari templum gloriæ tuæ. Revela oculos meos, ut legam in libro legis Dei distincte et aperte ad intelligentiam et ædificationem fidelium. Contere Satanam sub pedibus meis velociter; et præsta, ut sic luceat lux mea coram hominibus, ut videant opera mea bona, et glorificent Patrem meum, qui in cœlis est. Amen.

8. Oratio subdiaconi.

Domine Jesu Christe, qui sanctificari vis in iis, qui appropinquant tibi, et mundari eos præcipis, qui ferunt vasa Domini; continentiam jubes; da quod jubes, et jube, quod vis. Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es? Munda me ergo ab omni inquinamento carnis et spiritus, ut perficiam sanctificationem meam in timore Dei. Non præsumam circumdare altare tuum, aut tangere vasa, quæ ad usum sanctuarii pertinent, nisi lavero inter innocentes manus meas et fulserint

velut mundissimæ manus meæ; nequando irascaris indignatione contra me et percutias me super temeritate. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

9. Oratio diaconi.

Domine Jesu Christe, minister sanctorum et tabernaculi veri, quod fixit Deus et non homo; qui, quos constituerent Apostoli tui super leviticum opus, viros plenos Spiritu sancto et sapientia eligi voluisti; et qui me, non meis meritis, intra eorumdem levitarum numerum dignatus es aggregare; da mihi et omnibus, qui tanto ministerio gloriantur, et quibus commisisti consummandorum consortium Sacramentorum, Spiritum sanctum ad robur; da habere mysterium fidei in conscientia pura et calceatos pedes in præparatione Evangelii pacis, ut dignos nos facias in partem sortis Sanctorum in lumine. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

10. Oratio ante exercitium functionum ordinum.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, super famulum tuum placatus intende, quem tuis sacris altaribus serviturum in officium N. assumpsisti; infunde in animam meam benedictionem tuam et gratiam, ut idoneus efficiar, in templo sancto tuo, quæ cultus tui sunt, digne peragere; accende cor meum ad amorem gratiæ tuæ; averte oculos meos ne videant vanitatem; da divinæ præsentiæ tuæ gustum perpetuum; da Filii tui dilectissimi æmulari modestiam, ut omnes in me videant te, et videndo venerentur ac glorificent. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

11. Ad renovandam gratiam ordinationis.

Omnipotens Deus, qui non meis meritis sed unica gratia tua posuisti in me verbum reconciliationis, et

pro Christo legatione et sacerdotio ejus fungi tribuisti; resuscita in me (et in omnibus ministris tuis) gratiam, quam dedisti nobis cum impositione manuum, presbyterii. Fac me dignum tuis altaribus ministrum, fidelem et prudentem dispensatorem mysteriorum tuorum, tamque sanctum, irreprehensibilem et placentem tibi mediatorem inter te et populum, ut semper placem te et exaudias me. Combure me zelo gloriæ tuæ, meæ et omnium hominum salutis (eorum imprimis, quos commisisti mihi). Attendam lectioni, exhortationi et doctrinæ; mundum oderim et fugiam, diligam vero solitudinem; duc animam meam in eam, ibi loquere ad cor meum et doce me, quid primus faciam et alios doceam. Utque mihi et illis necessarium gratiæ tuæ auxilium obtineam fac me virum desideriorum et orationis continuæ. Sacrificia mea consumantur et placeant tibi, Domine, quotidie; jugi mortificatione carnis et spiritus immoler ipse supra sacrificium, gestemque in pectore meo judicium omnium in conspectu tuo semper, ut mihi et illis, quidquid scis opus esse, concedas, per summum Pontificem nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

12. Pro Summo Pontifice.

Deus, omnium fidelium pastor et rector, famulum tuum N., quem pastorem ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice; da ei, quæsumus, verbo et exemplo, quibus præest, proficere, ut ad vitam una cum grege sibi credito perveniat sempiternam. Per Dominum nostrum, etc.

12. Pro omni gradu ecclesiæ.

Omnipotens sempiterne Deus, cujus Spiritu totum corpus ecclesiæ sanctificatur et regitur; exaudi nos pro universis ordinibus supplicantes; ut gratiæ tuæ

nunere ab omnibus tibi gradibus fideliter serviatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, etc.

14. Pro ecclesia.

Dirige Domine, quæsumus, ecclesiam tuam dispensatione cœlesti: ut, quæ ante mundi principium in ua semper est præsentia præparata, usque ad plenitudinem gloriamque promissam te moderante perveniat.

15. Pro ecclesia in præsentibus calamitatibus.

(Indulg. 100 dier. Pius IX. 22. Oct. 1866.)

Jesu dulcissime, divine Magister noster! qui nefarias Pharisæorum machinationes, quibus te frequenter impetebant, semper elusisti: dissipa consilia impiorum, et omnium illorum, qui in pusillanimitate spiritus fallacibus suis argutiis populum tuum irretire ac circumvenire moliuntur. Omnes nos discipulos tuos illustra lumine gratiæ tuæ, ne forte corrumpamur astutia sapientum huius sæculi, qui perniciosa sophismata sua ubique spargunt, ut et nos in errores suos pertrahant. Concede nobis tale fidei lumen, ut impiorum insidias agnoscamus, ecclesiæ tuæ dogmata firmiter credamus, ac cavillorum axiomata constanter ejiciamus.

16. Pro Episcopo.

Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus, prætende super famulum tuum N. Antistitem nostrum, et super plebem illi commissam, Spiritum gratiæ salutaris; et ut in veritate tibi placeat, perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde. Per Dominum, etc.

17. Pro diœcesi.

Ecclesiam tuam, Domine, sub sancti N. patrocinio supplicantem paterna pietate custodi: ut cujus prædicatione plantata est et sudore ac sanguine irri-

gata, ejus precibus crescat semper in cognitione et amore Domini nostri Jesu Christi.

18. Pro fidei propagatione.

Protector noster aspice Deus, et respice in faciem Christi tui, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus: et fac, ut ab ortu solis usque ad occasum magnificetur nomen tuum in gentibus, ac in omni loco sacrificetur et offeratur nomini tuo oblatio munda. Per eumdem Dominum etc.

19. Pro sacerdotibus.

Deus, qui Unigenitum tuum dedisti summum Sacerdotem, eique ad sacrificandum tibi hostiam mundam sacerdotes ministros sociasti: quæsumus, ut omnes, qui vocatione tam sancta dignati sunt, altari tuo devote ministrent, et seipsos hostiam vivam et sanctam offerre mereantur.

20. Pro sacerdotibus a pietate aberrantibus.

Benignissime Jesu, tradite sacerdotibus et impiis ad illudendum et flagellandum et crucifigendum: Sanguis, quem effudisti, clamat ad te, ut intuearis, et respicias opprobrium ecclesiæ, quam dilexisti et pro qua te ipsum tradidisti, ut illam sanctificares et exhiberes tibi gloriosam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata. Plorans ploravit in nocte, et lacrymæ ejus in maxillis ejus, et egressus est a sponsa tua decor ejus, propter peccata Prophetarum ejus et iniquitates sacerdotum ejus. Conjuratio enim ipsorum in medio ejus; sicut leo rugiens rapiensque prædam, animas devorant, contemnunt legem tuam, polluunt sanctuaria tua, inter sanctum et profanum non habent distantiam, a sabbatis tuis avertunt oculos suos, et coinquinaris in medio eorum. Omnes isti aes et stannum *et ferrum* et plumbum in medio fornacis; scoria ar-

genti facti sunt. Non circa altaris officia dediti, sed contemto templo et sacrificiis neglectis, implicant se negotiis sæcularibus, et festinant participes fieri conviviorum, ludorum et scurrilitatis, nihil habentes dignum sacerdotio. Mensa, quam parasti in conspectu nostro adversus eos, qui tribulant nos, fit ipsis in laqueum et in retributiones et in scandalum, quia offerunt panem pollutum, ignem alienum super altare tuum. Quanta malignatus est inimicus in sancto? Quid est, quod dilecti tui in domo tua faciant scelera multa? O mi Jesu! demoliti sunt vineam tuam, conculcaverunt partem tuam, dederunt portionem tuam desiderabilem in desertum solitudinis, retrahunt homines a Sacrificio, scandelizant plurimos in lege, et per eos nomen tuum jugiter tota die blasphematur in gentibus; dedisti eos contemptibiles et humiles omnibus populis, et ecce, iniquitas eorum facta est confusio populi tui; etenim propter eos facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio et illusio his, qui in circuitu nostro sunt. Domine, judex noster, Domine, legifer noster, Domine, rex noster, quando respicies? Restitue ecclesiam tuam a malignitate eorum, a filiis Belial sponsam tuam; leva manus tuas in superbias eorum; et quia gloriati sunt, qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ, imple facies eorum ignominia, ut quærant nomen tuum. Tempus faciendi, Domine; dissipaverunt legem tuam; converte manum tuam ad eos, et excoque ad purum scoriem eorum, et aufer omne stannum eorum, et restitue ministros tuos, ut fuerunt prius, et christos tuos, sicut antiquitus. Ingrediatur in eis ignis a Domino, ignis, inquam, non comburens, sed illuminans, non consumens sed lucens. Esto illis quasi ignis conflans et quasi herba fullonum. Purga filios Levi, et cola eos quasi argentum. Sint tibi offerentes sacrificia in justitia; et qui hactenus fuerunt ovibus tuis *odor mortis* in mortem, sint ipsis

odor vitæ in vitam. Omnes, qui viderint eos, cognoscant illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus. Amen.

21. Pro rege et familia regia.

Quæsumus omnipotens Deus, ut famulus tuus N., Rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, et vitiorum monstra devitare, et ad te, qui via, veritas, et vita es, gratiosus valeat pervenire. Per Dominum etc.

Deus, a quo omnis potestas ordinata est, da famulo tuo, regi nostro N. et universæ familiæ ejus cor docile, ut potestatem suam Majestatis tuæ famulam facientes, regnum illud ambiant et obtineant, in quo non timeant habere consortes.

Invocantes et sperantes in nomine tuo, Domine, Deus noster, fac nos in salutari regis nostri N. et cunctæ familiæ ejus lætari, ut dum vivifico mysterio reples in bonis desiderium nostrum, tuis benedictionibus eos prævenire digneris. Per Dominum.

22. Pro patria.

Omnipotens sempiterne Deus, qui regnis omnibus æterna potestate dominaris: respice ad nostram benignus patriam, ut Rex juste imperando, et populus fideliter obediendo, ad gloriam tui nominis et regni tranquillitatem unanimi pietate conspirent.

23. Pro magistratu politico, seu civili.

Omnipotens æterne Deus, qui civilem magistratum instituisti, eique gladium ad malorum supplicium bonorumque defensionem commisisti; te supplices oramus, ut magistratus, rectoresque omnes nostros in vias tuas dirigere digneris; ut in pacata gubernatione perseverent, ecclesiæ tuæ bonum promoveant *bella ac* seditiones avertant, omniaque ad communem

tranquillitatem, justitiam et honestatem conducentia perquirant. Per Dominum, etc.

24. Pro Indorum et gentium conversione.

Omnipotens sempiterne Deus, qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris; suscipe propitius orationem nostram, et libera Indos, gentesque infidelitatis tenebris immersas ab idolorum cultura, et aggrega ecclesiæ tuæ sanctæ; ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum, Dominum nostrum, qui tecum vivit et regnat unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen. *(S. Franciscus Xaverius.)*

25. Pro hæreticorum conversione.

Omnipotens sempiterne Deus, qui salvas omnes, et neminem vis perire; respice ad animas diabolica fraude deceptas; ut omni hæretica pravitate deposita, errantium corda resipiscant, et ad veritatis tuæ redeant unitatem. Per Dominum, etc.

26. Pro pace.

Deus auctor pacis, et amator, quem nosse vivere, cui servire regnare est; protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos; ut qui in defensione tua confidimus, nullius hostilitatis arma timeamus. Per Dominum nostrum, etc.

27. Ad postulandam pluviam.

Terram tuam, Domine, quam videmus nostris iniquitatibus tabescentem, cœlestibus aquis perfunde, atque irriga beneficiis gratiæ sempiternæ. Deus, in quo vivimus, movemur et sumus, pluviam nobis tribue congruentem; ut præsentibus subsidiis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialiter appetamus. Per Dominum, etc.

28. Ad postulandam serenitatem.

Ad te, Domine, clamantes dignanter exaudi, et aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus, ut qui pro peccatis nostris juste affligimur, misericordia tua præveniente, clementiam sentiamus. Per Dominum, etc.

Quæsumus, omnipotens Deus, clementiam tuam, ut inundantiam coerceas imbrium, et hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominum, etc.

29. Tempore pestis et famis.

Da nobis, quæsumus, Domine, piæ supplicationis effectum, et pestilentiam famemque propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant, et te indignante, talia flagella prodire, et te miserante cessare. Per Dominum etc.

Populum tuum, quæsumus Domine, ab ira tua ad te confugientem; paterna recipe pietate, ut qui tuæ justitiæ flagella formidat, et de tua mereatur venia gratulari. Per Christum, etc.

30. Orationes et Antiphonæ ad petendam a repentina morte liberationem accommodatæ, jussu s. m. Clementis XI. coll. a B. Jos. M. Card. Thomasi.

(Indulg. 100 dierum. Pius VII. 2. Martii 1816.)

Oremus. Exaudi nos, Deus salutaris noster, et ne dies nostros ante finiri jubeas, quam peccata dimittas, et quia in inferno pœnitentia superflua est, et nullum spatium corrigendi; hinc te supplices rogamus, et petimus, ut ubi das spatium supplicandi, jubeas et peccata dimitti. Per Christum Dominum Nostrum.

Averte, Domine, quæsumus, a fidelibus tuis cunctos miseratus errores, et sævientium morborum repentinam depelle perniciem, ut quos merito flagellas devios, foveas ua miseratione correctos. Per Dominum, etc.

Antiphona. Anima mea cessa jam peccare; cogita de subitanea transpositione ad æterna tormenta. Ibi enim suscipitur pœnitentia, nec lucrifaciunt lacrymæ. Dum tempus adest, convertere; clama dicens, Deus meus miserere mei.

Antiphona. Media vita in morte sumus, quem quærimus adjutorem, nisi te, Domine, qui pro peccatis nostris irasceris? Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte misericors, Salvator amaræ morti ne tradas nos.

℣. Ne subito præoccupati die mortis, quæramus spatium pœnitentiæ, et invenire non possimus.

℟. Attende, Domine, et miserere quia peccavimus tibi.

Oremus. Populum tuum, quæsumus omnipotens Deus ab ira tua ad te confugientem paterna recipe pietate, ut qui tuæ majestatis flagella in repentina morte formidant, de tua mereantur venia gratulari. Per Christum Dominum nostrum.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus omnipotens Deus, placatus intende conventui, et misericordia tua nos potius quam ira præveniat; quia si iniquitates nostras observare volueris, nulla poterit creatura subsistere; sed admirabili pietate, qua nos fecisti, ignosce peccantibus, ut opera manuum tuarum repentina morte non facias interire. Per Christum Dominum nostrum.

Exaudi, Domine, preces nostras et ne velis cum servis tuis adire judicium: quia sicut in nobis nulla justitia reperitur, de qua præsumere valeamus, ita te fontem pietatis agnoscimus, a quo, et a peccatis nostris ablui, et a necessitatibus ac repentina morte liberari confidimus. Per Christum Dominum nostrum.

Deus, sub cujus oculis omne cor trepidat, et omnes conscientiæ pavescunt: misericordiam tuam effunde supplicibus, ut qui de meritorum qualitate dif-

fidimus, non judicium tuum in repentina morte nostra sed indulgentiam tuam sentiamus. Per Christum Dominum nostrum.

Supradictis orationibus additur sequens:

O misericordissime Domine Jesu! per tuam agoniam et sudorem Sanguinis, per mortem tuam libera me, quæso a subitanea et improvisa morte.

O benignissime Domine Jesu! per acerbissimam et ignominiosissimam flagellationem et coronationem tuam, per crucem et amarissimam passionem tuam et per bonitatem tuam, rogo te, ne permittas, ut improvise moriar, aut absque sanctissimis Sacramentis migrem ex hac vita.

O amantissime mi Jesu, Domine mi, per omnes labores et dolores tuos, per pretiosissimum Sanguinem tuum, per sacrosancta tua vulnera, per ista tua ultima verba in cruce prolata „Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me" et per alia: „Pater, in manus tuas commendo spiritum meum", maximo cum fervore te rogo, ut liberes me a repentina morte. Manus tuæ, mi Redemptor, fecerunt me et plasmaverunt me totum in circuitu, ne permittas, ut improvisa mors rapiat me. Da mihi, quæso, tempus pœnitendi, concede mihi felicem vitæ exitum in gratia tua, ut toto corde amem, laudem et benedicam te in æternum. Amen.

Addantur quinque Pater *et* Ave *in memoriam passionis divini nostri Redemptoris, et tria* Ave *in honorem B. M. V. dolore confixæ.*

31. Ad vitandam mortalitatem.

Deus, qui pœnitentiam desideras peccatorum, populum tuum ad te revertentem propitius respice; ut dum tibi devotus existit, iracundiæ tuæ flagella ab eo removeas. Per Dominum nostrum Jesum Christum, etc.

32. Tempore belli.

Deus, qui conteris bella, et impugnatores in te sperantium potentia tuæ defensionis expugnas; auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam: ut omnium inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus. Per Dominum nostrum, etc.

33. Preces præcipue tempore tribulationis recitandæ.

(Indulg. 100 dierum. Pius IX. 18. Sept. 1848.)

Respice, Domine sancte Pater, de sanctuario tuo, et de excelso cœlorum habitaculo, et vide hanc sacrosanctam Hostiam, quam tibi offert magnus Pontifex noster, sanctus, innocens, dilectus Filius tuus, Dominus noster Jesus Christus pro peccatis fratrum suorum, et esto placabilis super multitudine malatiæ mundi. Ecce vox sanguinis Fratris nostri primogeniti Jesu clamat ad te de cruce. Exaudi, Domine, placare, Domine, attende et fac; ne moreris propter Temetipsum, Deus noster, quia nomen tuum invocatum est super domum et civitatem istam et super universum populum tuum, et fac nobiscum secundum infinitam misericordiam tuam. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

℣. Ut ad veram pœnitentiam nos perducere redigneris;
℟. Te rogamus audi nos.
℣. Ut domum, civitatem istam, et universum populum tuum, Domine, defendere, pacificare, custodire, conservare et piissima misericordia tua respicere digneris;
℟. Te rogamus audi nos.
℣. Per sacrosancta humanæ Redemptionis mysteria;
℟. Cito anticipent nos, Domine, misericordiæ tuæ, et parce populo tuo.
℣. Per merita et intercessionem Beatissimæ Genitricis tuæ, et *omnium Angelorum* atque Sanctorum;

℟. Cito anticipent nos, Domine, misericordiæ tuæ, et parce populo tuo.

℣. Sancta Maria sine labe originali concepta, et omnes Angeli et Sancti intercedite pro nobis ad Dominum;

℟. Ut cito anticipent nos misericordiæ Domini, et parcat populo suo, ut omnes cum ipso gaudere possimus in sæcula sæculorum. Amen.

Omnipotens et misericors Deus, fiat semper et in omnibus sanctissima voluntas tua secundum infinitam et æternam misericordiam tuam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Pia intentio et oblatio. Pater æterne, in unione cum tota curia cœlesti, et cum cordibus sanctissimis Jesu et Mariæ intendo obtulisse tibi et offerre, a tota æternitate et per totam æternitatem, pretiosissimum J. C. Sanguinem cum infinitis ejus, necnon sanctæ ecclesiæ meritis in compensationem peccatorum nostrorum et totius mundi, in liberationem omnium animarum purgatorii et in gratiarum actionem pro eo, quod nobis et omnibus totius mundi hominibus præsentibus et futuris concesseris omnia illa dona, gratias et misericordias, quæ sunt ad majorem tuam gloriam, majoremque sanctificationem omnium animarum in præsentibus tribulationibus, quamvis meruerimus divina tua flagella; et sicut jam de toto mundo formasti unum ovile sub uno pastore, ut omnes vivendo in fide, spe et caritate D. N. J. Chr. in terra, perveniamus omnes ad cantandas in æternum divinas tuas misericordias in cœlo. Amen.

34. Alia oratio tempore tribulationis recitanda.

Ante oculos tuos, Domine, culpas nostras ferimus, et plagas, quas accepimus, conferimus. Si pensamus malum, quod fecimus, minus est, quod patimur, majus, quod meremur. Gravius est, quod com-

nisimus, levius, quod toleramus. Peccati pœnam sentimus, et peccandi pertinaciam non vitamus. In flagellis tuis infirmitas nostra teritur, et iniquitas non mutatur. Mens ægra torquetur, et cervix dura non flectitur. Vita in dolore suspirat, et in opere se non emendat; si exspectas, non corrigimur, si vindicas, non duramus. Confitemur in correctione, quod egimus: obliviscimur post visitationem, quod flevimus. Si extenderis manum, facienda promittimus; si suspenderis gladium, promissa non solvimus. Si ferias, clamamus, ut parcas: si peperceris, iterum provocamus, ut ferias. Habes, Domine, confitentes reos; parce, quia pius es. Novimus, quod nisi dimittas, recte nos punias; sed apud te est multa miseratio et propitiatio abundans; præsta sine merito, quod rogamus, qui fecisti ex nihilo, qui te rogarent. Moveat pietatem tuam vox fidelis et flebilis, atque illa, de qua totum speramus pietas non putet, quod offendimus, dum respicit quod rogamus: et cum sit grandis miseria esse nos reos, major tibi sit clementia erga nos miseros. Erige nos, Domine Deus noster, et alleva misericordia tua, ut communione salutis, et gaudio caritatis dum ipsi salvari ex munere tuo cupimus, etiam fide et pace cunctarum gentium gaudeamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

35. Pro infirmis.

Deus, infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxilii tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem; ut ope misericordiæ tuæ adjuti, ecclesiæ tuæ sanctæ incolumes repræsentari mereantur. Per Dominum, etc.

36. Oratio ad infirmorum solatium devote recitanda.

(Indulg. 300 dierum. Pius IX. 10. Junii 1856.)

Divine Jesu, Fili Dei incarnate, qui pro nostra salute in stabulo nasci, vitam in paupertate, ærumnis

et miseria degere, et in crucis doloribus mori dignatus es, divino tuo Patri dic, quæso, in momento mortis meæ: Pater ignosce ei; dic Matri tuæ dilectæ: „Ecce Filius tuus“; dic animæ meæ: „Hodie mecum eris in Paradiso“. Deus meus, Deus meus, ne derelinquas me in illa hora! „Sitio“: utique Deus meus, anima mea sitit ad Te, qui es fons aquarum viventium. Vita mea præterit velut umbra; adhuc modicum, et consummata erunt omnia! Quapropter, o Salvator mi adorabilis, ex hoc momento in omnem æternitatem in manus tuas commendo spiritum meum. Domine Jesu, accipe animam meam. Amen.

37. Pro conversione peccatorum.

Deus misericors et clemens, exaudi preces, quas pro fratribus nostris pereuntibus gementes in conspectu tuo effundimus: ut conversi ab errore viæ suæ, liberentur a morte, et ubi abundavit delictum, superabundet gratia.

38. Pro parentibus, et consanguineis.

Domine Deus, qui secundum te, patrem et matrem honorare, et pro eorum incolumi vita et fortunis, ut æquum est, orare præcepisti; da parentibus meis, omnibusque fratribus, sororibus, consanguineis, et amicis, omnibusque domesticis nostris salutem et pacem; conserva eos in fidei tuæ pietate; custodi eos ab omni corporis, animæque incommodo; largire gratiam tuam, ne unquam a te separentur, sed propitium te semper Patrem et Deum experiantur. Per Dominum, etc.

39. Pro devotis amicis.

Deus, qui caritatis dona, per gratiam sancti Spiritus, tuorum cordibus fidelium infudisti, da famulis et famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, salutem mentis et corporis; ut te tota vir-

tute diligant, et quæ tibi placita sunt perficiant. Per Dominum nostrum, etc.

40. Pro quovis amico et familiari.

Deus auctor pacis, et amator caritatis, quem nosse vivere, cui servire regnare est; da famulo tuo, pro quo misericordiam tuam supplex deprecor, in tua fide et famulatu constantiam, ut in caritate divina firmatus, nullis tentationibus ab ejus integritate avellatur. Per Dominum, etc.

41. Pro inimicis.

Deus pacis caritatisque amator et custos; da omnibus inimicis nostris pacem, caritatemque veram, cunctorumque eis remissionem tribue peccatorum, nosque ab eorum insidiis potenter eripe. Per Dominum, etc.

42. Pro variis hominum statibus.

Pietate tua, quæsumus Domine, nostrorum solve vincula delictorum, et nostris assiste majoribus, præsertim ecclesiæ tuæ summo in terris Pastori et Episcopis catholicis omnibus, ut gregem christianum sibi concreditum rite pascant, suumque munus fideliter impleant. Fac illos adesse Doctores, qui verbum veritatis recte tractare sciant, velint ac possint, et eos, qui sanæ doctrinæ contradicunt, redarguere.

Et quia per te regunt etiam et præsunt reges, principes, aliique politici magistratus, hos prudentia et justitia redde conspicuos, ut commissum sibi reipublicæ clavum rite moderentur, ac de subditis omnibus bene mereantur, potissimum vero, ut catholicam religionem et pacem publicam pio zelo defendant.

Mitte, Domine, in vineam tuam, quæ multis adhuc in locis deserta jacet, fidos, strenuos et aptos operarios. Consolare ob catholicæ fidei professionem afflictos et exules.

Inprimis autem amicos, benéfactores et familiares nostros a bello, fame, peste aliisque calamitatibus vel publicis vel privatis libera, ut vitam per te quietam et incolumem ducant. Vigeat inter eos caritas christiana, salva sit orthodoxa religio, sectæ ac hæreses exstinguantur.

Aegroti duce misericordia tua restituantur; in mari periclitantibus, et in carcere vinctis, nec non et in mortis periculo versantibus auxiliare; nec solum vivis, sed etiam defunctis fidelibus salutem tribue sempiternam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

43. Pro vivis et defunctis.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prænoscis; te supplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum, etc.

44. B. Petri Canisii formula precandi pro se et pro aliis.

Exue me, Domine veterem hominem cum affectibus et inclinationibus malis, quibus me obnoxium esse nosti. Indue me novum hominem, quem hæc sancta requirit vocatio, ut de die in diem renover, cum ardenti desiderio, constanti studio in solidis virtutibus, quæ mihi desunt, proficiendi. Ne permitte me, Domine, graviter et periculose tentari, præsertim circa vocationis gratiam. Da in adversis animi fortitudinem ad resistendum et vincendum. Concede perseverantiæ donum, ut usque ad mortem tibi fidelis existam. Auge in me gratiam, promissa vota rite

præstandi, ut paupertas vere simplex et angelica castitas in me vigeant, nec minus interior quam exterior obedientia me totum sibi vindicet, tibique gratum, assiduum et perfectum præbeat holocaustum. Amen.

Miserere mei, Pater misericordiarum, quod tuam sæpe offenderim majestatem, tuis adhuc beneficiis ingratus, in cursu meæ vocationis tepidus, veri timoris et amoris expers, nec sollicitus, ut ad tuam gloriam et meam salutem sincere omnia conferam. Aperias mihi oculos, quæso, ut videam, et vires augeas, ut possim, voluntatem simul impellas, ut velim in via tua et vocatione mea progressus debitos facere, atque ad propositam mihi scopum recta contendere, nimirum mei ipsius et proximi salutem atque perfectionem semper impense procurando. Fiat in me et de me ubicumque verser, et quidquid patiar, voluntas tua bona, beneplacens et perfecta. Sanctificetur in me nomen tuum sanctum, ut bonæ majorum meorum exspectationi satisfaciam, ac particeps demum fiam justorum omnium in cœlesti patria triumphantium. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Miserere nostrorum parentum, ac majorum omnium spiritualium. Fac, Domine, ut illi juxta spiritum tuum sapiant, et prudenter subditos regant, nosque vere obedientes filios esse gaudeant. — Miserere amicorum patronorum nobis tum in spiritualibus, tum in temporalibus rebus fideliter assistentium. Tuere eos ab omni malo, nec solum in vita, sed post mortem etiam, ut te pro nobis munificum sentiant remuneratorem. — Miserere defunctorum fratrum et benefactorum, et catholicorum omnium. Dona eis, Domine in tenebris lucem, in pœnis requiem, et in regno tuo beatitudinem sempiternam. Amen.

Miserere discipulorum, et filiorum spiritualium, quos instruendos, gubernandos et adjuvandos nobis tradidisti. *Confirma in illis*, Domine bonum semen,

ut in litteris, moribus atque virtutibus magis magisque proficiant, et a nobis recte et feliciter curentur. — Miserere fratrum in sua vocatione stantium, ut per te in recto virtutum cursu confirmentur. Miserere item nutantium atque claudicantium, ut potenti spiritu tuo adjuti et consolidati, neque ad dexteram neque ad sinistram declinent. — Miserere quoque lapsorum, ut desertores filii ex apostasiæ statu resurgant, et priorem vocationis suæ gratiam agnoscant, tibique per veram pœnitentiam reconcilientur. — Miserere inimicorum, et aperte vel occulte nos persequentium. Non illis hoc imputes in peccatum, sed illis gratiam tuam et resipiscentiam ac caritatem veram impertiaris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Miserere schismaticorum et hæreticorum, ut ad ecclesiæ redeant unitatem, et relictis errorum umbris catholicæ doctrinæ lucem nobiscum fideliter amplectantur. — Miserere peccatorum, qui mundo, carni satanæ potius, quam tibi, Deo vero et vivo serviunt et ad perpetuæ mortis portas percurrunt. Converte illos, Domine, ad viam pœnitentiæ, et mortuis vitam gratiæ restitue, ne alioquin in peccatis suis morientes a tua gratia et gloria perpetuo separentur. Amen.

45. Ad impetrandam sapientiam.

Fragilitatem nostram, quæsumus Domine, propitius respice, et saporem nobis æternæ Sapientiæ benignus infunde: ut ejus dulcedine melliflua prægustata, omnia terrena valeamus despicere, et tibi summo bono, ardenti desiderio jugiter adhærere. Per Dominum, etc.

46. Ad sanctum Dei timorem impetrandum.

Da nobis, quæsumus Domine, sapientiæ tuæ initium, veræ justitiæ fundamentum, virtutum omnium custodiam et propugnaculum, sanctum timorem tuum, *ut et debilitati* nostræ timentes, et judicia tua perti-

mescentes, quidquid nos a te tuaque gratia divellere possit, fugiamus, vitamque nostram summa sollicitudine et circumspectione componamus. Per Dominum nostrum, etc.

47. Ad humilitatem impetrandam.

Deus, qui filii tui humilitate jacentem mundum erexisti, illumque veræ humilitatis magistrum nobis esse voluisti; insere, quæsumus, cordibus nostris tantæ virtutis amorem: ut omnem vanam nostri complacentiam, omnem mentis tumorem, omnem propriæ gloriæ appetitum, et quidquid interius, exteriusve superbiam et vanitatem, sapit despicientes, tua gratia vere humiles facti, in æterna gloria exaltari mereamur. Per eundem Dominum etc. Amen.

48. Ad obedientiam impetrandam.

Omnipotens sempiterne Deus, cui cœli, terra, mare, et omnes creaturæ obediunt, quique humano generi ad imitandum obedientiæ exemplum Salvatorem nostrum carnem sumere, ac tibi usque ad mortem crucis obedire voluisti; concede, quæsumus, nobis supplicantibus simplicem et perfectam erga te, et superiores nostros, ministros tuos obedientiam; ut omni loco, et tempore, tam in arduis asperisque rebus, quam facilibus et jucundis illorum dictis acquiescamus; velleque ac nolle nostrum cum omni resignatione submittamus, ac tandem ad promissa obedientibus præmia feliciter pertingamus. Per eundem Dominum, etc.

49. Ad patientiam impetrandam.

Deus, qui Unigeniti tui patientia antiqui hostis contrivisti superbiam; da nobis, quæsumus, quæ idem pie pro nobis pertulit, digne recolere; sicque exemplo ejus nobis adversantia æquanimiter tolerare. Per *eundem Dominum*, etc.

50. Ad sobrietatem impetrandam.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per continentiam salutarem, et corporibus mederis et mentibus; majestatem tuam supplices exoramus, ut omnia voluptaria et superflua resecantes, devotio nos sancta lætificet; quatenus terrenis affectibus mitigatis, facilius cœlestia capiamus. Per Dominum nostrum, etc.

51. Ad castitatem impetrandam.

Deus, innocentiæ restitutor et amator, qui mundis corde, puritateque nitentibus animis tui visionem repromittis, quique Filii tui, et sacratissimæ matris ejus exemplo cœlestem castitatis docuisti virtutem; da nobis, quæsumus, mundum, purum, ac perfecte amantem castitatis spiritum; ut refloreat caro nostra vigore pudicitiæ et sanctimoniæ novitate; quod de manu erepta tartari, mentique obsecundans suæ, resurrectionis cum ea gaudium in Angelorum Sanctorumque omnium societate consequatur. Per eundem Dominum nostrum, etc.

52. Ad mansuetudinem impetrandam.

Deus, qui sedes ducum superborum destruis, et sedere facis mites pro eis; da nobis illam mansuetudinem, quam nobis mitis ille Agnus, Filius tuus unigenitus, et verbis ostendit, et factis; ut nulla in corde nostro amaritudo, nulla in verbis impatientia, nulla in operibus vindicta resideat; sed instar agni mansueti, inter injurias, et hujus vitæ incursus pacifice et quiete æternum tibi servire valeamus. Per eundem Dominum, etc.

53. Ad caritatem impetrandam.

Deus, qui diligentibus te bona invisibilia præparasti, infunde cordibus nostris inviolabilem tuæ caritatis affectum; ut te in omnibus, et super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne desiderium *superant*, consequamur. Per Dominum, etc.

54. Ad modestiam impetrandam.

us et creator noster, qui omnia in numero, e et mensura creasti; tempera ab invisibilibus ionibus cor nostrum, affectus animæ mode- ›frena linguam, appetitiones cohibe: internum ımque hominem compone; Angelis et homini- :a modestia nostra, te Deum Patrem, et quem Jesum Christum, ac Paraclitum Spiritum glo- cui gloria et honor in sæcula. Amen.

›5. Ad perseverantiam impetrandam.

us, qui justificas impium, et non vis mortem orum; majestatem tuam suppliciter depreca- t nos famulos tuos de tua misericordia confi- cœlesti semper protegas auxilio, et assidua ione conserves; ut tibi jugiter famulemur, ue tentationibus a te separemur, sed constanti m exercitio, ad tua promissa currentes, cœle- ›onorum facias esse consortes. Per Dominum n, etc.

d impetrandam victoriam de pravis incli- nationibus.

ıus sancte, Pater misericordiarum, qui me cre- ıt in libertate filiorum tuorum tibi servirem; mitte, ut diutius subjectus sim legi probrosæ n malarum passionum. Adjuva me, ut me ex- ı ex earum tristi servitute. Confirma me in ine, quod mihi contra me ipsum est ineundum. nosti, Domine, infirmitatem meam, et robur ariorum meorum, mihi dominantium; miseria- ›arum testes ante oculos tuos habes. Quovis ıto ira me abripit, inflat superbia, dolor dejicit, nentia periculis exponit, morosum ac tetricum ım aliis intolerabilem reddit, acedia ab imple- ıuneris retrahit, amor proprius operibus etiam immiscens, *meliorem* partem tibi debitam suf-

furatur. Qualis violentia, mi Deus! qualis servitus animæ, aspirantis nihilominus ad tui amorem, tibique se totam tradere cupientis!

Verum detestor et reprobo has omnes impotentis animi affectiones, doleoque, quod illis, utpote tibi summopere displicentibus, toties obsecutus fuerim, tuamque infinitam bonitatem toties offenderim, quoties illis morem gessi. Absit, ut in posterum, quocumque etiam meo periculo et labore, tam periculosis suggestionibus obtemperem; quovis meliore modo illis resistam, utpote fontibus omnium peccatorum meorum. In nomine tuo, Deus, arma corripiam, ad hostem hunc oppugnandum, quem tot alii, tua adjuti gratia, tanta cum gloria ac felicitate prostraverunt. In hoc quoque nomine tuo plenam de illis spero victoriam, per Dominum nostrum Jesum Christum, qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

57. Ad virtutes adipiscendas.

Concede mihi misericors Deus, quæ tibi placita sunt, ardenter concupiscere, prudenter investigare, veraciter agnoscere, perfecte adimplere ad laudem et gloriam nominis tui. Ordina statum meum, et quod a me requiris ut faciam, tribue ut sciam et da exsequi, sicut oportet et expedit animæ meæ. Da mihi, Domine Deus meus, inter prospera et adversa non deficere, ut in illis non extollar, in istis non deprimar; de nullo gaudeam vel doleam, nisi quod ducat ad te, vel abducat a te, nulli placere appetam, vel displicere timeam, nisi tibi. Vilescant mihi, Domine, omnia transitoria, et cara mihi sint omnia tua propter te, et tu, Deus, præter omnia. Tædeat me gaudii, quod est sine te; nec aliquid cupiam, quod est extra te. Delectet me Domine labor, qui est pro te, et tædiosa mihi sit omnis quies, quæ est sine te. Frequenter da mihi, Domine, cor ad te dirigere et in defectione mea

... um emendationis proposito dolendo pensare. Fac me, Domine, Deus obedientem sine contradictione, pauperem sine defectione; castum sine corruptione; patientem sine murmuratione, humilem sine fictione et hilarem sine dissolutione, tristem sine dejectione, maturum sine gravitate, agilem sine levitate, timentem sine desperatione, veracem sine duplicitate; operantem bona sine præsumptione; proximum corrigere sine elatione, ipsum ædificare verbo et exemplo sine simulatione.

Da mihi, dulcissime Jesu, cor pervigil, quod nulla abducat a te curiosa cogitatio; da nobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio; da rectum, quod nulla deorsum obliquet sinistra intentio; da invictum, quod nulla frangat tribulatio; da liberum, quod nulla sibi vindicet perversa et violenta affectio. Largire mihi Domine, Deus meus, intellectum te cognoscentem, diligentiam te quærentem, sapientiam te invenientem, conversationem tibi placentem, perseverantiam te fideliter exspectantem et fiduciam te finaliter amplectentem, tuis pœnis confligi per pœnitentiam, tuis beneficiis uti in via per gratiam et tandem tuis gaudiis in patria perfrui per gloriam. Amen.

(S. Thom. Aqu.)

58. Ad impetrandam devotionem.

Domine, Deus, bonitas infinita! quis ego sum, ut audeam ad te loqui? Ego sum pauperrimus servulus tuus et abjectus vermiculus, multo pauperior et contemptibilior, quam scio et dicere audeo; memento tamen, Domine, quia nihil sum, nihil habeo, nihilque valeo. Tu solus bonus, justus et sanctus. Tu omnia potes, omnia præstas, omnia imples, solum peccatorem relinquens inanem; reminiscere miserationum tuarum, Domine, et imple cor meum gratia tua, qui non vis vacua esse opera *tua*. Noli avertere faciem

tuam a me; noli visitationem tuam prolongare; noli consolationem tuam abstrahere, ne fiat anima mea sicut terra sine aqua tibi. Ministra devotionis aquas ad irrigandam faciem terræ (i. e. animam meam), ad producendum fructum bonum et optimum. Eleva mentem pressam mole peccatorum, et ad cœlestia totum desiderium meum suspende, ut gustata suavitate supernæ felicitatis, pigeat de terrenis cogitare. Amen.

59. Ad impetrandam contritionem.

Omnipotens et mitissime Deus, qui sitienti populo fontem viventis aquæ de petra produxisti; educ de cordis nostri duritia lacrymas compunctionis; ut peccata nostra plangere valeamus, remissionemque eorum te miserante mereamur accipere.

6. Preces ante et post studia persolvendæ.

Ante studia.

Veni, sancte Spiritus, et emitte cœlitus lucis tuæ radium. Veni, pater pauperum, veni, dator munerum, veni, lumen cordium.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere! Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Da mihi, Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam, ut mecum sit, et mecum laboret, ut feliciter mihi cedant hæc studia, quibus adjutus ad altiorem tui agnitionem et perfectum bonitatis tuæ amorem pervenire possim. Amen.

Sancta Maria, sedes sapientiæ, quæ singularem servorum tibi devotorum curam agis, impetra mihi, clienti tuo, quæso, Spiritus sancti gratiam, qua intellectus meus liberalibus disciplinis plenius illustretur,

quas in Filii tui tuumque honorem et spiritualem meam utilitatem aliquando convertere possim.

Tot sint tibi laudes, o bone Deus, quot literas scribam, quot verba legam; — tot quoque sint laudes tibi, Virgo Maria.

Post studia.

Tot sint tibi laudes, Jesu, quot literas scripsi, quot verba legi; — tot quoque sint laudes tibi, Virgo Maria.

Infunde, Domine, cordi meo lumen sapientiæ tuæ, et purifica cogitationes meas, ut te plene agnoscere, digne laudare, perfecte diligere, et omnia studia mea semper ad gloriam tuam referre valeam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ne sinas me, Domine, inflari scientia, quæ destruetur, sed da caritatem ædificantem, quæ numquam excidat, ut non evanescam in cogitationibus meis, nec judicem me scire aliquid inter homines, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. Amen.

7. Preces ante et post prandium et cœnam persolvendæ.

Ante prandium.

℣. Benedicite!
℟. Benedicite!
℣. Oculi omnium

Aliquibus diebus Versiculi et Responsoria hic dicuntur propria, pag. 283 posita.

℟. In te sperant, Domine, et tu das escam illorum in tempore opportuno; aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione.
℣. Gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto,
℟. Sicut erat in principio et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.
℣. Kyrie eleison,
℟. Christe eleison,

℣. Kyrie eleison. Pater noster. *(secreto)*

℣. Et ne nos inducas in tentationem,

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Oremus. Benedic, Domine, nos et hæc tua dona, quæ de tua largitate sumus sumturi. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

℣. Jube domne benedicere,

Sacerdos: Mensæ cœlestis participes faciat nos rex æternæ gloriæ.

Post prandium.

℣. Tu autem, Domine, miserere nobis!

℟. Deo gratias.

℣. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua,

℟. Et Sancti tui benedicant tibi.

℣. Gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto,

℟. Sicut erat in principio et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

℣. Agimus tibi gratias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis, qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

℣. Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

℟. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: et veritas Domini manet in æternum.

℣. Gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto,

℟. Sicut erat in principio et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

℣. Kyrie eleison,

℟. Christe eleison,

℣. Kyrie eleison. Pater noster. *(secreto)*

℣. Et ne nos inducas in tentationem,

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Dispersit, dedit pauperibus,
℟. Justitia ejus manet in sæculum sæculi.
℣. Benedicam Dominum in omni tempore,
℟. Semper laus ejus in ore meo.
℣. In Domino laudabitur anima mea;
℟. Audiant mansueti et lætentur.
℣. Magnificate Dominum mecum,
℟. Et exaltemus nomen ejus in idipsum.
℣. Sit nomen Domini benedictum,
℟. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.
℣. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam.
℟. Amen.
℣. Benedicamus Domino,
℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.
℟. Amen.
℣. Pater noster. *(secreto)*
Sacerdos: Deus det nobis suam pacem.
℟. Et vitam æternam. Amen.

(Aliquibus in Seminariis statim additur Salutatio Angelica scil. Angelus Domini etc. *pag. 285.)*

Sacerdos: Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

℟. Amen.

Ante cœnam.

℣. Benedicite!
℟. Benedicite!
℣. Edent pauperes,
℟. Et saturabuntur et laudabunt Dominum, qui requirunt eum; vivent corda eorum in sæculum sæculi.
℣. Gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto,
℟. Sicut erat etc.

℣. Kyrie eleison,
℟. Christe eleison,
℣. Kyrie eleison. Pater noster. *(secreto)*
℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Oremus. Benedic, Domine, nos et hæc tua dona, quæ de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.
℣. Jube domne benedicere.

Sacerdos: Ad cœnam vitæ æternæ perducat nos rex æternæ gloriæ.

℟. Amen.

Post cœnam.

℣. Tu autem, Domine, miserere nobis!
℟. Deo gratias!
℣. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus,
℟. Escam dedit timentibus se.
℣. Gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto,
℟. Sicut erat etc.
℣. Benedictus Deus in donis suis, et sanctus in omnibus operibus suis, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum,
℟. Amen.
℣. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi;
℟. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: et veritas Domini manet in æternum.
℣. Gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto,
℟. Sicut erat etc.
℣. Kyrie eleison,
℟. Christe eleison,
℣. Kyrie eleison. Pater noster. *(secreto)*
℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.

℣. Dispersit, dedit pauperibus,
℟. Justitia ejus manet in sæculum sæculi.
℣. Benedicam Dominum in omni tempore,
℟. Semper laus ejus in ore meo.
℣. In Domino laudabitur anima mea,
℟. Audiant mansueti et lætentur.
℣. Magnificate Dominum mecum,
℟. Et exaltemus nomen ejus in idipsum.
℣. Sit nomen Domini benedictum,
℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.
℣. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam,
℟. Amen.
℣. Benedicamus Domino,
℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.
℟. Amen.
℣. Pater noster. *(secreto)*
Sacerdos: Deus det nobis suam pacem,
℟. Et vitam æternam. Amen.

Versiculi et Responsoria pro quibusdam diebus et festis.

In Nativit. Domini usque ad cœnam vigil. Epiphan.

Ante mensam.

℣. Verbum caro factum est, Alleluja!
℟. Et habitavit in nobis, Alleluja.

Post mensam.

℣. Notum fecit Dominus, Alleluja!
℟. Salutare suum, Alleluja!

In Epiphania et per Octavam:

Ante mensam.

℣. Reges Tharsis et insulæ munera offerent, Alleluja.
℟. Reges Arabum et Saba dona adducent, Alleluja.

Post mensam.

℣. **Omnes de Saba venient, Alleluja!**
℟. **Aurum et thus deferentes, Alleluja!**

Feria V. in Cœna Domini dicitur absolute:

Ante mensam.

℣. **Christus factus est pro nobis obediens**
℟. **Usque ad mortem.**

Deinde Pater noster *totum secreto. Quo dicto sine pronuntiatione aliqua sacerdos signo crucis benedicit mensam; nec dicitur* Jube domne, *nec* Tu autem.

Post mensam.

℣. **Christus factus est pro nobis obediens**
℟. **Usque ad mortem.**

Postea dicitur Psalmus 50 Miserere *(pag. 392), quo finito sine* Gloria Patri, *secreto dicitur* Pater noster, *et denique absolute sequens Oratio:*

℣. **Respice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium et crucis subire tormentum.**

Præter hæc nihil prorsus additur, sed secreto dicitur ab omnibus Pater noster.

In Parasceve dicitur, quod in cœna Domini observatum fuit, nisi quod ante et post mensam addatur:

℣. **Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem,**
℟. **Mortem autem crucis.**

Sabbato sancto ante et post mensam.

℣. **Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, Alleluja!**
℟. **Venit Maria Magdalena et altera Maria, videre sepulchrum, Alleluja!**

℣. Gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto,
℟. Sicut erat etc.

In die Paschæ et per Octavam:
℣. Hæc dies, quam fecit Dominus, Alleluja!
℟. Exultemus et lætemur in ea, Alleluja!
℣. Gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto,
℟. Sicut erat etc.

In Ascensione Domini usque ad Vigil. Pentecost.:
Ante mensam.
℣. Ascendit Deus in jubilatione, Alleluja!
℟. Et Dominus in voce tubæ, Alleluja!
Post mensam.
℣. Ascendens Christus in altum, Alleluja!
℟. Captivam duxit captivitatem, Alleluja!

A Vigil. Pentec. usque ad cœnam sequ. Sabbati excl.
Ante mensam.
℣. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, Alleluja!
℟. Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, Alleluja!
Post mensam.
℣. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, Alleluja!
℟. Et cœperunt loqui, Alleluja!

8. Preces ad Salutationem Angelicam.
(ad trinum campanæ pulsum. — Indulg.)

℣. Angelus Domini nuntiavit Mariæ,
℟. Et concepit de Spiritu sancto. Ave Maria etc.
℣. Ecce ancilla Domini,
℟. Fiat mihi *secundum verbum* tuum. Ave Maria etc.

℣. Et Verbum caro factum est,
℟. Et habitavit in nobis. Ave Maria etc.
℣. Ora pro nobis, sancta Dei genitrix,
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Gratiam tuam, quæsumus, Do mentibus nostris infunde; ut qui Angelo nunti Christi Filii tui incarnationem cognovimus, pe sionem ejus et crucem ad resurrectionis gloriam ducamur. Per eundem Christum Dominum nos

℟. Amen.

Tempore paschali non dicitur *Angelus*, sed sequens phona, et quidem stando:

Regina cœli, lætare, Alleluja.
Quia quem meruisti portare, Alleluja.
Resurrexit sicut dixit, Alleluja.
Ora pro nobis Deum. Alleluja.
℣. Gaude et lætare, Virgo Maria, Alleluja.
℟. Quia surrexit Dominus vere. Alleluja.

Oremus. Deus, qui per resurrectionem Fi Domini nostri Jesu Christi mundum lætificare d tus es; præsta quæsumus, ut per ejus genitricem ginem Mariam perpetuæ capiamus gaudia vitæ. eundem Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.



9. Preces in memoriam agoniæ Christi. (fe

Ant. Traditor autem dedit eis signum, di Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.

℣. Christus factus est pro nobis obediens
℟. Usque ad mortem.

Oremus. Respice, quæsumus Domine, hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Christus non dubitavit manibus tradi nocentiu crucis subire tormentum. Qui tecum vivit.

10. Preces in memoriam mortis Christi. (feria VI.)

Ant. Cum accepisset acetum, dixit: Consummatum est, et inclinato capite emisit spiritum.

℣. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem,

℟. Mortem autem crucis.

Oremus. Respice, quæsumus Domine, *ut pag. 286.*

Alia Oratio.

(Indulg. 300 dierum. Pius VII. 25. Aug. 1820.)

Oremus. Deus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, a Judæis reprobari, a Juda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annæ, Caiphæ, Pilati et Herodis indecenter offerri, a falsis testibus accusari, flagellis et opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, cruci clavibus affigi, in cruce levari, inter latrones deputari, felle et aceto potari, et lancea vulnerari: tu, Domine, per has sanctissimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, et per sanctam crucem et mortem tuam libera me a pœnis inferni, et perducere digneris, quo perduxisti latronem tecum crucifixum. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Addantur quinque Pater noster, Ave *et* Gloria Patri.

11. Preces in visitationibus SS. Sacramenti persolvendæ.

Rhythmus S. Thomæ Aquinatis.

1. Adoro te devote, latens deitas, * Quæ sub his figuris vere latitas: * Tibi se cor meum totum subjicit, * Quia te *contemplans totum* deficit.

2. Visus, tactus, gustus in te fallitur, * Sed auditu solo tuto creditur; * Credo quidquid dixit Dei filius, * Nil hoc verbo veritatis verius.

3. In cruce latebat sola deitas, * At hic latet simul et humanitas; * Ambo tamen credens atque confitens, * Peto quod petivit latro pœnitens.

4. Plagas sicut Thomas non intueor, * Deum tamen meum te confiteor; * Fac me tibi semper magis credere, * In te spem habere, te diligere.

5. O memoriale mortis Domini, * Panis vivus, vitam præstans homini, * Præsta meæ menti de te vivere, * Et te illi semper dulce sapere.

6. Pie pelicane, Jesu, Domine, * Me immundum munda tuo Sanguine, * Cuius una stilla salvum facere * Totum mundum quit ab omni scelere.

7. Jesu, quem velatum nunc aspicio, * Oro fiat illud, quod tam sitio, * Ut te revelata cernens facie, * Visu sim beatus tuæ gloriæ. Amen.

℣. Panem de cœlo præstitisti eis, *(p. t. Alleluja.)*

℟. Omne delectamentum in se habentem. *(t. p. Alleluja.)*

Oremus. Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue quæsumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Addi hic in aliquibus Seminariis solet ex Antiphonis B. M. V. (pag. 446 positis) ea, quæ tempori convenit, [tempore vero paschali, quando Antiphona Regina cœli immediate ante visitationem Sanctissimi in refectorio recitata fuit, loco ejusdem sumitur Memorare (pag. 448)]; deinde preces pro Papa (pag. 256), pro Episcopo (pag. 257), pro Principe (pag. 260), et pro vivis et defunctis (pag. 270).

Oratio S. Alphonsi pro visitatione quotidiana SS. Sacramenti.

(Indulg. 300 dierum. Pius IX. 7. Sept. 1854.)

Domine mi Jesu Christe, qui pro tuo in homines amore nocte dieque in hoc Sacramento permanes pietate et amore totus plenus, exspectans, vocans, et excipiens omnes, qui te visitatum veniunt, credo te esse præsentem in Sacramento altaris; ex abysso nihili mei te adoro, gratiasque tibi pro omnibus a te mihi collatis beneficiis ago, præcipue quod mihi dederis temetipsum in hoc Sacramento, tuamque sanctissimam Matrem Mariam in advocatam, et quod vocaveris me ad visitandum te in hac ecclesia. Sanctissimum cor tuum hodie saluto, illudque salutare intendo triplicem in finem. Primo in gratiarum actionem pro magno hoc dono. Secundo in compensationem omnium injuriarum, quas ab inimicis tuis accepisti in hoc Sacramento. Tertio hac visitatione intendo adorare te in omnibus terræ locis, in quibus in hoc Sacramento minus es honoratus magisque derelictus. Mi Jesu, toto corde te amo. Doleo me quondam toties contristasse bonitatem tuam infinitam. Propono pro futuro non amplius te offendere mediante tua gratia; et pro præsenti, quantumvis sim miserabilis, tibi consecro me totum; dono et trado tibi totam meam voluntatem, affectus, desideria, omnia mea. Ex hoc nunc fac de me et de rebus meis quidquid tibi placet. Unum a te peto, unum desidero, sanctum tuum amorem, perseverantiam finalem, et perfectam tuæ voluntatis adimpletionem. Commendo tibi animas purgatorii, illas præsertim, quæ erga sanctissimum Sacramentum et Beatissimam Virginem Mariam magis devotæ fuerunt. Commendo etiam tibi omnes miseros peccatores. Unio tandem, mi care Salvator, omnes affectus meos cum affectibus amorosissimi tui cordis, et ita unitos offero illos æ-

terno tuo Patri, eumque in nomine tuo oro, ut propter amorem tuum eos accipiat et exaudiat.

Pro visitatione Beatissimæ Virginis Mariæ: Sanctissima Virgo immaculata, et mater mea Maria, tibi, quæ mater es Domini mei, regina mundi, advocata, spes et refugium peccàtorum, ad te hodie recurro omnium miserrimus. Te veneror, o magna regina, gratiasque tibi ago pro omnibus, quæ hucusque mihi contulisti beneficiis, præcipue quod præservaveris me ab inferno, quem toties merui. Amo te, amabilissima Domina, et ex amore erga te promitto me semper tibi esse serviturum, et facturum quidquid in me est, ut et ab aliis ameris. In te spem meam omnem pono, omnemque meam salutem; accipe me in servum tuum, et sub pallio tuo excipe me, Mater misericordiæ. Et quia tanta est tua apud Deum potentia, libera me ab omnibus tentationibus, aut obtine mihi virtutem ad eas superandas usque ad mortem. A te peto verum Jesu Christi amorem. A te spero felicem mortem. Mater mea, pro tuo in Deum amore, oro te, adjuva me semper, sed maxime in ultimo vitæ meæ momento. Ne derelinquas me donec in cœlo salvum me videas, ad benedicendam te, et ad cantandas misericordias tuas in perpetuam æternitatem. Amen.



Secundus modus visitandi SS. Sacramentum.

Litaniae de sanctissimo Sacramento.

Kyrie eleison, — Christe eleison, — Kyrie eleison.
Christe audi nos, — Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, — miserere nobis.
Fili, Redemptor mundi, Deus, — miserere nobis.
Spiritus sancte, Deus, — miserere nobis.
Sancta Trinitas, unus Deus, — miserere nobis.
Panis vive, qui de cœlo descendisti, — miserere nobis.

…onditus et Salvator,
…n electorum,
…minans virgines,
…nis et deliciæ regum,
…ficium,
…unda,
…ue macula,
…issima,
…n esca,
…conditum,
…irabilium Dei,
…rsubstantialis,
…ro factum, habitans in nobis,
…cta,
…dictionis,
fidei,
…n et venerabile Sacramentum,
…n omnium sanctissimum,
…n vere propitiatorium pro vivis et de-

…tidotum, quo a peccatis præservamur,
…n supra omnia miraculum,
…na Dominicæ passionis commemoratio,
…nsscendens omnem plenitudinem,
præcipuum divini amoris,
…luentia largitatis,
…um et augustissimum mysterium,
…m immortalitatis,
…m ac vivificum Sacramentum,
…n sacrificium,
…nviva,
…m convivium, cui assistunt Angeli
…ntes,
…caritatis,
…t oblatio,
dulcedo *in proprio fonte* degustata,

Miserere nobis.

Refectio animarum sanctarum, — miserere nobis.
Viaticum in Domino morientium, — miserere nobis.
Pignus futuræ gloriæ, — miserere nobis.
Propitius esto, — parce nobis, Domine.
Propitius esto, — exaudi nos, Domine.
Ab indigna Corporis et Sanguinis tui susceptione, — libera nos, Domine.

A concupiscentia carnis,
A concupiscentia oculorum,
A superbia vitæ,
Ab omni peccandi occasione,
Per desiderium illud, quo hoc Pascha cum discipulis manducare desiderasti,
Per summam humilitatem, qua discipulorum pedes lavisti,
Per ardentissimam caritatem, qua hoc divinum, Sacramentum instituisti,
Per Sanguinem tuum pretiosum, quem nobis in altari reliquisti,
Per quinque vulnera huius tui Corporis sacratissimi, quæ pro nobis suscepisti,

— Libera nos, Domine.

Peccatores, — te rogamus, audi nos.

Ut in nobis fidem, reverentiam et devotionem erga hoc admirabile Sacramentum augere et conservare digneris,
Ut ad frequentem usum Eucharistiæ per veram peccatorum confessionem nos perducere digneris,
Ut nos ab omni hæresi, perfidia ac cordis cæcitate liberare digneris,
Ut sanctissimi huius Sacramenti pretiosos et cœlestes fructus nobis impertiri digneris,
Ut in hora mortis nostræ hoc cœlesti viatico nos confortare et munire digneris,

— Te rogamus, audi nos.

Fili Dei,
Agnus Dei, etc., — parce nobis, Domine.

gnus Dei, etc., — exaudi nos, Domine.
gnus Dei, etc., — miserere nobis.
hriste audi nos. — Christe exaudi nos.
yrie eleison, — Christe eleison, — Kyrie eleison.
ater noster. — Ave Maria.
℣. Panem de cœlo præstitisti eis, (t. p. Alleluia.)
℟. Omne delectamentum in se habentem. (Alleluja.)
Oremus. Deus qui nobis etc. *pag. 288.*

O benignissime Jesu, a quo manant in nos omnia ›na, per quem omnia mala a nobis arcentur; averte me omnem vanitatem, mentis elationem, carnis libinem, oris licentiam, contemptum inopum, avaritiæ ·dorem, et quidquid demum divinæ majestati tuæ splicet, ut tibi Deo meo in veritate serviam, et te ›rde perfecto laudem et glorificem in sæcula. Amen.

O bone Jesu, quem hic vere agnosco præsentem, .c, obsecro, ut sentiat anima mea virtutem præsenæ tuæ, et infunde in eam gratiæ tuæ lumen. Da mihi ›nsum capacem, intellectum facilem, memoriam te‑ ıcem, efficaciam in opere, gratiam in conversatione, :ofectum in studiis, processum in conceptis, sola‑ en in adversis, tutelam in prosperis, ut, quocumque e verterim, ubique gratia et misericordia tua præ‑ ›dat me. Si errem, reduc me; si ignorem, doce me; peccem, corripe me; si trister, consolare me; si ıdam, erige me; da mihi gratiam, verius te cogno‑ ›endi, ardentius te diligendi, sincerius in te credendi : tutius te sequendi.

O dulcissime Jesu, qui vere hic es Deus abscon‑ ıtus! concede mihi, quæso, quæ tibi placent, diligen‑ ›r et ardenter concupiscere, prudenter investigare, eraciter agnoscere et perfecte adimplere ad laudem : gloriam nominis tui. Vias tuas demonstra mihi et ›mitas tuas edoce me; quod a me requiris tribue, ut ›iam, et da exsequi, *sicut oportet* et expedit animæ

meæ. Da mihi gratiam non deficiendi inter prospera et adversa, ne extollar in illis, neve deprimar in istis. De nulla re gaudiam vel doleam, nisi quæ ducat ad te, vel abducat a te; nulli placere appetam, vel displicere timeam, nisi tibi soli. Vilescant mihi omnia transitoria, et cara mihi sint omnia tua propter te, et tu, mi Deus, plus quam omnia! Tædeat me gaudii, quod est sine te, nec cupiam aliquid, quod est extra te; delectet me labor, qui est pro te, et tædiosa sit mihi omnis quies, quæ non est in te. Da mihi, o bone Jesu, gratiam, cor meum frequenter ad te dirigendi, omnia in caritate faciendi, quasi mortuum reputandi quidquid ad cultum tuum non pertinet, actiones meas non ex consuetudine peragendi, sed devote ad te dirigendi. Fac me humilem sine fictione, hilarem sine dissolutione, tristem sine dejectione, maturum sine asperitate, veracem sine duplicitate, te timentem sine desperatione, in te sperantem sine præsumptione, obedientem sine contradictione, patientem sine murmuratione. Da mihi etiam, dulcissime Jesu, cor pervigil, quod nulla a te abducat curiosa agitatio; da cor immobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio; da invictum, quod nulla frangat vel fatiget tribulatio; da liberum, quod nulla sibi vindicet violenta delectatio; da rectum, quod nulla seorsum obliquet sinistra intentio. Largire mihi intellectum te cognoscentem, diligentiam te quærentem, sapientiam te invenientem, conversationem tibi placentem, perseverantiam te fideliter exspectantem, fiduciam te feliciter amplectentem, tuis beneficiis in via uti per gratiam, et tandem gaudiis tuis in pace frui per gloriam. Amen. *(Ex oratione S. Thomæ familiari.)*

Piae petitiones S. Augustini.

Domine Jesu, noverim me, noverim te, * Nec aliquid cupiam nisi te. * Oderim me, et amem te, *

Omnia agam propter te. * Humiliem me, exaltem te. * Nihil cogitem nisi te. * Mortificem me et vivam in te. * Quæcumque eveniant, accipiam a te. * Persequar me, sequar te, * Semperque optem sequi te. * Fugiam me, confugiam ad te, * Ut merear defendi a te. * Timeam mihi, timeam te, * Ut sim inter electos a te. * Diffidam mihi, fidam in te. * Obedire velim propter te. * Ad nihil afficiar, nisi ad te, * Et pauper sim propter te. * Aspice me, ut diligam te; * Voca me, ut videam te, * Et in æternum fruar te. Amen.

Commendo me tibi, o bone Jesu! intra mellifluum cor tuum absconde me, nec permitte me separari a te. Sis mihi in vita solatium, in morte viaticum, in æternitate præmium. Id rogo te pro me et pro omnibus fratribus et amicis meis, per lacrymas, sudorem et Sanguinem tuum. Amen.

Benedic mihi, Domine Jesu, cum Patre et sancto Spiritu, uberemque largire gratiam amplectendi semper et in omnibus, nunc et in hora mortis tuam sanctissimam voluntatem. Amen.

Tertius modus visitandi SS. Sacramentum.

Salutatio sanctissimi cordis Jesu.

Salve, cor Jesu dulcissimum, suavisonum sanctissimæ Trinitatis instrumentum! Salve, cor Jesu amantissimum, omnium divitiarum Dei nobilissimum ærarium! Millies et millies benedico et saluto tuam divinam bonitatem, quia es fons et origo, ex qua omnis bonitas et misericordia scaturit. O nobile et pretiosum cor Jesu Christi! per mutuam gratitudinem colendæ Trinitatis saluto et adoro te ob abundantiam omnium gratiarum, quæ effluxerunt et sine fine effluent in omnes sanctas et devotas animas, quas toties irrigasti et inebriasti torrente divinæ vo-

luptatis tuæ! — O cor Jesu, cor dulce! O cor Jesu, cor suave! O cor Jesu, cor amabile! O cor Jesu, manans dulcedine, redundans pietate, affluens caritate! In tua intima penetralia immergo spiritum meum et in profundo tuæ misericordiæ sepelio totum pondus iniquitatis et negligentiæ meæ. Tibi offero omnes meos labores et sudores; tibi dedico omnes meas angustias et miserias; tibi commendo vitam et finem vitæ meæ. O cor aroma dulcissimum; incensum suavissimum, sacrificium dignissimum; offer temetipsum super reconciliationis humanæ altare aureum in supplementum omnium, quos vixi dierum, in quibus Deo non detuli fructum. — Benedico tibi, cor Jesu nobilissimum, ob illum amorem, quo a Spiritu sancto ex castissimo Mariæ Virginis sanguine es creatum! Glorifico te, cor Jesu dulcissimum, ob illum amorem, quo a sanctissima Trinitate omnibus cœlestibus donis es decoratum. Magnifico te, cor Jesu mitissimum, ob illum amorem, quo semper erga genus humanum arsisti. Veneror te, cor Jesu benignissimum, ob illum amorem, quo in cruce moriens disruptum fuisti. Collaudo te, cor Jesu fidissimum, ob illum amorem, quo lancea transfigi, sanguinemque et aquam destillare voluisti. — Te igitur, o sanctissima omnique laude dignissima Trinitas per illud cor summe benedictum laudo, glorifico et benedico, quod potueris, sciveris atque volueris huic nobilissimo cordi tam multiplicia dona gratiarumque abundantiam conferre, et summo, quo possum, affectu et reverentia offero tuæ supremæ majestati idipsum cor dulcissimum atque unice dignissimum omni honore, quia plenum est divina gratitudine ac beatitudinis perfectione excellens in perpetuum, atque oro, ut per illud ipsum supplere ac perfecte restaurare digneris quidquid mali commisi et in omni bono neglexi. Amen.

ᴀctus consecrationis ad sacratissimum cor Jesu.

Dulcissime Jesu, fons amoris, pater misericordiaum et Deus totius consolationis, qui ineffabiles cors tui divitias nobis miseris et indignis aperire dignaas es; ego N. in gratiarum actionem pro innumeris ı me ceterosque homines collatis beneficiis ac præim pro SS. Eucharistiæ institutione, et ad reparanas injurias omnes a me et ab aliis quibuscumque in oc infiniti amoris mysterio cordi tuo amantissimo latas, eidem sacratissimo cordi tuo me totum et mnia mea devoveo cum omnibus bonis ac meritis ex ratia tua acquisitis vel acquirendis, promittens, me ivini cordis tui cultum, quantum pro mea tenuitate icuerit, propagaturum.

Insuper beatissimam Virginem Mariam in peculiarem matrem mihi eligo, huiusque purissimo cordi ne et omnia mea pariter trado ac devoveo, promittens, me huius piissimæ matris cultum juxta ecclesiæ ıentem, quantum in me erit, propagaturum.

A tua ergo immensa bonitate et clementia peto uppliciter, ut hoc holocaustum in odorem suavitatis dmittere digneris, et ut largitus es ad hoc desideandum et offerendum, sic etiam ad explendum graiam uberem largiaris. Amen.

Piae aspirationes ad cor Jesu.

Oh! quam bonum et quam jucundum habitare in orde hoc! Quis illud cor tam vulneratum non diliat? Quis tam amans non redamet! (S. Bern. serm. . de Pass.) — Cor Jesu, cor novum crea in me, et piritum rectum innova in visceribus meis. — Cor Jesu amabilissimum! quis separabit cor meum ab ımore tui? — Cor Jesu mitissimum, humillimum, patientissimum, dirige cor nostrum secundum te. — Cor Jesu, flagrans amore mei, inflamma cor meum ımore tui.

Rhythmus ad SS. cor Jesu.

1. Cor Jesu, cor purissimum, * Cor, ara sanctitatis! * Cor meum purga sordidum, * Infectum tot peccatis.

2. Qui movet tibi vomitum, * Auferto hinc teporem, * Infunde novum spiritum * Et spiritus fervorem.

3. Cor mite, cor humillimum, * Cor plenum bonitatis, * Cor tuo da simillimum, * Da ignem caritatis.

4. Sed quid? si vel Seraphico * Amore cor flagraret, * Non tamen hoc incendio * Non satis te amaret.

5. Ut ergo te diligere, * Cor Jesu, possim satis, * Immensum da, quo amas te * Ardorem caritatis.

6. Hoc, hoc amoris jaculo * Cor meum accendatur, * Et huius ab incendio * In cineres solvatur.

7. O mors exoptatissima, * Sic mori vi amoris! * Amoris sit cor victima * Pro corde Redemptoris.

8. Amore tui moriar, * Cor Jesu, amor meus! * Ut novo corde ordiar * Amare te, o Deus! Amen.

Litaniae de sacratissimo corde Jesu.

Kyrie eleison, — Christe eleison, — Kyrie eleison.
Christe audi nos, — Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus,
Fili, Redemptor mundi, Deus,
Spiritus sancte, Deus,
Sancta Trinitas, unus Deus,
Cor Jesu, verbo Dei substantialiter unitum,
Cor Jesu, divinitatis sanctuarium,
Cor Jesu, sanctæ Trinitatis templum,
Cor Jesu, sapientiæ abyssus,
Cor Jesu, bonitatis oceanus,
Cor Jesu, misericordiæ thronus,
Cor Jesu, thesaurus nunquam deficiens,
Cor Jesu, de cuius plenitudine omnes nos accepimus,
Cor Jesu, pax et reconciliatio nostra,
Cor Jesu, virtutum omnium exemplar,

Miserere nobis.

, infinite amans et infinite amandum,
, fons aquæ salientis in vitam æternam,
, in quo sibi Pater bene complacuit,
, propitiatio pro peccatis nostris,
, propter nos amaritudine repletum,
, usque ad mortem in horto tristissimum,
, opprobriis saturatum,
, amore vulneratum,
, lancea perforatum,
, in cruce sanguine exhaustum,
, attritum propter scelera nostra,
, etiam nunc ab ingratis hominibus in
ısimo amoris Sacramento dilaceratum,
, refugium peccatorum,
, fortitudo debilium,
, consolatio afflictorum,
, perseverantia justorum,
, salus in te sperantium,
, spes in te morientium,
, cultorum tuorum dulce præsidium,
, deliciæ Sanctorum omnium,
, adjutor noster in tribulationibus, quæ
runt nos nimis,

Miserere nobis.

ei, etc., — parce nobis, Domine.
ei, etc., — exaudi nos, Domine.
ei, etc., — miserere nobis.
audi nos, — Christe, exaudi nos.
eison, — Christe eleison, — Kyrie eleison.
ster. — Ave Maria.
mitis et humilis corde,
cor nostrum secundum cor tuum.
nus. Concede quæsumus omnipotens Deus,
sanctissimo dilecti Filii tui corde gloriantes,
a in nos caritatis ejus beneficia recolimus,
pariter et actu delectemur et fructu. Per
Christum Dominum nostrum. Amen.

Domine Jesu, qui ineffabiles cordis tui divitias ecclesiæ tuæ novo beneficio aperire dignatus es; concede, ut huius sacratissimi cordis amori respondere, et injurias eidem afflictissimo cordi ab ingratis hominibus illatas, dignis obsequiis compensare valeamus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Commemoratio cordis beatæ Mariæ Virginis.

℣. Cor Mariæ immaculatum,

℟. Amore Jesu, quo ardes, accende cor nostrum.

Oremus. Clementissime Deus, qui ad peccatorum salutem miserorumque perfugium cor sanctissimum et immaculatum Mariæ divino cordi Filii Jesu Christi caritate et misericordia simillimum esse voluisti; concede, ut qui hujus dulcissimi et amantissimi cordis memoriam agimus, secundum cor Jesu inveniri mereamur. Per eundem Dominum nostrum etc. Amen.

Oratio ad cor Jesu pro agonizantibus. — (Indulg.)

(Indulg. 100 dierum. Pius IX. 2. Febr. 1850.)

O clementissime Jesu, amator animarum, obsecro te per agoniam cordis tui sanctissimi et per dolorem matris tuæ immaculatæ, lava in Sanguine tuo peccatores totius mundi nunc positos in agonia et hodie morituros. Amen.

Cor Jesu in agonia factum, miserere morientium.

Aliæ preces in visitationibus SS. Sacramenti persolvendæ.

„Laudetur et superexaltetur omni momento sanctissimum et divinissimum (Eucharistiæ) Sacramentum.“ (Indulg.) Coram te, o sanctissimum Sacramentum summa cum reverentia procido et cum omnibus Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus cumque omni militia cœlestis exercitus hymnum gloriæ tuæ concino dicens: „Centies millies laudetur

sanctissimum Sacramentum! Et vos sancti Angeli et Patroni mei, mecum et pro me istum Dominum meum hic præsentem adorate et magnificate omni modo et omni tempore.

O Domine Jesu Christe, verus Deus et homo. Ego te hic vere præsentem agnosco, supplex adoro de vitæ carnis tuæ et sanguinis, Corporisque et animæ veritate nihil omnino dubitans. Utinam vero eo te modo contemplari, et cognoscere, diligere, laudare, et glorificare queam, quo tot sanctorum Angelorum millia summo cum gaudio te contemplantur, cognoscunt, diligunt, glorificant in cœlis! Quantum enim tibi debeo, quod amore mei e cœlo descenderis, teque in ara crucis pro me obtuleris? Et in immortale monumentum amoris tui te mihi in Sacramento reliqueris? væ mihi, si amorem hunc amore non compensem!

Ecce quousque processit caritas tua immensa, o mi Jesu amantissime! Tua Carne et pretiosissimo Sanguine divinam mihi præparasti mensam, ut teipsum mihi donares; quid unquam te impulit ad tales summi amoris actus? Certe nihil aliud, quam Cor tuum amore maximo plenum. O Cor adorandum Jesu mei! o fornax ardentissima divini amoris, suscipe in plagas tuas sacratissimas animam meam, ut in ista caritatis schola redamare discam hunc Deum, qui tam admirabilia amoris sui argumenta mihi exhibuit. Amen.

Suavissime Jesu, qui excessu prodigiosissimi amoris in Sacramento altaris apud nos manere voluisti! agnosco te supremum Dominum et Deum meum profundissima qua possum humilitate et devotione, te hic præsentem adoro, gratiasque tibi ago ex toto corde de infinito tenerrimoque amore, quem nobis in hoc Sacramento exhibeas, etsi sæpe indignissimis *modis te tractamus.*

Actus fidei, spei, caritatis et resignationis coram SS. Sacramento.

O Sapientia infinita! O æterna Veritas! O Bonitas immensa! quæ nec falli, nec fallere potes, credo in te, et credo tibi in omnibus, quæ revelasti, perque Ecclesiam mihi credenda proponis. Imprimis vero credo, te in sanctissimo hoc Sacramento esse præsentem, prout apertis verbis asseruisti, quibus plus tribuo, quam ingenio meo, omnibusque sensibus. Et pro hac fide per tuam gratiam mori sum paratus.

Spero in te, o Bonitas infinita, teque per inexhaustam misericordiam tuam, et pretiosissima merita, veniam, gratiam et gloriam mihi promissam, daturum confido.

Amo, et amabo te, et omnia, quæ tu amas, propter te, o fons infinite omnis boni, quia tu omni amore dignus es. O Jesu amabilissime, propter infinitam bonitatem et amabilitatem tuam, amo te super omnia, et omnium Sanctorum cordibus ardentissime te amare desidero; et cum S. Francisco Xaverio, ad pedes tuos prostratus, ex animo dico:

O Deus, ego amo te! * Nec amo te, ut salves me; * Aut quia non amantes te * Aeterno punis igne. * Tu, tu, mi Jesu, totum me * Amplexus es in cruce; * Tulisti clavos, lanceam, * Multamque ignominiam, * Innumeros dolores, * Sudores et angores, * Ac mortem, et hæc propter me, * Ac pro me peccatore. * Cur igitur non amem te, * O Jesu amantissime! * Non ut in cœlo salves me, * Aut ne æternum damnes me, * Nec præmii ullius spe; * Sed sicut tu amasti me, * Sic amo et amabo te, * Solum quia rex meus es, * Et solum quia Deus es.

Auge, mi Deus, fidem meam per virtutem huius divini Sacramenti, conforta spem meam, accende caritatem meam, reple et incende cor meum amore tui, ut nihil præter te aspiret, nec vivat amplius, nisi propter te.

Gaudeo de infinita perfectione, beatitudine et amabilitate tua, et de omni obsequio, laude, honore, et gloria tibi ab electis tuis, et creaturis omnibus unquam reddita, et in æternum reddenda.

Te, tuumque in omnibus beneplacitum amplector, omnique possibili reverentiæ, fiduciæ, amoris, et pietatis affectu veneror et exosculor.

Quidquid in me est affectus erga creaturas, in te solum transfero. Quidquid egero in omnem æternitatem. aut passus fuero, cedat ad tuam gloriam.

Totus sum tuus; fac de me quidquid vis, nunc et in æternum. Amen.

Laus SS. Sacramenti.

Laudetur sanctissimum Sacramentum, tot laudibus, quot in cœlo stellæ, in igne scintillæ, in aëre atomi, in mari guttæ, in terra pulveres: quot in vere flores, æstate grana, autumno folia, hyeme nives et grandines: quot corporeæ in universo sunt creaturæ; quia dignus es, Domine universorum, qui sub corporeis vini panisque speciebus lates. Vere tu es Deus absconditus. *(Isa. 45.)*

Laudetur sanctissimum Sacramentum, tot laudibus, quot ullo opere exhiberi; quot ore proferri; quot corde omnium hominum excogitari unquam potuere, vel possunt; quia dignus es tu, Domine, Pater noster, qui nos cibas, et potas quotidie, cujus redempti sumus pretioso Sanguine, quasi agni immaculati. *(I. Pet. I.)*

Laudetur sanctissimum Sacramentum tot laudibus, quot omnes Angeli, ipsaque sanctissima Trinitas potentia depromere, sua sapientia concipere, sua bonitate optare potest, quia dignus es, Domine Deus meus, qui mihi donas non tantum humanitatem, verum etiam divinitatem tuam, Dominus meus, et Deus meus, laudabilis et gloriosus, et superexaltatus in sæcula. *(Dan. 3.)*

Benignissime Jesu, a quo manant in nos omnia bona, a quo omnia a nobis mala arcentur; averte a me omnem vanitatem, mentis elationem, carnis libidinem, oris licentiam, contemptum inopum, avaritiæ ardorem, et quidquid demum divinæ majestati tuæ displicet; ut tibi, Deo meo in veritate serviam, et in corde perfecto laudem et glorificem in sæcula. Amen.

„Ecce cœlestis Pater, recolens mortem illam unigeniti Filii tui D. N. J Christi, offero tibi hanc hostiam immaculatam, quam ipse obtulit pro mea et totius mundi salute; ecce ad altare tuæ majestatis transmitto oblationem vivam, quam tu in miseratione multa misisti ad altare crucis immolandum pro nobis. Recordare ergo illius sacrosancti sudoris, quasi guttæ sanguinis decurrentis in terram. Respice illam virgineam carnem, verberibus crudeliter flagellatam, colaphis et alapis cæsam, tumoribus lividam, sputis maculatam, sanguine cruentatam, spinis perforatam, clavis confixam, lancea vulneratam. — Illa ergo pietas, quæ Filium tuum traxit et vicit, ut in statera crucis totius mundi peccata libraret, ipsa te cogat, pater, misereri nobis miseris. Respice, obsecro, non in nostra peccata, sed in faciem Christi tui; non enim in justificationibus nostris preces nostras proferimus, sed in multitudine miserationum tuarum. Amen.“ *(S. Bonaventura.)*

Suavissime Jesu, qui excessu singularis tui erga nos amoris in Sacramento altaris nobiscum manere voluisti! agnosco te supremum Dominum ac Deum meum; profundissima cum humilitate te hic præsentem adoro, gratiasque tibi ago ex toto corde pro infinito tenerrimoque amore, quem nobis in hoc Sacramento exhibes, etsi sæpe indignissimis modis te tractemus. Plenus dolore de hac summa injuria et ingratitudine, o Deus majestatis! ad te supplex venio, deprecaturus pro omnibus profanationibus, sacrilegiis

t impietatibus contra adorandum hoc Sacramentum unquam admissis, aut deinceps admittendis. Utinam, mi Deus! magnitudine doloris contestari possem, quantopere me affligat, quod ipsemet, heu dolor! anta cum irreverentia sæpius coram te comparuerim it tam exiguo cum amore ac fervore te suscipere præumpserim! — Obliviscere, Domine, iniquitatum mearum, ut recorderis solummodo misericordiæ tuæ. Ratum habe sincerum, quo flagro, desiderium, ut una necum omnes te honorent in hoc Sacramento amoris. ta Domine! toto affectu cupio te in eo amare, benedicere, laudare, adorare, quantum omnes Sancti et Angeli te amant, benedicunt, adorant, rogans per hoc adorandum Corpus et Sanguinem pretiosum, quibus supplex advolvor, ut deinceps tanta cum reverentia te adorem, tamque digne suscipiam, ut post mortem tuas laudes cum omnibus Sanctis merear in æternum prædicare. Amen.

Commendo me tibi, o bone Jesu! intra mellifluum cor tuum absconde me, nec permitte me in æternum separari a te. Sis mihi in vita solatium, in morte viaticum, in æternitate præmium. Id rogo te pro me, omnibus amicis meis, per lacrymas, sudorem et sanguinem tuum. Amen.

Benedic mihi, Domine Jesu, cum Patre, et sancto Spiritu, uberemque largire gratiam amplectendi semper, et in omnibus, nunc et in hora mortis tuam sanctissimam voluntatem. Amen.

Invocationes in honorem SS. Eucharistiæ Sacramenti.

(Indulg. 300 dierum. Pius IX. 9. Januarii 1854.)

Anima Christi, sanctifica me. Corpus Christi, salva me. Sanguis Christi, inebria me. Aqua lateris Christi, lava me. Passio Christi, conforta me. O bone Jesu, exaudi *me. Intra vulnera* tua absconde me. Ne

permittas me separari a te. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis meæ voca me. Et jube me venire ad te. Ut cum Sanctis tuis laudem te. In sæcula sæculorum. Amen.

Oratio devotissima.

(Indulg. 300 dierum. Leo XII. 3. Martii 1827.)

O Pater, o Fili, o Spiritus sancte, o SS. Trinitas. O Jesu, o Maria, o Joseph, o Angeli, o Sancti, o Sanctæ paradisi, has gratias vos rogo per Sanguinem pretiosissimum Jesu Christi: 1° Ut faciam semper voluntatem Dei. 2° Ut maneam semper cum Deo. 3° Ut nihil cogitem præter Deum. 4° Ut amem solum Deum. 5° Ut faciam omnia propter Deum. 6° Ut quæram solummodo gloriam Dei. 7° Ut meipsum sanctificem solummodo propter Deum. 8° Ut bene cognoscam nihilum meum. 9° Ut semper magis cognoscam voluntatem Dei mei. 10°....

Maria sanctissima, offer æterno Patri Sanguinem pretiosissimum Jesu Christi pro anima mea, pro animabus purgatorii, pro necessitatibus s. ecclesiæ, pro conversione peccatorum et pro toto mundo.

Ter Gloria Patri *in honorem pretiosissimi Sanguinis Jesu Christi; semel* Ave Maria *in honorem Beatissimæ Virginis desolatæ; semel* Requiem æternam *in suffragium animarum purgatorii.*

Oblationes pretiosissimi Sanguinis D. N. J. Ch.

(Indulg. 300 dierum. Pius IX. 18. Junii 1854.)

Pater æterne, offero tibi Sanguinem pretiosissimum Jesu Christi in unione Beatissimæ Virginis immaculatæ, et in nomine ejus; in unione et in nomine omnium beatorum, qui sunt in cœlo, et omnium electorum, qui sunt in terra; in gratiarum actionem pro donis et privilegiis, quibus eam tanquam obedientissimam tuam filiam ornasti, præcipue pro immaculata

ejus conceptione Offero tibi etiam pretiosum hunc Sanguinem pro conversione miserorum peccatorum; pro dilatatione et exaltatione s. ecclesiæ; pro conservatione et prosperitate Summi Pontificis et secundum ejusdem intentiones. Gloria Patri, etc.

Verbum æternum et incarnatum, offero tibi pretiosissimum tuum Sanguinem in unione Beatissimæ Virginis immaculatæ, et in nomine ejus; in unione et in nomine omnium beatorum, qui sunt in cœlo et omnium electorum, qui sunt in terra, in gratiarum actionem pro donis et privilegiis, quibus eam tanquam dilectissimam tuam matrem ornasti, præcipue pro immaculata ejus conceptione. Offero tibi etiam pretiosissimum tuum Sanguinem pro conversione miserorum peccatorum; pro dilatatione et exaltatione s. ecclesiæ; pro conservatione et prosperitate Summi Pontificis, et secundum ejus intentiones. Gloria Patri, etc.

Aeterne Spiritus sancte Dei, offero tibi Sanguinem pretiosissimum Jesu Christi in unione Beatissimæ Virginis immaculatæ, et in nomine ejus; in unione et in nomine omnium beatorum, qui sunt in cœlo, et omnium electorum, qui sunt in terra, in gratiarum actionem pro donis et privilegiis, quibus eam tanquam fidelissimam tuam sponsam ornasti, præcipue pro immaculata ejus conceptione. Offero tibi etiam pretiosum hunc Sanguinem pro conversione miserorum peccatorum; pro dilatatione et exaltatione s. ecclesiæ; pro conservatione et prosperitate Summi Pontificis et secundum ejus intentiones. Gloria Patri, etc.

Oratio ad Beatissimam Virginem. Mater Dei immaculata, sanctissima Virgo Maria, per tuum erga Deum amorem et gratitudinem pro tantis, quibus ab eo ornata fuisti gratiis, præcipue pro singularissimo immaculatæ tuæ conceptionis privilegio, et per infinita Jesu *Christi, divini* tui filii ac domini no-

stri merita oramus et obsecramus te, ut obtineas nobis perfectissimam et constantissimam erga te devotionem plenamque fiduciam consequendi per potentissimam tuam intercessionem omnes, quas petimus grátias. Ex hoc nunc securi nos easdem ab immensa tua bonitate esse accepturos, corde jubilo et gratitudine plena veneramur te repetendo salutationem quam ad te direxit S. Archangelus Gabriel. Ave Maria, etc.

Oratio in honorem pretiosissimi Sanguinis D. N. J. Ch.

(Indulg. 100 dierum. Pius IX. 2. Febr. 1850.)

O clementissime Jesu, amator animarum, obsecro Te per agoniam Cordis tui sanctissimi, et per dolores Matris tuæ immaculatæ, lava in Sanguine tuo peccatores totius mundi nunc positos in agonia, et hodie morituros. Amen.

Cor Jesu in agonia factum miserere morientium.



Orationes variæ ad Christum passum et crucifixum.

Oratio in memoriam passionis et mortis D. N. J. Ch.

(Indulg. 300 dierum. Pius VII. 25. Aug. 1820.)

Deus, qui pro redemptione etc. *pag. 287.*

Piæ salutationes ad septem effusiones Sanguinis Christi contra septem vitia capitalia.

1. In circumcisione — contra luxuriam.

Ave Jesu, qui cruorem * Tener fundis, et laborem * Subis ab infantia. * Ut servemur a peccatis, * Cor, os, sensus, puritatis * Fac ornari gratia.

2. In agonia — contra superbiam.

Ave Jesu, quo sudore. * Mades orans! quo pavore * Nostra luis vitia! * Fac non altum sapiamus, * *Sed et* casum timeamus * Junctum cum superbia.

3. In flagellatione — contra iram.
e Jesu; laniatus * Diris flagris, nil turbatus * ofusus Sanguine. * O fac nobis crux dulcescat, ns iram mens mitescat, * Sævo vacans crimine.

4. In coronatione — contra gulam.
e Jesu, coronatus, * Heu quam larga purpura- tas cruoris copia! * Trahat sursum spiritalis * luptas, non carnalis, * Ventris ad obsequia.

n vestium detractione — contra avaritiam.
e Jesu, dum nudaris, * Refricatis cruentaris * ›r vulneribus. * Christe, tibi, fac, jungamur, * ıdum te sequamur, * Liberis affectibus.

6. In crucifixione — contra acediam.
e Jesu, qui transfossis * Cruce membris, ple- sis * Sacrum fundis Sanguinem. * Ardor tui, oris * Urat nos, et vi fervoris * Arceat torpe-

In lateris apertione — contra invidiam.
e Jesu, qui sacratum * Cor das nobis, dilata- 'ontem pandens gratiæ. * Aqua lavet, sanguis : Et nos duplex amor formet * Nescios invidiæ.

ıtiones S. Gregorii de passione Christi.

Domine Jesu Christe, adoro te in cruce pen- ı, et coronam spineam in capite portantem; ›r te, ut me tua crux liberet ab Angelo per- ɘ. Amen. Pater noster, etc. Ave Maria, etc.

Domine Jesu Christe, adoro te in cruce vul- n, felle et aceto potatum; deprecor te, ut vul- a sint remedium animæ meæ. Amen. Pater Ave Maria.

Domine Jesu Christe, propter illam amaritu- quam pro me *miserrimo* sustinuisti in cruce, *in illa hora, quando* nobillissima anima tua

egressa est de benedicto corpore tuo; deprecor te, miserere animæ meæ in egressu suo, et perduc eam in vitam æternam. Amen. Pater noster. Ave Maria.

O Domine Jesu Christe, adoro te descedentem ad inferos, et liberantem captivos; deprecor te, ne permittas me illuc introire. Amen. Pater noster. Ave Maria.

O Domine Jesu Christe, adoro te resurgentem a mortuis, ascendentem ad cœlos, sedentemque ad dexteram Patris; deprecor te ut illuc te sequi, et tibi præsentari merear. Amen. Pater noster. Ave Maria.

O Domine Jesu Christe, pastor bone, justos conserva, peccatores justifica, omnibus fidelibus miserere, et propitius esto mihi maximo peccatori. Amen. Pater noster. Ave Maria.

O Domine Jesu Christe, adoro te in sepulchro positum, myrrha et aromatibus conditum; deprecor te, ut tua mors sit vita mea. Amen. Pater noster. Ave Maria.

Pia exercitatio erga Christum crucifixum et quinque ejus vulnera.

Oratio præparatoria. En, amantissime Jesu, qui sponsus sanguinum mihi esse voluisti, ad pedes tuos prosternor, ut meum in te amorem, debitamque gratitudinem contester. Sed quid rependam tibi, mi Jesu, qui usque in finem dilexisti me? manibusque ac pedibus, imo et cordi tuo inscripsisti me, magno sane et conspicuo charactere? Quis mihi hoc tribuat, ut sicut tu me, ita et ego te cordi meo inscriptum circumferam? et sicut mei memoria tibi, sic tui mihi nunquam excidat? O Jesu, quam profuso me caritatis affectu complexus es, qui non tantum manus ac pedes, verum et opulentissimum pectus mihi aperiri voluisti, ut inexhausta bonorum cœlestium affluentia desiderium meum expleas! Suscipe hæc mea vota,

quæ colendis sacris tuis quinque vulneribus, persolvo, aditum, prout spero, ad optatissimos hos vitæ fontes misero non intercludes.

Ad s. vulnus pedis sinistri.

Salve, o benedictum vulnus sinistri pedis tui, mi Jesu, quod in spiritu reverenter exosculor, te ex animo rogans, ut hujus tui sanctissimi vulneris merito, evellas pedes meos a laqueo, quem statuerunt mihi inimici mei, et a lapsu animam meam præserves. Non veniat mihi pes superbiæ, nec ambulem in mirabilibus super me; sed in animo contrito, et spiritu humilitatis a te suscipiar.

Ad sacrum hoc vulnus tuum depono et offero omnem afflictionem meam, ut hanc cum cruce et passione tua conjungas, gratiamque largiaris, qua omnes adversitates et miserias amore tui superem, tuæque me semper voluntati conformem. Amen.

Pater noster.

Ad s. vulnus pedis dexteri.

Salve, o benedictum vulnus dexteri pedis tui, mi Jesu, quod in spiritu reverenter exosculor, te ex animo rogans, ut hujus tui sacratissimi vulneris merito, dirigas pedes meos ad currendam viam mandatorum tuorum, ut transeam de virtute in virtutem, donec videam te Deum ac Dominum meum in Sion.

Ad sacrum hoc vulnus tuum depono et offero omnem fortunam ac felices successus meos, quos mihi divinæ providentiæ tuæ dispositio clementer indulsit; ne illorum insolentia elatus animus, te summum bonum meum ad iram unquam provocet. Amen. Pater noster.

Ad s. vulnus manus sinistræ.

Salve, o benedictum vulnus sinistræ manus tuæ, mi Jesu, quod in spiritu reverenter exosculor, te ex animo rogans, ut hujus tui sacratissimi vulneris me-

rito, miserearis fragilitatis et inconstantiæ meæ; et in omni bono proposito me confirmes; illumque tantum insuper mihi amorem præstes, ut dicere queam: læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.

Ad sacrum hoc vulnus tuum depono omnia peccata mea, quæ aut ignorans, aut sciens, volens, unquam commisi. Tu mi Jesu, pretiosissimo tuo Sanguine illa abluere digneris, ne coram justissimo tribunali tuo æternæ damnationis sententiam contra me exposcant. Amen. Pater noster.

Ad s. vulnus manus dexteræ.

Salve, o benedictum vulnus dexteræ manus tuæ, mi Jesu, quod in spiritu reverenter exosculor, te ex animo rogans, ut hujus tui sacratissimi vulneris merito, uberem mihi gratiam et opem contra hostium meorum visibilium et invisibilium conatus largiaris, et in novissimo die ad dexteram tuam me statuas, ubi lætus audiam: venite Benedicti.

Ad sacrum hoc vulnus tuum depono et offero tibi omnia bona opera mea (imo tua, quia tuæ gratiæ omnia, ut debeo, adscribo) cum humillima obsecratione, ut ea tuis sanctissimis operibus unita, æterno Patri offerre, meamque inopiam tuis infinitis meritis supplere digneris. Amen. Pater noster.

Ad s. vulnus lateris Christi.

Salve, o benedictum vulnus lateris tui, mi Jesu: salve o fons amoris, o thesaure inæstimabilis, o requies animæ meæ; ausimne, benignissime Jesu, ad sacram hanc aram, ad hoc sanctum sanctorum accedere ardensque amore cor tuum deosculari? Per infinitam bonitatem tuam oro te, mi Jesu, ne hoc solatio me privare, nec ab hac unici mei refugii domo arcere velis. Eja, anima mea, accurre cum fiducia ad *thalamum* suavissimi sponsi tui; hic te omnibus mo-

lestiis tuis ac curis, quibus opprimeris, exonera; hic desideria tua et cupiditates exple; hic in optatissima pace conquiesce. Videor mihi, o Jesu, amore tuo duce per amabilissimum sacri lateris tui vulnus ad cor tuum intromitti. Hic te cum profundissima humilitate, o Jesu, oro, ut ignoscas, quidquid unquam corde, ore, aut opere in te peccavi. Hoc sacro Sanguinis tui balneo munda cor meum, et benedicti cordis tui formam ac speciem imprime, tuique amoris igne accende, ne quidquam in posterum præter te amem aut desiderem.

Ad sacratissimum hoc cordis tui vulnus, mi Jesu, omnia cordis mei vota ac desideria pono. Ita, oro, cor meum cordi tuo adstringe, ut nullo unquam tempore ab invicem avellantur, ut vere cum Apostolo exclamem: quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an fames, an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? certus sum, quia neque mors, neque vita, neque instantia, neque futura, neque ulla creatura poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. *(Rom. 8.)* Pater noster.

Aliæ salutationes ad quinque vulnera Christi pro impetrandis totidem virtutibus.

Ad dexteri pedis vulnus — pro impetranda humilitate.

Salve vulnus gratiosum, * Christi fluens Sanguine. * Mihi da cor fructuosum, * Vacans omni crimine, * Simplex, humile, zelosum, * Imo gaudens ordine.

Pater noster. Ave Maria.

Ad sinistri pedis vulnus — pro impetranda castitate.

Salve stillans pedis vena * Hominum solatio; * Per te fiat in me plena * Carnis castigatio. * Casto tibi mens serena * Jungat se consortio.

Pater *noster. Ave Maria.*

Ad manus dexteræ vulnus — pro impetranda obedientia.

Salve rubens cruore * Jesu plaga dexteræ, * O fac tua cum fervore, * Jussa quæram propere; * Geram corde, promam ore, * Præstem promptus opere.

Pater noster. Ave Maria.

Ad manus sinistræ vulnus — pro impetranda mansuetudine.

Salve lævæ vulnus Christi * Sanguine purpureum; * Fac me quovis casu tristi * Mitem et pacificum; * Cunctis, quos tu redemisti * Lenem ac benevolum.

Pater noster. Ave Maria.

Ad cordis vulnus — pro impetranda caritate.

Salve scissum cum tremore * Jesu cor dulcissimum; * Nobis patens ex amore * Præsta cordis gaudium; * Det virtutum cum splendore * Caritas incendium.

Pater noster. Ave Maria.

Alia oratio ad 5 vulnera Christi.

Rogo te, Domine Jesu, per illa salutifera vulnera tua, quæ passus es in cruce pro salute nostra; e quibus emanavit ille pretiosus Sanguis, quo sumus redempti; vulnera hanc animam meam peccatricem, pro qua etiam mori dignatus es; vulnera eam igneo et potentissimo telo tuæ nimiæ caritatis. Confige cor meum jaculo tui amoris, ut dicat tibi anima mea, caritate tua vulnerata sum, ita ut ex ipso vulnere amoris tui uberrimæ fluant lachrymæ die ac nocte. Percute, Domine, percute, obsecro, hanc durissimam mentem meam, pia et valida cuspide dilectionis tuæ, et altius ad intima penetra potenti virtute. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, etc.

Oratio ad D. N. Jesum crucifixum.

En ego, o bone et dulcissime Jesu, ante conspectum tuum genibus me provolvo, ac maximo animi ardore te oro atque obtestor, ut meum in cor vividos fidei, spei et caritatis sensus, atque veram peccatorum meorum pœnitentiam, eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere, dum magno animi affectu et dolore tua quinque vulnera mecum ipse considero, ac mente contemplor, illud præ oculis habens, quod jam in ore ponebat suo David propheta de te, o bone Jesu: „Foderunt manus meas et pedes meos; dinumeraverunt omnia ossa mea.“ *(Ps. 21,17.18.)*

Septem verba a Christo in cruce prolata.

1. Ave, Jesu, qui mactaris: * Sed tortorum deprecaris * Patrem culpæ parcere. * Prompte fac nos indulgere, * Nec vindictam exercere * Corde, verbis, opere.

2. Ave, Jesu, qui latroni * Pœnitenti summi boni * Promisisti gratiam, * Talis nos contritione, * Nunc et mortis in agone * Fac mereri veniam.

3. Ave, Jesu, qui præsentem * Cruci matrem, heu, dolentem * Commendas discipulo: * Pari nos tuere cura, * Per te constet mens secura, * Quovis in periculo.

4. Ave, Jesu, qui dixisti: * Pater, quid me reliquisti * Tantis in suppliciis? * Ne nos linquas, ut ruamus: * Semper tecum persistamus, * Fortes in angustiis.

5. Ave, Jesu, qui testaris * Sitim; felle sed potaris * Tu, qui pascis omnia, * Fac æterna nos sitire; * Mundi, carnis fastidire * Fugitiva gaudia.

6. Ave, Jesu, consummasti * Jussa Patris, et donasti * Tua nobis merita. * Bene fac nos inchoare, * *Sed et plene consummare* * Tua beneplacita.

7. Ave, Jesu, qui sermonem * Morte claudens, et agonem, * Patri tradis animam, * O mors tua nos emundet, * Vitam bonis fac fœcundet, * Mortem det tutissimam.

Oratio de septem verbis Christi in cruce prolatis.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui in cruce pendens dixisti, Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt; fac ut ego amore tui parcam cunctis mihi male facientibus. Et qui dixisti latroni: hodie mecum eris in paradiso; fac me ita vivere, ut in hora mortis meæ dicas mihi: hodie mecum eris in paradiso. Et qui dixisti matri tuæ: mulier, ecce filius tuus; deinde discipulo: ecce mater tua; fac ut matri tuæ me societ amor tuus, et caritas vera. Et qui dixisti: Eli, Eli, lamma sabactani, hoc est: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me! fac me dicere in omni tribulatione et angustia mea: Pater mi, Domine mi, miserere mihi peccatori, et adjuva me rex, meus, et Deus meus, qui tuo proprio Sanguine redemisti me. Et qui dixisti: sitio! fac ut semper sitiam te fontem aquæ vivæ. Et qui dixisti: pater, in manus tuas commendo spiritum meum; suscipe me redeuntem ad te. Qui dixisti: consummatum est, fac ut audire merear illam dulcissimam vocem tuam, scilicet: veni amica mea, dilecta mea, sponsa mea: veni ut mecum conscendas cum Angelis et Sanctis meis in regno meo epulari, jucundari, et commorari, per infinita sæculorum sæcula. Amen.

Salutationes ad omnia membra Christi, et sui ipsius omniumque amicorum ad eundem commendatio.

Salve tremendum cunctis potestatibus caput Domini nostri Jesu Christi, Salvatoris nostri, pro nobis spinis coronatum, et arundine percussum. Salve, speciosissima Salvatoris nostri Jesu Christi facies, pro

nobis sputis et alapis cæsa. Salvete, benignissimi Domini Jesu Christi Salvatoris nostri oculi, pro nobis lachrymis perfusi. Salve, mellifluum os, gutturque suavissimum Domini nostri Jesu Christi, pro nobis felle et aceto potatum. Salvete aures nobilissimæ Domini Jesu Christi Salvatoris nostri, pro nobis contumeliis et opprobriis affectæ. Salve, collum humile Jesu Christi, pro nobis colaphizatum, dorsumque sanctissimum pro nobis flagellatum. Salvete, venerabiles Domini nostri Jesu Christi manus et brachia, pro nobis in cruce extensa. Salve, pectus mitissimum Domini nostri Jesu Christi Salvatoris nostri, pro nobis in passione conturbatum. Salve, latus gloriosum Domini nostri Jesu Christi, pro nobis lancea militis perforatum. Salvete, Domini Jesu Christi Salvatoris nostri sacra misericordiæ genua pro nobis in orationibus flexa. Salvete, Domini Jesu Christi Salvatoris nostri pedes adorandi, pro nobis clavis affixi. Salve, totum corpus Jesu Christi, pro nobis in cruce suspensum, vulneratum, mortuum, et sepultum. Salve, Sanguis pretiosissime de corpore Domini Jesu Christi Salvatoris nostri pro nobis effuse. Salve, sanctissima Domini nostri Jesu Christi anima, in cruce pro nobis in manus Patris commendata. In eadem commendatione tibi commendo hodie et quotidie animam meam, vitam meam, cor et corpus meum, omnes sensus et actus meos, omnes amicos, benefactores, filios et consanguineos meos, animas parentum, fratrum, sororum, omnium amicorum et inimicorum meorum; ut nos protegere, liberare, et defendere digneris ab omnibus insidiis inimicorum nostrorum, visibilium et invisibilium et nunc, et in perpetuum. Amen.

12. Preces communiter in sacris exercitiis spiritualibus persolvendæ.

1. Ante instructionem præparatoriam.

1. Veni, Creator Spiritus,* Mentes tuorum visita,* Imple superna gratia, * Quæ tu creasti pectora.

2. Qui diceris Paraclitus* Altissimi donum Dei, * Fons vivus, ignis, caritas, * Et spiritalis unctio.

3. Tu septiformis munere, * Digitus paternæ dexteræ, * Tu rite promissum Patris, * Sermone ditans guttura.

4. Accende lumen sensibus, * Infunde amorem cordibus, * Infirma nostri corporis,* Virtute firmans perpeti.

5. Hostem repellas longius, * Pacemque dones protinus, * Ductore sic te prævio, * Vitemus omne noxium.

6. Per te sciamus da, Patrem * Noscamus atque Filium: * Teque utriusque Spiritum * Credamus omni tempore.

7. Deo Patri sit gloria, * Ejusque soli Filio, * Cum Spiritu Paraclito * Nunc et per omne sæcuculum. Amen.

1. Veni, sancte Spiritus, * Et emitte cœlitus, * Lucis tuæ radium.

2. Veni, pater pauperum; * Veni, dator munerum;* Veni, lumen cordium.

3. Consolator optime, * Dulcis hospes animæ. * Dulce refrigerium.

4. In labore requies, * In æstu temperies, * In fletu solatium.

5. O lux beatissima, * Reple cordis intima * Tuorum fidelium.

6. Sine tuo numine, * Nihil est in homine, * Nihil est innoxium.

7. Lava quod est sordididum, * Riga quod est aridum, * Sana quod est saucium.

8. Flecte quod est rigidum, * Fove quod est frigidum, * Rege quod est devium.

9. Da tuis fidelibus, * In te confidentibus, * Sacrum septenarium.

10. Da virtutis meritum, * Da salutis exitum, * Da perenne gaudium. Amen. Alleluja.

℣. Emitte Spiritum tuum et creabuntur,
℟. Et renovabis faciem terræ.

Oremus. Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Ave Maria, etc.

2. Ante et post quodvis exercitium commune.

Ante exercitium commune.

℣. *Veni sancte Spiritus,* reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende.
℣. Emitte Spiritum tuum etc. *ut supra.*

Post exercitium commune.

Agimus tibi gratias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis, qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Ave Maria, etc. Sancta Maria, etc.

℣. Nos cum prole pia,
℟. Benedicat Virgo Maria.

3. Ante vel post cœnam. Psalmus 50. Miserere.

Cantores. Miserere mei, Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Omnes. *Parce*[1] *Domine, parce populo tuo, quem redemisti pretioso Sanguine tuo.*

Et secundum multitudinem miserationum tuarum * dele iniquitatem meam!

Amplius lava me ab iniquitate mea: * et a peccato meo munda me!

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis: et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * et in peccatis concepit me mater mea.

[1] Repetitur post *unumquemque* versum Psalmi.

Ecce enim veritatem dilexisti, * incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestati mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor * lavabis me et super nivem dealbabor!

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam: * et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: * et omnes iniquitates meas dele!

Cor mundum crea in me, Deus: * et spiritum rectum innova in visceribus meis!

Ne projicias me a facie tua: * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me!

Redde mihi lætitiam salutaris tui: * et spiritu principali confirma me!

Docebo iniquos vias tuas: * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ: * et exsultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion, * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes et holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, etc. Sicut erat etc.

℣. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis,

℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Panem de cœlo præstitisti eis,

℟. Omne delectamentum in se habentem.

Oremus. Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue quæsumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

℣. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

℟. Amen.

4. Ultimo die, pro conclusione: Hymnus Ambrosianus.

Te, Deum laudamus, * te, Dominum confitemur.

Te, æternum Patrem * omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, * tibi cœli et universæ potestates,

Tibi Cherubim et Seraphim * incessabili voce proclamant:

Sanctus, sanctus, sanctus * Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cœli et terra * majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus * Apostolorum chorus,

Te Prophetarum * laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus * laudat exercitus.

Te per orbem terrarum * sancta confitetur ecclesia.

Patrem * immensæ majestatis,

Venerandum tuum verum * et unicum Filium.

Sanctum quoque * Paraclitum Spiritum.

Tu rex gloriæ Christe,

Tu Patris * sempiternus et Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem, * non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo, * aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad *dexteram Dei sedes,* * in gloria Patris.

Judex crederis * esse venturus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni, * quos pretioso Sanguine redemisti.

Aeterna fac cum Sanctis tuis * in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Domine, * et benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, * et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies * benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum, * et in sæculum sæculi.

Dignare, Domine, die isto * sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Domine: * miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos: * quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi: * non confundar in æternum.

℣. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu,

℟. Laudemus et superexaltemus eum in sæcula.

℣. Benedictus es, Domine, in firmamento cœli,

℟. Et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in sæcula.

℣. Panem de cœlo præstitisti eis,

℣. Omne delectamentum in se habentem.

Oremus. Deus, cujus misericordiæ non est numerus et bonitatis infinitus est thesaurus; piissimæ majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut, qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad præmia futura disponas.

Deus, qui nobis sub Sacramento etc. *ut supra pag. 321.*

(Benedictio.)

13. Preces sub Sacrificio Missæ persolvendæ. (I.)

Veni, S. Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende, qui per diversitatem linguarum cunctarum gentes in unitate fidei congregasti.

℣. Emitte Spiritum tuum et creabuntur,

℟. Et renovabis faciem terræ.

Oremus. Deus, qui corda fidelium S. Spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oratio, qua fit intentio audiendae Missae.

Domine Deus, ad cujus imaginem creatus sum, da mihi gratiam, ut imminenti sacrificio, qua par est reverentia et devotione intersim, illudque una cum sacerdote divinæ majestati tuæ gratiose offeram. 1. Ad majorem nominis tui honorem et gloriam, cui soli hoc sacrificium debetur. 2. In memoriam passionis et mortis tuæ, quam ad hujus sacrificii usum fieri præcepisti. 3. In gratiarum actionem pro omnibus mihi collatis beneficiis. 4. In satisfactionem omnium mearum culparum ac pœnarum, quos sanctissimo Sanguini tuo in hoc sacrificio immergo. 5. Ad impetrandam gratiam tuam et opem in re ista. . . . 6. Pro carissimis parentibus, amicis, et benefactoribus meis, maxime istis. . . . Placeat tibi, Domine, hæc intentio mea, et exaudi me. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Dum sacerdos facit Confessionem.

Sanctissime et piissime Jesu, splendor ipse æternæ gloriæ, non indigneris, quæso, mihi servo tuo, quod te adventantem, puro, sancto et immaculato non accipiam hospitio, sed ecce, in ipso ad tanta mysteria ingressu, invito te ad labes animæ purgandas; ecce

paralyticum, quem suum scelus de sanitate ac mente deturbavit, offero pristinæ saluti restituendum, animam meam, misera ægritudine afflictam, ostendo.

Pudet me, Domine, deformitatis, inopiæ et vilitatis meæ, et hoc cui conquerar, mi Jesu, nisi tibi ipsi, qui misericordissimus es medicus animarum? ignosce mihi omnium concupiscentiarum maculis notatissimo. Agnosco et confiteor, castissimam vitam a te mihi donatam, omni dedecore esse inquinatam. Quapropter obsecro, ut quidquid vanitas cogitationum, verborum levitas, ac operum pravitas, maculis aspersit, tu pretioso tuo Sanguine eluere, ac tuo supplicio expiare digneris.

Da mihi omnia merita, omnes virtutes, omnes justitias, omnem denique decorem vitæ, passionis ac mortis tuæ. Largire mihi quoque omnia merita ac virtutes Beatissimæ Virginis Mariæ, omnium Sanctorum tuorum, et præcipue quorum hodie festivitas in regno tuo celebratur.

Ab Introitu ad Offertorium.

Vitam Christi (quæ variis cæremoniis a sacerdote repræsentatur) hac recolas oratione.

Amantissime humani generis Salvator, Christe Jesu, mundi Creator ac Redemptor, utinam ita mihi pietas esset in referendis gratiis jucunda, sicut tibi mea salus cara fuit, cum miserabilis nostræ, tum damnationis, tum calamitatis, misericordia captus, de regalibus sedibus, de mellifluo corde Patris, intra regionis miseræ fines descendisti, et hanc a natura communem lucem accepisti.

O Jesu amantissime, quantopere nos ab initio dilexisti. Procreasti nos, et hoc spiritu vitali donasti; et cum prorsus ab omni tutore orbati, nullius fidem implorare potuissemus, salutem hominum in tua esse *tutela voluisti.* Ac ne finis aut exitus aliquis tuæ erga

nos benevolentiæ reperiretur, maximis vinculis propinquitatis et affinitatis, hominibus conjungi, et hominum agnatione ac gente teneri es dignatus; adeoque pauper effectus es nostræque miseriæ ita gustasti amaritudinem, ut ipso nativitatis tuæ tempore, nec tantillum rei haberes hæreditariæ, ubi puerilia tua membra hospitio accipi possint.

Vixdum in lucem susceptus eras, et adhuc inter castissima Matris tuæ brachia jacebas, necdum cuiquam verbum dixeras, cum crudeles homines vitam, quam a parente sanctissima acceperas, adimere quærebant. Et cum triginta fere annos sub Matris obedientia latens, in hominum ignoratione versatus fuisses, in profluente Jordanis aqua ablutus, atque in summa illa famis et solitudinis patientia ab hoste es lacessitus.

Jesu dulcissime, hoc modo nostram es redemptionem exorsus; ita salutem nostram es operatus; his pœnis atque ærumnis infantiam tuam consecrasti; his calamitatibus vitam exposuisti, et usque ad consumptionem tui ipsius, in laboribus et prædicationibus, in fame et siti, in frigore et æstu, in itineribus et persecutionibus, temetipsum pro nobis afflixisti. Hæ fuerunt, amantissime Jesu, divitiæ illæ, hæ merces, quibus viles nos homunciones comparasti; tanti nos faciens, ut amore nostri, vitam tuam non modo in pœnas et opprobria, sed in extremum etiam discrimen ultro offerres.

Adoro igitur te, Salvator noster; benedico te, et gratias ago tibi, pro innocentia tua singulari, pro vita tua, et vivendi integritate sanctissima, pro doctrina saluberrima, pro peregrinatione laboriosissima, pro discipulorum vocatione, pro beneficiorum erogatione, atque pro inæstimabili dilectione.

Et per hæc omnia, ardentissimam caritatem tuam obsecro, ut me *vilissimum*, perfidia peccatorum

a te distractum, in tuam gratiam reducas, et me innocentia ac misericordia tua, libidinum impetu, et scelerum labe vindicare non desinas, servum perpetuo fidelem me tibi efficias, regas, tuque solus me, amantissime, secundum tuum beneplacitum, perpetuo possideas. Amen.

Ab Offertorio ad Elevationem

considera Christum appropinquantem, ut satisfaciat pro peccatis nostris, ut nos reconciliet Deo Patri, et mereatur nobis omnia bona præsentia et futura; et prorumpe in hæc aut similia verba.

Vere pius, vere misericors es, Jesu clementissime! Quis enim hoc attentasset, nisi tu offerri voluisses? Nam cum nihil pretiosius, nihil amabilius et carius te ipso habuissemus, quis in te, pro peccatis et sceleribus nostris, animadvertere præsumpsisset? Sola nostræ calamitatis misericordia te cepit; sola caritas te induxit, ut cum propter paupertatem et miseriam nostram, solvendo non essemus, et ab omni prorsus auxilio destitueremur, ipse pretium factus debitum nostræ prævaricationis sanguine tuo pretiosissimo persolveres, nostram salutem, quam vitam tuam cariorem duceres.

Quid enim tu unquam commisisti? Quod scelus tuum? Quæ noxa tua? Quæ causa mortis? Ego, ego sum tui plaga doloris, tuæ culpa occisionis. O mirabilis dignatio! Peccat iniquus, et punitur justus; offendit impius, et damnatur pius. Quid, mi Rex et mi Deus quid retribuam tibi pro omnibus, quæ tribuisti mihi? Ecce quidquid optimum, carissimum, pretiosissimum habemus, nimirum teipsum, tibi iterum atque iterum offerre volumus. Veni ergo, et de altissimo gloriæ tuæ solio descende. Ecce proferimus tibi Deo, rerum omnium Creatori et Salvatori, *primitias* ex tuis creaturis et donis, panem et vinum

aqua mixtum, in Carnem et Sanguinem tuum mox consecranda.

Digneris, summe Deus, hanc oblationem, placatus pro cuncto populo tuo, quem acquisivisti Sanguine tuo, accipere. Et quoniam, benignissime Jesu, quanta nos benevolentia complectaris, antequam vinculis et verberibus, atque omni supplicio excruciatus necareris, satis declarasti (cùm inter varia laudis et honoris præconia, quibus te asello insidentem, plebs cum ramis arborum occurrens, excepit, urbis imo magis animarum exitium et perniciem deflens, vim lacrymarum profudisti); oro obsecroque, hanc tuam caritatem tuasque lacrymas obtestans, da mihi, pari lætitia te Christum in Sacramento præsentem excipere; et ita ad complectendum te Servatorem procedere per sancta desideria, sicut plebs illa devota in die Palmarum tibi obviam prodiit.

Da etiam, nos ipsos nostraque omnia pro tanto beneficio aspernari et contemnere, sicut illi vestimenta ante conspectum tuum sternentes, abjecerunt in via; da devote dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth; pleni sunt cœli et terra gloria tua, Hosanna in excelsis. Benedictus, qui venit in nomine Domini.

Summe Sacerdos, et vere Pontifex Jesu Christe, tibi humani generis redemptori pro salute imprimis mea supplico, ut quoniam me ab initio in tua fide et potestate posuisti, nullam partem, neque animi, neque corporis vacuam tua tutela relinquas, et omnem infestissimum hostium impetum a me propulses. Oro etiam, Domine, pro universa sancta ecclesia catholica, pro omnibus Christianorum Rectoribus, pro Episcopo præsertim et Rege nostro, pro religiosis atque sæcularibus, cunctisque in te credentibus, qui tuo amori suum studium consecrarunt.

Præsta Domine, Rex æterne, tibi Deo dicatis continentiam, virginibus castitatem, conjugatis sanctimoniam, pœnitentibus indulgentiam, viduis et orphanis tutelam, pauperibus auxilium, peregrinantibus reditum, lugentibus consolationem; optimis, ut in bonitate semper consistant; bonis et mediocribus, ut meliores fiant; prave agentibus et delinquentibus, ut cito se ad meliorem frugem recipiant.

Obtestor te, Salvator dulcissime, per orationes Patriarcharum, per merita Prophetarum, per suffragia Apostolorum, per constantiam Martyrum, per fidem Confessorum, per castitatem Virginum, et per intercessionem omnium Sanctorum, qui tibi ab omni æternitate placuerunt, per te, Jesum, qui agnum paschalem agnus ipse, jamjam pro nobis immolandus, cum discipulis comedisti; Corpus tuum et Sanguinem sub specie panis et vini fundenda eisdem tradidisti; idipsumque a nobis in tuæ dilectionis, nostræ redemtionis memoriam fieri præcipiens instituisti.

Oro te, bone Jesu, ignosce omnibus iniquitatibus meis, et quidquid negligentiæ, quidquid delicti circa hoc tremendum Eucharistiæ Sacramentum admisi, id deleas caritate, qua te nobis donasti. Accende cor meum flagrantissimo hujus divinissimi Sacramenti amore et desiderio.

Ad elevationem hostiae sacrosanctae.

Adoramus te, Domine Jesu Christe, rex et pontifex noster, ac benedicimus tibi, qui per sanctam crucem et cruentam sacri Corporis et Sanguinis tui oblationem redemisti mundum, ac nos perditos Deo Patri reconciliasti.

Per immensam bonitatem tuam precor, ut me et omnem ecclesiam tuam, hujus tuæ redemptionis participem reddas, tuæque mortis, resurrectionis et ascensionis fructum in nobis renoves ad vitam æter-

nam. Ave salus mundi, æternum Patris verbum. Hostia vera, viva caro, deitas integra et vita æterna. Dominus meus et Deus meus es tu, quem in hoc altari cum corpore et sanguine præsentem supplex adoro et fideliter invoco: ut te redemptorem in prosperis et adversis, in vita et morte mihi propitium habeam, ac in cœlis regnantem clare conspiciam. Qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Ad elevationem s. calicis.

Salve nobilissime Sanguis de latere Domini mei Jesu Christi profluens et totius veteris et novæ culpæ maculas abluens. Ablue, sanctifica et custodi animam meam in vitam æternam. Domine, Jesu Christe, qui ex incredibili amore, quo erga humanum genus flagrasti, Sanguinem tuum copiosissime profundere voluisti; miserere nostri et præsta, ne unquam frustra pro nobis ille effusus dici possit.

Oratio, qua repræsentat homo Patri passionem Filii post Elevationem.

(Ex meditationibus S. Augustini.)

Aspice, pie Pater, piissimum filium pro me tam impio passum. Respice clementissime Rex, quis patitur; et reminiscere benignus, pro quo patitur. Nonne hic est, mi Domine, innocens ille, quem ut servum redimeres, filium tradidisti? Numquid non auctor vitæ hic est, qui ut ovis ad occisionem ductus, tibique usque ad mortem obediens factus, atrocissimæ non timuit necis genus subire? Recole, totius salutis dispensator, quia hic est ille, quem etsi ex tua virtute genuisti, meæ tamen infirmitatis participem fieri voluisti. Vere hæc est tua Deitas, quæ meam induit naturam, crucis ascendit patibulum, et in assumpta carne triste tulit supplicium.

Reduc, Domine Deus meus, oculos tuæ majestatis super opus ineffabilis pietatis. Intuere dulcem Natum toto corpore extensum. Cerne manus innoxias, promanantes sanguine, et remitte placatus scelera, quæ patrarunt manus meæ. Considera inerme latus, crudeli perfossum cuspide; et renova me sacro fonte, quem inde credo fluxisse. Vide immaculata vestigia, quæ non steterunt in via peccatorum, sed semper ambulaverunt in lege tua, diris infixa clavis; et perfice gressus meos in semitis tuis, et fac me odio habere benignus omnes vias iniquitatis. Viam iniquitatis amove a me, et fac me propitius viam veritatis eligere.

Oro te, Rex Sanctorum, per hunc Sanctum Sanctorum, per hunc Redemptorem mei, fac me currere viam mandatorum tuorum, ut ei valeam spiritu uniri, qui mea non horruit carne vestiri. Numquid non attendis, pie Pater, adolescentis filii carissimi caput, nivea cervice deflexa, pretiosissimam resolutum in mortem. Aspice, mitissime Conditor, dilectæ sobolis humanitatem, et miserere super infirmi plasmatis debilitatem. Candet nudum pectus, rubet cruentum latus, tensa arent viscera, decora languent lumina. Regia pallent ora, procera rigent brachia, crura pendent marmorea, rigat terebratos pedes beati Sanguinis unda. Specta, gloriose Genitor, gratissimæ prolis lacera membra, et memorare benignus, quæ in ea est substantia. Conspicare Dei hominis pœnam, et relaxa conditi hominis miseriam. Vide Redemptoris supplicium, et redempti dimitte delictum.

Hic est, Domine mi, quem propter peccata populi tui percussisti; licet ipse sit dilectus, in quo tibi bene complacuisti. Hic est ille innocens, in quo dolus non est inventus, et tamen inter iniquos deputatus est. Te igitur oro, pater, per hunc filium tuum exorare. Memento etiam quæso, Pater sanctissime, omnium cre-

lentium, qui christiane, et pie lucis hanc usuram reddiderunt. Memento N. N. ne in judicio cum eis conendas, nec a sinistris eos statuas, sed eos tecum in empiternam requiem suscipias, ubi et SS. Trinitatem :um omnibus electis videant et celebrent. Pater ıoster . . . Ave Maria . . . Agnus Dei qui toll. etc.

nfra Communionem pro consequendis Eucharistiae fructibus.

O sacrum, o excellens convivium, in quo Chritus sumitur, Christi corpus olim infantiæ vagitibus fflictum, juventutis sudoribus vexatum, jejuniis maeratum, itineribus fessum, affectum flagris, cum mornis deputatum, denique in dextra Patris omnipotenis collocatum proponitur. O Jesu, o Christe bene.icte, sis in æternum benedictus; qui in eminentisimo gloriæ tuæ solio, atque in sacerdotis manibus, dem vis contineri, et meæ animæ cibus fieri non delignaris.

Obsecro, Domine, ut quam olim in naturæ comnunis fragilitate, ab hostibus teterrimis in crucem ublatus, salutem acquisivisti, hodie per hunc sacraissimum cibum animæ, redditam ac restitutam, accipere possimus. Medere, o Jesu, quotidianis conscieniæ meæ vulneribus. Noli, o benignissime Samariane, servum tuum misera ægritudine afflictum debiitatumque in præteritis relinquere. Ecce ego ille dem, quem olim incolumitate donasti, nondum prorus propter frequentes cum latronibus conflictus, ægrinonia levatus, nec unquam pristinæ restituar saniati, nisi prius tuo Sanguine expiatus fuero. Rogo, ut n communi nostro dolore, pietati ac indulgentiæ tuæ ervias. Concede, ad meam hodie servire salutem :t Patris tui placationem, quod pro omnium redemione dignatus es impendere.

Amor, qui te traxit e cœlo, ut perditum Adam redimeres, ipse te commoveat, ut me ejusdem peccati socium, per hoc sacrosanctum sacrificium a perpetua scelerum servitute liberes. Refice vires meas, satia me, et exple hoc pane vitæ vivo et vero, exstingue in me omnem famem carnalium et sæcularium desideriorum.

Redemptor mei, expelle a me spiritum superbiæ, et concede propitius thesaurum humilitatis tuæ. Salvator mei, da mihi solidam fidem, spem congruam, caritatem continuam. Rector mei, averte a me vanitatem, oculorum elationem, ventris intemperantiam, opprobria proximorum, scelera detractionum, inanis gloriæ appetitum. Reseca in me, Factor mei, temeritatem iniquam, pertinaciam, inquietudinem, somnolentiam, mentis stuporem, linguæ effrenationem.

Deus meus, misericordia mea, oro te, da mihi misericordiæ opera, pietatis studia; da mihi bonos imitari, malos cavere, virtutes amplecti, vitia exstirpare. Da quod jubes, Domine, et jube quod vis. Dilata os animæ meæ, ut te panem Angelorum, panem cœlestem capere possit; ut possim adolescere in virum perfectum, et occurrere in ætatem plenitudinis tuæ, ac post hanc vitam, pleno et dilatato ore, desiderabilissimæ Divinitatis tuæ suavitate perfrui merear.

Post Communionem.

Psalmus 102.

Benedic, anima mea, Domino: et omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.

Benedic, anima mea, Domino: et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia et miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum: renovabitur ut aquilæ juventus mea.

Gloria Patri et Filio etc.

Ad finem Missæ.

Domine Jesu Christe, qui ascendens in cœlum, omnium animos avocasti ad cœlestia, et nobis maximam spem illa consequendi dedisti; ecce et nunc viva hostia missus es, et oblatus pro nobis Patri. Cogita quæso de nobis, et benedic animis nostris, ut non ad captandam vitæ hujus vanissimam jucunditatem, sed ad regni perennis beatitudinem consequendam eamus, et ad cœlestia desideranda et quærenda, corpore revertamur ad nostra, mente vero tibi uni omnium conditori consociati, nunquam a te divelli nos ac distrahi patiamur. Denique præsta, ut cum vivis et defunctis, extremo judicii die, in illa bonorum multitudine, læti sub aspectum tuum venire possimus. Qui vivis et regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Preces sub Sacrificio Missæ persolvendæ. (II.)

Oratio praeparatoria. Domine Jesu Christe, verbum Patris, qui Corporis et Sanguinis tui Sacramentum in ultima cœna instituisti, illudque in passionis et mortis tuæ memoriam a fidelibus tuis offerri et frequentari voluisti; fac me, quæso, participem meritorum et beneficiorum tuorum, quæ in hac Missa rememorantur, et concede, ut cum gustu et fructu spirituali devote et attente intersim huic sanctissimo sacrificio, quod tibi humiliter nunc offero in memoriam amarissimæ tuæ passionis et mortis, ad honorem sanctissimæ Virginis *Matris tuæ* Mariæ omniumque San-

ctorum tuorum, pro delictorum meorum remissione purgatione, pro animæ meæ salute, pro totius ecc siæ profectu, et pro refrigerio ac liberatione fideli animarum corpore exutarum. Fac me, Domine J Christe, hujus sacri mysterii cum gaudio spirit participem, et concede ad omnium servire salut quod pro redemptione omnium instituere dignatus Amen.

Ad Kyrie eleison. Benigne, pie et miseric Pater, misere mei. In remissionem omnium meo totiusque mundi peccatorum offero tibi vitam, pas nem et mortem unigeniti Filii tui, offero tibi om merita dulcissimæ Matris illius omniumque San rum, ut illorum amore mihi ignoscas, et ætern vitam largiaris.

Pie Jesu, redemtor mi, miserere mei. Oro clementissime, fac me omnium meritorum tuo participem, ut tibi concorporatus, et virtute h sacrificii unum quid tecum effectus, tibi per amo et imitationem sanctissimæ vitæ tuæ ubique con mis vivam, teque ut palmes in vite frui merear.

Spiritus sancte, consolator optime, miserere r Illumina intellectum meum, rege corpus, moder animum, conforta spiritum, ut vincat omnes affec cordis inordinatos. Da fidem certam, spem firm et puram perfectamque caritatem. Fac, ut cum cedine te diligam, et in omni loco atque tempore voluntati satisfaciam. Amen.

Ad Collectam. Omnipotens sempiterne De te suppliciter exoramus, ut respicere digneris de celso sanctuario tuo super congregationem nostr ecclesiæque tuæ preces, pro nobis omnibus ad te cerdotis hujus ministerio destinatas, clementer ac ptes et exaudias. Ideoque pro immensa tua mis cordia largiaris nobis peccatorum nostrorum veni integritatem mentis, incolumitatem corporis, nec

sariam vitæ sustentationem, pacem in diebus nostris, aëris temperiem, fertilitatem terræ, catholicæ fidei unitatem, exstirpationem omnium hæresum, consiliorum impiorum destructionem, veræ orthodoxæque religionis incrementum, caritatis ac pietatis fervorem, sinceram animi devotionem, tolerantiam longanimitatemque in afflictionibus, in spe gaudium et lætitiam; omnia denique ad salutem tum animæ, tum corporis utilia, et ad tuæ imprimis gloriæ augmentum idonea. Per Christum etc.

Ad Epistolam. O æterne Deus, qui nunquam desinis nos indignos famulos tuos publico ecclesiæ tuæ ministerio apostolicis, propheticis, aliisque sacris doctrinis et monitis ad cultum et amorem tui nominis excitare, et adversus mundi, carnis et dæmonis insidias præmunire: da, quæsumus, ut salutaria dogmata ac monita omnes ex animo semper amplectamur, eisque mores et omnem vitam nostram serio conformare conemur. Et ne tandem nobis ad cumulum damnationis cedat, viam veritatis seu voluntatem tuam per tot interpretes ac præcones tuos cognovisse, et non fecisse, da nobis gratiam et vires, ut, quæ facienda toties cognovimus, efficaciter facere valeamus. Amen.

Ad Evangelium. Domine Jesu Christe, qui a Deo venisti magister, et viam Dei nos in veritate docuisti, olim quidem visus in terris et cum hominibus conversatus, hodie etiam per Evangelistarum scripta et præcones verbi tui docere non cessans; da nobis intellectum capacem salutaris doctrinæ tuæ; accende et affectum zelo sapientiæ cœlestis; et doce nos facere voluntatem tuam, ut fidem, quæ ex auditu Evangelii nascitur et quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Solius enim gratiæ tuæ opus est, ut sciamus voluntatem tuam et faciamus, quia

ex nobis servi inutiles sumus, ex te autem est omnis sufficientia nostra. Amen.

Ad Symbolum. Credo in Deum Patrem etc. *(pag. 211.)* Auge in populo tuo, Domine, mysteriorum regni tui intelligentiam; et eam in pectoribus nostris fove fidem, quæ Evangelii semen in pectoribus nostris faciat pullulare. Amen.

Ad Offertorium. Piissime Pater, in unione illius excellentissimæ caritatis, qua Unigenitus tuus omnem influxum divinitatis, qui in ejus humanitatem descendit, cum plena gratitudine offerens refudit in abyssum originis suæ, offero tibi omnia et singula bona, quæ ex ineffabili benignitate tua mihi unquam contulisti, eaque in summum gratitudinis affectum una cum meritis et virtutibus ejusdem Filii tui super altari tuo in sempiternæ laudis sacrificium immolo. Maxime vero offero tibi cor meum, sed heu! nimis pravum et improbum, illudque sacro huic calici immergo ea intentione et desiderio, ut omnes illæ orationes et benedictiones, quæ super hunc calicem fient, etiam super cor meum pronuntientur, atque per virtutem istius ineffabilis consecrationis, qua vinum in Filii tui Sanguinem convertetur, idipsum in tui amorem efficaciter convertatur. — Ad hæc in unione amoris et gratitudinis illius, qua Filius tuus omnes adversitates suas tibi obtulit, offero tibi super altare tuum quidquid adversi tam mihi quam ulli hominum e corde tuo paterno ad salutem nostram misisti; rogans, ut id omne una cum hoc sacrificio in odorem suavitatis suscipias, nobisque ad salutem provenire concedas. Demum in unione resignationis Unigeniti tui offero et resigno me in tuam sanctissimam voluntatem, ex toto corde desiderans, ut per me, in me, et circa me tuum in omnibus laudabilissimum beneplacitum semper perficias; ad quod perficiendum præbeo tibi, regi regum, Domino, totam substantiam corporis et ani-

mæ meæ, ad serviendum tibi pro gloria tuæ colendæ majestatis. Amen.

Ad Canonem. O Deus ineffabilis, jam incipiunt illa tremenda mysteria, quæ nec Cherubim, nec Seraphim, nec omnes virtutes cœlorum plene valent comprehendere, cum tibi soli cognitum sit, cum quanta amoris magnitudine te in dies pro salute fidelium Deo Patri super altare in hostiam laudis et placationis offeras. Ideoque hæc sacrosancta arcana universi Angelorum ordines summa demissione venerantur; et quod videant Regem suum et Dominum, qui olim hominem redempturus summo amore descenderat, nunc iterum pro salute ejusdem hominis ineffabili quodam modo super altare descendere, atque sub vilissimis panis et vini speciebus se abdere. O bone Jesu, tam inæstimabiliter tamque excellenter reverendum est opus illud, quod nunc operaberis, ut parvitas mea nequaquam audeat, ad hoc vel respicere. Unde demergens me jacebo in profundissima valle humilitatis, quam potero investigare, exspectans ibidem portionem meam, quia omnibus electis inde salus proveniet. O utinam, piissime Jesu, in hoc opere tuo te adjuvare, efficereque possim, ut hæc oblatio sacratissima secundum dignitatem suam plenum sortiatur effectum! certe libentissime quantumcumque difficili labore ad hoc inservire vellem. Rogo ergo te, da sacerdoti huic, ut tali dignitate te tractet et offerat, quatenus hæc oblatio omnibus fidelibus vivis atque defunctis summe prodesse valeat. Amen.

Ad elevationem S. Hostiae. Ave Corpus Christi natum de Maria virgine, vere passum, immolatum in cruce pro homine: esto mihi prægustatum mortis in examine.

O dulcis, o pie, o Jesu fili Mariæ! esto mihi Jesus, et salva me.

finitam bonitatem et beneficia tua, pro quibus te laudo et benedico, nec aliud quidquam ulterius a te peto et rogo, quam ut tecum unus spiritus efficiar; et quia sacramentali communione tibi nunc uniri non possum, transforma me nihilominus totum in te, ut vivam ego, jam non ego, vivas vero tu in me, et ego in te, et maneas mecum, nec a te unquam separari me permittas: qui vivis etc. Amen.

Postcommunio. Ecce, Pater cœlestis! ad altare tuum misit tibi sancta mater ecclesia hostiam istam superdignissimam, quam tu olim misisti immolandam pro nobis. Illam ergo suscipere digneris in amore illo superexcellente, quo Filium tuum de regione nostra ad regnum tuum revertentem, tibique Deo Patri omnem fructum humanitatis suæ gloriosaque vulnera carnis suæ præsentantem suscepisti. Non recedant, piissime Pater, ab oculis tuis cicatrices ejus in perpetuum, ut memineris, quantam ab eo pro peccatis nostris satisfactionem acceperis. Igitur virtute hujus oblationis incruentæ miserere mei, et omnium peccatorum, cunctorumque fidelium vivorum ac defunctorum; da illis gratiam et misericordiam, remissionem peccatorum, et vitam æternam. Amen.

Oratio post Missam. Domine Jesu Christe, qui ascendens in cœlum omnium animas vocasti ad cœlestia, et nobis maximam spem illa consequendi dedisti; benedic, quæso, animabus nostris, ut non ad captandam vitæ hujus vanissimam jucunditatem, sed ad regni perennis beatitudinem consectandam eamus. Corpore revertamur ad nostra; mente vero tibi uni omnium conditori maneamus consociati, ac nunquam a te divelli nos aut distrahi patiamur. Denique præsta, ut cum vivis et defunctis extremo judicii die in illa bonorum multitudine læti sub aspectum tuum venire *possimus*, qui vivis et regnas cum Deo Patre in uni-

tate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.



Preces Missæ, quæ a sacerdote celebrante recitantur.

Sacerdos. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. *Antiphona.* Introibo ad altare Dei.

Minister resp. Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Psalmus 42.

S. Judica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.

M. Quia tu es Deus, fortitudo mea: quare me repulisti, et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

S. Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.

M. Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

S. Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me?

M. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, et Deus meus.

S. Gloria Patri et Filio: et Spiritui sancto.

M. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in sæcula sæculorum. Amen.

S. *Antiph. rep.* Introibo ad altare Dei.

M. Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

In Missis defunctorum, et in Missis de tempore a Dominica Passionis usque ad Sabbatum sanctum exclusive, omittitur Psalmus Judica *cum* Gloria Patri *et repetitio Antiphonæ.*

S. Adjutorium nostrum in nomine Domini,

M. Qui fecit cœlum et terram.

S. Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et vobis fratres: quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

M. Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam.

S. Amen.

M. Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et tibi Pater: quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te Pater, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

S. Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris perducat vos ad vitam æternam.

M. Amen.

S. Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus.

M. Amen.

S. Deus tu conversus vivificabis nos,

M. Et plebs tua lætabitur in te.

S. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam,

M. Et salutare tuum da nobis.

S. Domine, exaudi orationem meam,

M. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dominus vobiscum,

M. Et cum spiritu tuo.

S. *(ascendens ad altáre:)* Oremus. Aufer a nobis, quæsumus Domine, iniquitates nostras, ut ad Sancta Sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Osculans altare: Oramus, te Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic sunt, et omnium Sanctorum, ut indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.

Benedicens incensum in Missa solemni: Ab illo benedicaris, in cujus honore cremaberis. Amen.

Introitus.

Benedicta sit sancta Trinitas atque indivisa Unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. *Psalm.* Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Gloria Patri... Sicut erat... Benedicta sit sancta Trinitas atque indivisa Unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

S. Kyrie eleison. *M.* Kyrie eleison. *S.* Kyrie eleison. *M.* Christe eleison. *S.* Christe eleison. *M.* Christe eleison. *S.* Kyrie eleison. *M.* Kyrie eleison. *S.* Kyrie eleison.

Hymnus Angelicus.

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, Rex cœlestis, Deus Pater omnipotens. Domine, Fili unigenite, Jesu Christe. Domine, Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis *peccata mundi*, suscipe deprecationem

nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus, Jesu Christe, cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.

S. Dominus vobiscum, *M.* Et cum spiritu tuo.

Collecta.

Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare Unitatem; quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *M.* Amen.

Epistola.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Gratia Domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

M. Deo gratias.

Graduale. Benedictus es, Domine, qui intueris abyssos, et sedes super Cherubim. Benedictus es, Domine, in firmamento cœli, et laudabilis in sæcula. Alleluja, Alleluja. Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum, et laudabilis in sæcula. Alleluja.

Post Septuagesimam omisso Alleluja et Versu sequenti dicitur Tractus. Te Deum Patrem ingenitum, Te Filium unigenitum, Te Spiritum sanctum Paraclitum, sanctam et individuam Trinitatem, toto corde confitemur, laudamus, atque benedicimus. Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia: tu es Deus solus.

'ibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in sæcula empiterna, o beata Trinitas.

Tempore paschali omittitur Graduale, et ejus loco 'icitur: Alleluja, Alleluja. Benedictus es, Domine,)eus patrum nostrorum, et laudabilis in sæcula. Aleluja. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto ;piritu. Alleluja.

Ante Evangelium in medio altaris: Munda cor me-m ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiæ 'rophetæ calculo mundasti ignito: ita me tua grata niseratione dignare mundare, ut sanctum Evange-ium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Doiinum nostrum. Amen.

Jube Domine benedicere;

Dominus sit in corde meo et in labiis meis: ut igne et competenter annuntiem Evangelium suum. ·men.

Evangelium.

S. Dominus vobiscum,

M. Et cum spiritu tuo.

S. Sequentia s. Evangelii secundum Joannem;

M. Gloria tibi Domine.

In illo tempore dixit Jesus discipulis suis: Cum enerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, piritum veritatis, qui a Patre procedit: ille testimoium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibeitis, quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum obis, ut non scandalizemini. Absque synagogis faient vos; sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, rbitretur obsequium se præstare Deo. Et hæc faient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me. ;ed hæc locutus sum vobis, ut, cum venerit hora eoum, reminiscamini, quia ego dixi vobis.

M. Laus tibi, *Christe.*

S. (osculans Evangelium:) Per evangelica dicta deleantur nostra delicta.

In Missa solemni Celebrans, dicto Evangelio, benedicit incensum. Deinde diaconus genuflexus ante altare, dicit: Munda cor meum, *ut supra: petitque benedictionem a sacerdote, dicens:* Jube domne benedicere, *ad quod sacerdos respondet:* Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis, ut digne et competenter annunties Evangelium suum: in nomine Patris et Filii † et Spiritus sancti. Amen.

Symbolum.

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in cœlum: sedet ad dextram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, judicare vivos et mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen.

S. Dominus vobiscum, *M.* Et cum spiritu tuo.

Offertorium.

Oremus. Benedictus sit Deus Pater, unigenitus-
que Dei Filius, sanctus quoque Spiritus: quia fecit
nobiscum misericordiam suam.

Ad oblationem Hostiæ. Suscipe, sancte Pater, om-
nipotens æterne Deus, hanc immaculatam Hostiam,
quam ego indignus famulus tuus offero tibi, Deo meo
vivo et vero, pro innumerabilibus peccatis et offen-
sionibus et negligentiis meis, et pro omnibus circum-
stantibus, sed et pro omnibus fidelibus Christianis,
vivis atque defunctis: ut mihi et illis proficiat ad sa-
lutem in vitam æternam. Amen.

Benedicens aquam: Deus, qui humanæ substan-
tiæ dignitatem mirabiliter condidisti et mirabilius re-
formasti; da nobis per hujus aquæ et vini mysterium
ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis no-
stræ fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius
tuus Dominus noster: Qui tecum vivit et regnat in
unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæ-
culorum. Amen.

Ad oblationem calicis: Offerimus tibi, Domine, ca-
licem salutaris, tuam deprecantes clementiam, ut in
conspectu divinæ majestatis tuæ pro nostra et totius
mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

Inclinatus super altare: In spiritu humilitatis et
in animo contrito suscipiamur a te, Domine, et sic
fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut
placeat tibi, Domine Deus.

Benedicens oblata: Veni, Sanctificator, omnipotens
æterne Deus, et benedic hoc sacrificium tuo sancto
nomini præparatum.

Ad benedictionem incensi in Missa solemni: Per in-
tercessionem beati Michaelis Archangeli, stantis a
dextris altaris incensi, et omnium electorum suorum,
incensum istud dignetur Dominus benedicere, et in

odorem suavitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ad incensationem oblatorum: Incensum istud a te benedictum ascendat ad te, Domine, et descendat super nos misericordia tua.

Ad incensationem altaris: Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis: ut non declinet cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.

Reddendo thuribulum: Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris, et flammam æternæ caritatis. Amen.†

Ad lotionem manuum dicitur:

Psalmus 25.

Lavabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum, Domine,

Ut audiam vocem laudis: et enarrem universa mirabilia tua.

Domine, dilexi decorem domus tuæ: et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te, Domine.

Gloria Patri et Filio: et Spiritui sancto,

Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in sæcula sæculorum. Amen.

In Missis pro defunctis, et tempore Passionis in Missis de tempore omittitur Gloria Patri etc.

In medio altaris sese inclinans: Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob

memoriam passionis, resurrectionis et ascensionis Jesu Christi Domini nostri: et in honorem beatæ Mariæ semper Virginis, et beati Joannis Baptistæ, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem, et illi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam agimus in terris. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Versus ad populum: Orate fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum, Patrem omnipotentem.

M. Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram totiusque ecclesiæ suæ sanctæ.

S. Amen.

Secreta.

Sanctifica, quæsumus, Domine, Deus noster, per tui sancti nominis invocationem, hujus oblationis hostiam, et per eam nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus.

Præfatio.

Per omnia sæcula sæculorum, *M.* Amen.

Dominus vobiscum, *M.* Et cum spiritu tuo.

Sursum corda, *M.* Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino, Deo nostro, *M.* Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio tuo et Spiritu sancto unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria *revelante te credimus*, hoc de Filio tuo,

hoc de Spiritu sancto sine differentia discretionis sentimus: ut in confessione veræ sempiternæque Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in majestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim, qui non cessant clamare quotidie una voce dicentes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus Sabaoth. Pleni sunt cœli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus, qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

Canon Missæ.

Te igitur, clementissime Pater, per Jesum Christum, Filium tuum, Dominum nostrum, supplices rogamus ac petimus, uti accepta habeas et benedicas hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata: inprimis quæ tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, custodire, adunare et regere digneris toto orbe terrarum una cum famulo tuo Papa nostro N., et Antistite nostro N., et omnibus orthodoxis atque catholicæ et apostolicæ fidei cultoribus.

Commemoratio pro vivis. Memento Domine, famulorum famularumque tuarum N. N., et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est et nota devotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suæ, tibique reddunt vota sua æterno Deo, vivo et vero.

Infra Actionem. Communicantes et memoriam venerantes inprimis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi, sed et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri et Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi,

Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis et Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosmæ et Damiani, et omnium Sanctorum tuorum: quorum meri-is precibusque concedas, ut in omnibus protectionis uæ muniamur auxilio. Per eundem Christum Domi-ium nostrum. Amen.

Manus tenens super oblata: Hanc igitur oblatio-iem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, juæsumus, Domine, ut placatus accipias, diesque no-itros in tua pace disponas, atque ab æterna damna-ione nos eripi, et in electorum tuorum jubeas grege iumerari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Benedicens Oblata: Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus, benedictam, adscriptam, ratam, ationabilem, acceptabilemque facere digneris, ut iobis Corpus et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui, Domini nostri Jesu Christi.

Qui pridie, quam pateretur, accepit panem in anctas ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis n cœlum ad te, Deum, Patrem suum omnipotentem, ibi gratias agens, benedixit, fregit, deditque discipu-is suis, dicens: Accipite et manducate ex hoc omnes.

Hoc est enim corpus meum.

Simili modo, postquam cœnatum est, accipiens et iunc præclarum calicem in sanctas et venerabiles nanus suas, item tibi gratias agens, benedixit, dedit-que discipulis suis, dicens: Accipite et bibite ex eo omnes.

Hic est enim calix Sanguinis mei, novi et æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remis-ionem peccatorum.

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam acietis.

Facta adoratione pergit sacerdos:

Unde et memores, Domine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejusdem Christi Filii tui Domini nostri tam beatæ passionis, nec non et ab inferis resurrectionis, sed et in cœlos gloriosæ ascensionis, offerimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, Panem sanctum vitæ æternæ, et Calicem salutis perpetuæ.

Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris et accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justi Abel, et sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, jube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinæ majestatis tuæ; ut, quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum Filii tui Corpus et Sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlelesti et gratia repleamur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

Commemoratio pro defunctis. Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum N. et N., qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis. Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas, deprecamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Nobis quoque peccatoribus, famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam et societatem donare digneris cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus, cum Joanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete,

Cæcilia, Anastasia, et omnibus Sanctis tuis, intra quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ quæsumus largitor admitte. Per Christum Dominum nostrum. — Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis et præstas nobis. — Per ipsum, et cum ipso, et in ipso est tibi, Deo, Patri omnipotenti in unitate Spiritus sancti omnis honor et gloria:

Per omnia sæcula sæculorum. *M.* Amen.

Oremus. Præceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati audemus dicere:

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. *M.* Sed libera nos a malo. Amen.

Libera nos, quæsumus Domine, ab omnibus malis, præteritis, præsentibus et futuris, et intercedente beata et gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque Andrea, et omnibus Sanctis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiæ tuæ adjuti, et a peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus

Per omnia sæcula sæculorum. *M.* Amen.

Pax Domini sit semper vobiscum. *M.* Et cum spiritu tuo.

Particulam Hostiæ in calicem immittens: Hæc commixtio et consecratio Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi fiat accipientibus nobis in vitam æternam. Amen.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

In Missis defunctorum non dicitur: Miserere nobis, *sed ejus loco:* dona eis requiem, *et in tertio:* dona eis requiem sempiternam. *Nec dicitur Oratio sequens.*

Domine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidem ecclesiæ tuæ, eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris: Qui vivis et regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

In Missa solemni, si danda est pax: Pax tecum.
M. Et cum spiritu tuo.

Domine Jesu Christe, Filii Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam mundum vivificasti, libera me per hoc sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis et universis malis; et fac me tuis semper inhærere mandatis, et à te nunquam separari permittas: Qui cum eodem Deo Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Perceptio Corporis tui, Domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proveniat in judicium et condemnationem, sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelam percipiendam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Panem cœlestem accipiam, et nomen Domini invocabo. *(Percutit pectus suum, ter dicens:)*

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retri-
uit mihi? Calicem salutaris accipiam, et nomen Do-
aini invocabo. Laudans invocabo Dominum, et ab
nimicis meis salvus ero.

Sanguis Domini nostri Jesu Christi custodiat ani-
nam meam in vitam æternam. Amen.

Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capia-
nus: et de munere temporali fiat nobis remedium
empiternum.

Corpus tuum, Domine, quod sumpsi, et Sanguis,
uem potavi, adhæreat visceribus meis, et præsta,
t in me non remaneat scelerum macula, quem pura
t sancta refecerunt Sacramenta: Qui vivis et regnas
n sæcula sæculorum. Amen.

Communio.

Benedicamus Deum cœli, et coram omnibus vi-
entibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum miseri-
ordiam suam.

Dominus vobiscum. *℟.* Et cum spiritu tuo.

Postcommunio.

Oremus. Proficiat nobis ad salutem corporis et
nimæ, Domine Deus noster, hujus Sacramenti su-
ceptio, et sempiternæ sanctæ Trinitatis ejusdemque
ndividuæ Unitatis confessio. Per Dominum nostrum
esum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et re-
nat in unitate Spiritus sancti Deus: per omnia sæ-
ula sæculorum. *℟.* Amen.

Dominus vobiscum, *℟.* Et cum spiritu tuo.

Ite, missa est. (*Vel:* Benedicamus Domino.) *℟.*
Deo gratias.

In Missis defunctorum: Requiescant in pace.
℟. Amen.

Placeat tibi, sancta Trinitas, obsequium servitutis
meæ, et præsta, ut sacrificium, quod oculis tuæ maje-
tatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihique et

omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Benedicens populum: Benedicat vos omnipoten Deus, Pater et Filius et Spiritus sanctus. ℟. Amen.

Dominus vobiscum, ℟. Et cum spiritu tuo.

Initium sancti Evangelii secundum Joannem.

℟. Gloria tibi, Domine.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apu Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principi apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sin ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vit erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebri lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt. Fu homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hi venit in testimonium, ut testimonium perhiberet d lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ill lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Era lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus pe ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. I propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquo autem receperunt eum, dedit eis potestatem filio Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus; qui non e sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex vo luntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbu Caro factum est, et habitavit in nobis; et vidimu gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, ple num gratiæ et veritatis.

℟. Deo gratias.

14. Preces ante et post Confessionem perso vendæ. (I.)

Ante Confessionem.

Omnipotens sempiterne Deus, en ego infelix, in dignus ac perfidus peccator, multipliciter tibi rebelli

ratus, venio ad te, Creatorem et Redemptorem ı, accusans meipsum, et confitens tibi omnes inationes et scelera mea. In spiritu humilitatis animo contrito confiteor tibi; me sæpe nomen ım tuum blasphemavisse, præcepta tua transım esse, voluntatem tuam contempsisse, dona et tua in me destruxisse, animam et corpus meum sse, gratias ac beneficia tua in contumeliam vertisse, et innumeris peccatis et iniquitatibus multipliciter te offendisse. Et in his gravissieccatis et sceleribus, in huiusmodi pravitate et lia, heu nimis diu obstinatus mansi, abutens betate, seducens cor meum et inquinans animam ı. Ecce, Domine, mi Deus, ante pedes tuos proıs jacet nefarius hostis tuus; ecce, hic habes perm illum nebulonem, qui se ultro tibi captivum . Fac igitur de me, quidquid tibi placet, nam ra voluntate rigori justitiæ tuæ me subjicio, paquamcumque de me sumere volueris vindictam, s subire; tantummodo miserere mei et in gratuam me recipe. Numquid non pater meus es ius pietas non potest concludi, cuius miseratioıunquam continere se possunt! ego vero, licet omine indignum me fecerim, non tamen alium m præter te agnosco. Quapropter ad pedes miırdiæ tuæ prostratus, per omnipotentiam, saiam et bonitatem tuam obsecro te, ignosce, reet condona mihi offensas meas gravissimas et ıtiam tuam me rursus admitte, dulcis Jesu, Fili ivi, qui te advocatum et mediatorem inter nos trem tuum constituisti, obsecro te per caritatem, quæ te de cœlis traxit in uterum Virginis et de n ad passionem et ignominiam crucis; obsecro r omnes contumelias et injurias tibi irrogatas ı per omnes et singulas pretiosissimi Sanguinis ıttas pro nobis effusas, ut mihi peccatorum meo-

omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miseran
pitiabile. Per Christum Dominum nostrum. A

Benedicens populum: Benedicat vos omn
Deus, Pater et Filius et Spiritus sanctus. *M.*

Dominus vobiscum, *M.* Et cum spiritu t
Initium sancti Evangelii secundum Joanı
M. Gloria tibi, Domine.

In principio erat Verbum, et Verbum e
Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in ı
apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt,
ipso factum est nihil, quod factum est. In i
erat, et vita erat lux hominum: et lux in
lucet, et tenebræ eam non comprehenderu
homo missus a Deo, cui nomen erat Joann
venit in testimonium, ut testimonium perhi
lumine, ut omnes crederent per illum. Non
lux, sed ut testimonium perhiberet de lumi
lux vera, quæ illuminat omnem hominem ve
in hunc mundum. In mundo erat, et mu
ipsum factus est, et mundus eum non cogn
propria venit, et sui eum non receperunt.
autem receperunt eum, dedit eis potestat
Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus; q
sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq
luntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et
Caro factum est, et habitavit in nobis; e
gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Pa
num gratiæ et veritatis.

M. Deo gratias.

14. Preces ante et post Confessionem vendæ. (I.)

Ante Confessionem.

Omnipotens sempiterne Deus, en ego in
dignus ac perfidus peccator, multipliciter tib

enio ad te, Creatorem et Redemptorem ans meipsum, et confitens tibi omnes s et scelera mea. In spiritu humilitatis contrito confiteor tibi; me sæpe nomen n blasphemavisse, præcepta tua transvoluntatem tuam contempsisse, dona et ne destruxisse, animam et corpus meum atias ac beneficia tua in contumeliam , et innumeris peccatis et iniquitatibus citer te offendisse. Et in his gravissiet sceleribus, in huiusmodi pravitate et nimis diu obstinatus mansi, abutens belucens cor meum et inquinans animam Domine, mi Deus, ante pedes tuos proıefarius hostis tuus; ecce, hic habes pernebulonem, qui se ultro tibi captivum igitur de me, quidquid tibi placet, nam tate rigori justitiæ tuæ me subjicio, pamque de me sumere volueris vindictam, ; tantummodo miserere mei et in grae recipe. Numquid non pater meus es ıs non potest concludi, cuius miseratiocontinere se possunt! ego vero, licet ıdignum me fecerim, non tamen alium r te agnosco. Quapropter ad pedes mi.æ prostratus, per omnipotentiam, saonitatem tuam obsecro te, ignosce, relona mihi offensas meas gravissimas et ım me rursus admitte, dulcis Jesu, Fili te advocatum et mediatorem inter nos ım constituisti, obsecro te per caritatem de cœlis traxit in uterum Virginis et de ssionem et ignominiam crucis; obsecro contumelias et injurias tibi irrogatas ınes et singulas pretiosissimi Sanguinis nobis effusas, ut mihi peccatorum meo-

omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Benedicens populum: Benedicat vos omnipotens Deus, Pater et Filius et Spiritus sanctus. *M.* Amen.

Dominus vobiscum, *M.* Et cum spiritu tuo.

Initium sancti Evangelii secundum Joannem.

M. Gloria tibi, Domine.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus; qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum Caro factum est, et habitavit in nobis; et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.

M. Deo gratias.

14. Preces ante et post Confessionem persolvendæ. (I.)

Ante Confessionem.

Omnipotens sempiterne Deus, en ego infelix, indignus ac perfidus peccator, multipliciter tibi rebellis

et ingratus, venio ad te, Creatorem et Redemptorem meum, accusans meipsum, et confitens tibi omnes abominationes et scelera mea. In spiritu humilitatis et in animo contrito confiteor tibi; me sæpe nomen sanctum tuum blasphemavisse, præcepta tua transgressum esse, voluntatem tuam contempsisse, dona et opera tua in me destruxisse, animam et corpus meum polluisse, gratias ac beneficia tua in contumeliam tuam vertisse, et innumeris peccatis et iniquitatibus meis multipliciter te offendisse. Et in his gravissimis peccatis et sceleribus, in huiusmodi pravitate et perfidia, heu nimis diu obstinatus mansi, abutens benignitate, seducens cor meum et inquinans animam meam. Ecce, Domine, mi Deus, ante pedes tuos prostratus jacet nefarius hostis tuus; ecce, hic habes perversum illum nebulonem, qui se ultro tibi captivum tradit. Fac igitur de me, quidquid tibi placet, nam integra voluntate rigori justitiæ tuæ me subjicio, paratus quamcumque de me sumere volueris vindictam, lubens subire; tantummodo miserere mei et in gratiam tuam me recipe. Numquid non pater meus es tu, cuius pietas non potest concludi, cuius miserationes nunquam continere se possunt! ego vero, licet filii nomine indignum me fecerim, non tamen alium patrem præter te agnosco. Quapropter ad pedes misericordiæ tuæ prostratus, per omnipotentiam, sapientiam et bonitatem tuam obsecro te, ignosce, remitte et condona mihi offensas meas gravissimas et in gratiam tuam me rursus admitte, dulcis Jesu, Fili Dei vivi, qui te advocatum et mediatorem inter nos et Patrem tuum constituisti, obsecro te per caritatem illam, quæ te de cœlis traxit in uterum Virginis et de eodem ad passionem et ignominiam crucis; obsecro te per omnes contumelias et injurias tibi irrogatas atque per omnes et singulas pretiosissimi Sanguinis tui guttas pro nobis *effusas*, ut mihi peccatorum meo-

rum veniam impetres atque Patri tuo plene me reconcilies. Amen.

Invocatio divini auxilii.

Clementissime Pater! dignare ceteris, quæ mihi jam contulisti, innumeris beneficiis etiam hoc adhuc addere, ut mentis meæ tenebras gratia tuæ visitationis illumines, affectum voluntatis inflammes et corrobores, ut cognoscam, quidquid cogitatione et affectu, verbis, operibus et omissionibus contra te, contra proximum et me ipsum peccaverim!

O scrutator cordium et renum Deus! qui considerasti semitas meas, et omnes gressus meos dinumerasti; quid tibi hucusque pro innumerabilibus beneficiis tuis reddidi!

Breve examen ad conscientiam discutiendam accommodatum. [1]

Erga Deum.

De oratione debita vocali et Missa audita; an attente et devote se habuerit, nec ne.

An orationi mentali, meditationi, et examinationi conscientiæ vacaverit, ut oportet.

An ex verbo Dei audito, vel lecto fructum capere studuerit.

De defectibus in Confessione et Communione, et in specie de negligentia in discutienda conscientia, in contritione, in proposito et cura emendationis.

An in credendo, et in sentiendo, et loquendo de Deo, et Sanctis se habuerit, ut oportet.

An curiosus in his, quæ sunt fidei, perscrutandis, vel disputandis, et an superstitiosus fuerit; aut Deum tentaverit miracula non necessaria expetendo.

---

[1]) Alterum examen exactius pro confessione generali habes *infra* pag 403.

An sine necessitate, reverentia, veritate, et justitia juraverit, vel juramentum, aut aliquod votum implere omiserit.

De memoria præsentiæ Dei; et de directione vitæ et omnium suarum actionum ad ejus honorem et beneplacitum.

An in festis peculiari modo cultui Dei vacaverit; et in ecclesiis, vel in rebus sacris, an reverenter se habuerit.

An spem, ut oportet, constituerit in Deo; et an eam exercuerit petendo auxilium ad res et actiones suas.

Erga proximos.

An caritatis affectu compassus sit malis, et concupierit bona suis proximis; et an oratione pro eis, et opere (cum se obtulit occasio) in his, quæ ad animam, corpus et famam pertinent, id ostenderit, nec ne?

An eorum injurias condonaverit, et infirmitatem toleraverit; an fuerit gratus in benefactores, an contra.

De non præstito vel male-dato consilio, vel admonitione, cum juvare potuit.

De adulatione, approbando, quod non debuit.

De impatientia, verbo, aut gestu, aut aliter ostensa, et an quovis malo exemplo contra ædificationem aliorum quid fecerit.

An quemquam a meliori bono revocaverit, vel ei causa peccati, dissolutionis, vel imperfectionis fuerit.

An facile de aliis suspicetur male, et temere judicet.

De calumnia, de detractione, attingendo defectus aliorum, sine utilitate et moderatione, qua oportet, præsertim cum intentione non bona.

De irrisione et exprobratione defectuum.

De invidia, non gaudendo de auctoritate, doctrina, aut bonis alterius.

De male conservatis rebus temporalibus Seminarii, vel damno eis illato.

Circa obedientiam erga parentes, præceptores, aliosque superiores, an prompte et sine murmuratione, quod præceptum est, exsecutus sit.

An de persona, et rebus superiorum, ut oportuit, senserit; et an quid dixerit, quod eorum auctoritatem, vel subditorum erga eos benevolentiam imminuerit.

An celaverit ea, quæ non oportuit, quod attinet ad se, vel alios.

Erga seipsum.

Circa castitatem: An cogitatione, affectu, intuitu, verbo, aut ulterius progrediendo peccaverit.

An in quantitate cibi aut potus, aut desiderio sensuali aliorum, quam quæ apponuntur, aut modo indecenti peccaverit.

Circa superbiam: An reprehensus culpam agnoverit, an excusaverit.

An singularis videri voluerit in re aliqua, et aliis se prætulerit, vel eos contempserit.

An magni se faciat, et fieri velit in bonis animæ, vel corporis; et libenter de rebus suis loquatur, et amplificet, quæ ad laudem faciunt.

An sibi nimis confidendo, exposuerit se periculo peccandi.

De pertinacia, de mendacio, de locutione nimia, vel inconsiderata, et de defectibus modestiæ.

De motibus iræ, vel impatientiæ.

De debilitate animi in rebus adversis, pusillanimitate in arduis, et fastidio bonorum operum.

De somnolentia, et negligentia in mediis profectus spiritualis, in studiis, vel aliis in rebus, ad quas obligatur, et in tentationibus excutiendis.

An inspirationibus Dei responderit, et ad instituti sui perfectionem, totiusque amoris proprii abnegationem aspiraverit; an tempus otiosis colloquiis, vel utcumque inutiliter triverit, vel an contra plus justo laboraverit cum damno sanitatis.

Si quod officium alicui proprium est, vel quis defectus familiaris, eo applicet examen.

Non autem opus est in his, quæ dicta sunt, nudas tentationes (nisi forte consilii gratia) confiteri, præsertim superatas, nec admodum importunas; secus si quis immoratus, vel delectatus, et multo magis, si ad ulteriora progressus sit.

Examine conscientiæ finito ex sequentibus precibus unam alteramve devote recita:

1. O inscrutabilis abyssus pietatis, Domine mi Deus, peccavi super numerum arenæ maris, et non sum dignus intueri altitudinem cœli. O me fœtidam peccatorum sentinam! o me sordidum cadaver putredinis! Multiplicatæ sunt iniquitates meæ, et sicut onus grave gravatæ sunt super me. Regnat in me superbia, vana gloria, luxuria, avaritia, invidia, acedia et omne malum. Quid faciam miser, quo fugiam a facie iræ Dei? Heu, Domine Deus, quanta sunt vulnera mea, quanta infirmitas animæ meæ! Cui conquerar, o Domine, omnia mala mea adversum me, nisi tibi, Salvatori et Redemptori animæ meæ. Jesu, Fili Dei vivi miserere mei, quia nihil tibi est impossibile, quam non posse miseris misereri; redde mihi, dulcis Jesu, gratiam tuam, et recipe me in amicitiam tuam.

Non secundum merita mea, sed secundum bonitatem tuam respice in me. Doleo vehementer de peccatis meis, quibus te, benignissimum Deum meum, offendi. O Domine Deus, odi, aversor, exsecror et abominor omnia peccata mea, tali affectu et voluntate, qua tu ipse ea exsecraris et abominaris; et utinam dolor meus tantus esset, quantum tu esse desi-

pretioso Sanguine tuo diluere et meritis acerbissimæ passionis tuæ expiare digneris, ut nulla eorum apud te memoria perseveret.

O amabilis Jesu, et unicum solatium meum! ecce, accedo ad te plenus desiderio te ferventer diligendi et cuncta, quæ me a tuo possint amore abstrahere, evitandi.

O quantum me amasti et amas! Ut me redimeres, naturam meam sumpsisti, et factus es frater meus; ut ego exhilarer, tu tristatus es; ut ego sanarer, tu vulneratus es; ut ego mundarer, tu purissimum Sanguinem tuum fudisti; ut ego viverem, tu mori non recusasti.

Et quomodo, Deus meus, tam corde cæcus esse potui, ut aversus a te, a quo mihi salus omnis et bona cuncta procedunt, ad terrena, caducaque me converterem, ex quibus nonnisi perditio et omnis miseria ad me redit?

Mirum valde est, quod mihi jam aliud cogitare libeat, quam immensa, quæ mihi præstitisti, beneficia, aut in aliqua alia re solatium et animi recreationem quærere, quam in sanctissima vita ac passione tua, dulcissimisque et vere mellifluis vulneribus tuis. O piissime Jesu, adjuva et conforta me, fragile figmentum tuum. Tu es omnis spes mea. Quantum me perturbant et dejiciunt peccata mea, tantum me exhilarat et erigit immensa bonitas, sanctissimaque passio tua. Quidquid enim ego deliqui, morte tua acerbissima abolitum est. Quidquid mihi deest, merita sacratissimæ passionis tuæ abunde adimplent. Et licet magna atque innumera sint peccata mea, parva tamen sunt, tuæ immensæ collata misericordiæ. Unde et confido de infinita pietate tua, quod me nunquam perire sines, quem ad imaginem et similitudinem tuam creasti, tantoque labore ac tam caro redemisti pretio. Ah, bone Jesu, vulnera, obsecro, cor meum

amoris tui, ut tam ardenter te diligam, quam
er ipse a me vis amari. Exure et liquefacito
m, ut totus in me deficiam, totusque per amo-
te transformer, ac tecum unus spiritus efficiar.
ce, resigno et relinquo me totum tuo benepla-
Fiat, Domine, fiat in me et de me gratissima
s tua nunc et in perpetuum. Amen.
(S. Bernardus.)
Benignissime Deus, ego indignissima creatura
mera malitia et perversitate divinam bonita-
am tam multipliciter offendi, ut juste me ab-
i et tanquam capitalem hostem tuum persequi
s. O Christe Jesu, fateor, me inique egisse et
nimis coram te fecisse, attamen tam vehe-
super hoc doleo, ut malim quodvis malum
, quam deinceps vel unico mortali peccato te
re. Doleo non propter graves nimiasque pœ-
as commerui, sed solummodo quia te tam dul-
am amabilem, tam benignum et fidelem domi-
qui mihi nunquam nec minimum malum fecisti,
nibus bonis me ditasti, tam graviter, tamque
offenderim. Ignosce mihi, misericordissime
propter amorem illum, quo Patrem pro perse-
us tuis rogasti, quia paratus sum, omnem in-
, quam peccando tibi irrogavi, quantum fieri
, reciproco obsequio recompensare. Non peto
as promeritas mihi condones, sed paratissimus
asdem a paterna manu tua, quando, quomodo
tibi placuerit, et decor justitiæ tuæ exegerit,
are. Cum summa igitur humilitate et resigna-
e tibi subjicio, et justum tuum super me judi-
mbobus brachiis amplexor, paratus acceptare
mque mihi adversa in tempore et æternitate
ris. Amen. *(Ex precibus Gertrudianis.)*
Adoro et veneror te, mitissime Domine Jesu,
is patibulo pendentem et Sanguinem tuum ro-

seum pro expiando mundi scelere fundentem. Accuso me in contritione cordis mei de multifarie tibi a me irrogata injuria et infidelitate. Bone Jesu, fateor me propter nefaria scelera mea passionis et mortis tuæ esse causam, tibique in passione tua magis pœnosa fuisse mea peccata quam impiorum lictorum tunsiones et verbera. Tibi igitur confiteor et revelo malitiam et iniquitatem meam, et in spiritu humilitatis ante crucem tuam prostratus veniam deprecor. Omnes iniquitates et peccata mea demergo in abyssum misericordiæ et clementiæ tuæ et in cruenta vulnera tua, quæ accepisti meæ salutis causa, orans, ut illa pretioso Sanguine tuo et virtuosa aqua sanctissimi lateris tui ita abluere et abstergere velis, ut nulla apud te eorum memoria perseveret. In perfectam emendationem et expiationem omnium criminum, quæ ego cogitationibus, desideriis et perversis affectibus cordis mei commisi, offer æterno Patri tuo immaculatum Cor tuum, cum omni bono, quod in se continet; et pro omnibus inutilibus et noxiis verbis, quæ ore meo locutus sum, exhibe ei omnia sacratissimi oris tui exercitia, atque pro omnibus perversis operibus, quæ perpetrarunt manus meæ, ostende ei perforatas manus tuas, tuaque innocentia Deum Patrem placa, ut per te perfectam merear criminum meorum obtinere indulgentiam. Pro quo sit tibi exhibitio suavitatis illius, quam in trina Deitate persona personæ communicat. Amen. *(Ex precibus Gertrudianis.)*

Post Confessionem.

Sit tibi, obsecro, meritis Beatæ semper Virginis Genitricis tuæ Mariæ et omnium Sanctorum grata et accepta ista confessio mea, et quidquid mihi defuit, nunc et alias de sufficientia contritionis, de puritate et integritate confessionis, suppleat pietas et misericordia tua et secundum illam digneris me habere

plenius et perfectius absolutum in cœlo; qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Gratias immensas tibi ago, Domine, quia dirupisti vincula mea, quibus tenebar in dæmonis servitute, et quia eripuisti animam meam a perditione, eamque pretioso Sanguine tuo mundatam restituisti divinæ tuæ gratiæ. — Ad te, o benignissime Jesu, revertor et gratias ago, quod a fœdissima peccatorum meorum lepra mundare me dignatus fueris. Sit nomen tuum, o Jesu, benedictum in sæcula. Vere tu es Jesus, hoc est Salvator, qui neminem a te quantumlibet flagitiosum repellis, qui omnes serio pœnitentes in gratiam recipis, et in numerum filiorum tuorum adscribis. Misericordiæ tuæ viscera, o Jesu, agnosco et amplector, meque totum servitio tuo deinceps addico. Adjuva, obsecro, imbecillitatem meam, ut nunquam hujus, quod mihi præstitisti, beneficii oblitus, amore illius delectationis, aut præposteri affectus impulsus, n priora peccata relabar meque a te separem. Cor t animam meam dilectionis tuæ brachiis ita tecum onstringe, ut dicere cum Apostolo possim: *Quis e separabit a caritate Christi!* (Rom. 8, 35.) O dulcisne Redemptor! amo te ex toto corde meo et ex ta anima mea, quia infinite bonus es. Doleo quod quam te offenderim, firmiterque propono in posten jam non peccare. — Da, Domine, ut deinceps gam te, ut serviam tibi constanti voluntate, ut tiam tuam conservem et potius moriar, quam ex per peccatum iterum excidam. — Largire mihi, ine, gratiam proposita exsequendi, vitam serio ndandi et in gratia tua ad mortem usque persendi. — Deus, qui diligentibus te facis cuncta pro-, da cordi meo inviolabilem tuæ caritatis affecut hæc desideria de tua inspiratione concepta valeant tentatione mutari. Per Christum Do- nostrum. Amen.

Omnipotens et misericors Deus, cujus misericordiæ non est numerus et bonitatis infinitus est thesaurus; piissimæ majestati tuæ ex toto cordis ac mentis affectu gratias ago pro exuberantissima bonitate tua, quam ostendisti super me, dum tam clementer peccata mihi indulsisti et gratiam tuam mihi retribuisti. Benedicta sit divina pietas tua et benedictus sit incomprehensibilis amor dilecti Filii tui, qui eum induxit, hoc tam facile efficacissimumque remedium, quo a peccatis nostris liberari valeamus, instituere. Unde in unione omnium gratiarum actionum, quæ tibi ab omnibus vere pœnitentibus habitæ sunt, concino tibi laudes et gratiarum actiones ex parte omnium cœlestium, terrestrium et inferorum, nunc et in sæcula sæculorum. Et quoniam, o mitissime Deus, tam multiplicibus peccatis et negligentiis meis maximam tibi irrogavi injuriam, ideo etiam paratus sum divinæ justitiæ tuæ perfectam satisfactionem pro viribus meis rependere. Pœnitentiam igitur a confessario nomine tuo mihi impositam fideliter summaque cum devotione persolvam. Et utinam tali devotione et amore eamdem persolvere possem, ut majus tibi beneplacitum et oblectationem causarem, quam fuerunt injuriæ et contumeliæ, quæ tibi per peccata mea irrogavi. Quod ut perficere valeam, unio et immergo hanc meam pœnitentiam in omnia opera satisfactoria, quæ dilectus Filius tuus triginta tribus annis jejuniis, vigiliis et orationibus perfecit, et in unione omnium illorum offero tibi hanc orationem et pœnitentiam meam. Respice igitur amantissime Pater super me obligatissimum debitorem tuum sacris pedibus tuis advolutum irrogatasque tibi injurias reciproco amoris obsequio rependere satagentem, tantamque mihi concede virtutem et gratiam, ut juxta tuum sanctum beneplacitum hanc orationem perficiam. Amen.

(Hic persolve pœnitentiam tibi injunctam sequentemque adjunge orationem.)

Sanctissime Pater! in unione omnium pœnitentiarum, quæ unquam pro gloria nominis tui adimpletæ sunt, offero tibi hanc meam confessionem et satisfactionem, rogans, ut eandem per merita passionis dilecti Filii tui, perque intercessionem B. M. V. et omnium sanctorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum et Virginum ratam, mihi salutarem habere et efficere digneris. Et quidquid mihi defuit de sincera præparatione, debita contritione, fideli et dilucida confessione, id omne commendo dulcissimo cordi Unigeniti tui tanquam bonorum omnium gazophylacio, ex cujus abundantia omne debitum tibi plene suppleatur, ut per idipsum omnes negligentiæ meæ et defectus in susceptione hujus Sacramenti admissi plene et perfecte ad æternam laudem tuam suppleantur, meque tam efficaciter absolvere velis in cœlis, sicut minister tuus tua auctoritate me absolvit in terris. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Preces ante et post Confessionem persolvendæ. (II.)

Ante Confessionem.

Compunctio cordis. Absit a me, o Domine, ut impiorum abjectum illud intra me dicam: peccavi, et quid mihi accidit triste? novi enim te longanimem et patientem quidem, sed una justissimum etiam malorum vindicem esse. Absit etiam a me, ut conversionem meam de die in diem differam; scio enim iram tuam, quæ me in tempore vindictæ disperdat, subito venire posse. Peccavi; atque istud mihi satis est, ut tibi quantocius *reconciliari* cupiam. Video ego

Amor Dei. Recordare, o Pater cœlestis! beneficiorum tuorum, quæ in me dispensasti, et miserere mei, ne bonitas tua in me cassa sit. Tu me ex nihilo ad imaginem et similitudinem tuam creasti, ut te laudarem, tibique obtemperando salvus fierem. Intellectum mihi dedisti, ut bonitatem tuam agnoscerem; memoriam, ut benefactorum tuorum reminiscerer; voluntatem, ut te amarem. Tu me conservas, opus manuum tuarum; tu das mihi escam in tempore opportuno. Imo tanta tibi mei cura est, ut ipsos Angelos tuos custodes meos esse volueris. Quot vero et quanta sunt pericula illa, ex quibus me indignum eripuisti? Ut me servum a peccati jugo, et a diaboli servitute redimeres, unigenitum Filium tuum morti tradidisti. Collata deinde mihi sine meis meritis Baptismi gratia, veræque fidei lumine, fragilitati quoque meæ per Sacramentum Pœnitentiæ providisti, ut in peccata recidivus rursum ad te consurgere valeam, consurgentemque sanctissimo Filii tui Corpore ac Sanguine reficis et firmas. Quoties liberasti me secundum multitudinem misericordiæ tuæ ab iis, qui animam meam quæsiverunt! quoties sustinuisti me peccatorem, sicut paterfamilias arborem, quæ fructum non fert, patienter tolerat? Tu, qui me, sicut angelos malos, primo delicto perpetrato, reprobare poteras, pœnitentiam meam longanimis præstolaris, imo gratiis tuis me rebellem prævenis. Sinesne, o Pater misericordiarum, miserrimum servorum tuorum perire, quem tantopere diligis?

Dolor de peccatis. Sed ego vicissim pro dilectione ista tibi quid retribui? Nihil profecto, nisi peccata, negligentias, turpemque ingratitudinem. Heu! quam sero te cognosco! et quantum malum est, quo bonitatem tuam infinite amabilem offendi! Pœnitet me, o Domine! ex toto corde meo me pœnitet, contra te peccasse. Pudet me ingratitudinis meæ!

Utinam nunquam te offendissem! Cor mundum crea in me, Deus, quo in posterum quodvis peccatum, instar maximi mali, horream et detestor; et spiritum rectum innova in visceribus meis, qui me in via mandatorum tuorum amore tuo inflammet. O utinam instar fluminis proruerent lacrymæ ex oculis meis, quibus indignitatem delictorum meorum reluere possim!

Serium propositum. Perpensa infinita bonitate tua, o Deus! quam toties et tam graviter offendi, penetrata item peccati malitia, quam ex corde abominor, seriam tibi vitæ meæ emendationem polliceor. Paratum jam modo cor meum est ad omne beneplacitum tuum, ad implendas omnes leges tuas, ad fugiendas quascumque remotas peccandi occasiones. Confitebor adversum me iniquitatem meam; omnis in eo ero, ut pro iisdem, meritis Christi adjutus, satisfaciam; vitamque meam ita tandem, gratia tua fretus, instituam, ut a tuo amore ne momento quidem cessem.

Satisfactionis oblatio. Scio ego me, Domine! debitorem tuum esse; scio unicum delictum ontra infinitam majestatem et bonitatem tuam peretratum tam enorme debitum esse, ut illud omnia tius mundi merita, instar satisfactionis oblata, comnsare non possint. Atque ideo tibi, Pater sanctisne! in satisfactionem pro peccatis meis sanctissim Filii tui vitam, passionem et mortem offero. spice in faciem Christi tui, dum Sanguis ejus de ce ad te, Patrem misericordiarum, pro me clamat! Dulcissime Jesu! qui mulieris Chananææ miserparalytico peccata remisisti, peccatricem Magnam absolvisti, latronem ad te conversum exau-, plorantem Petrum respexisti, et pro nobis em subire dignatus es, ut chirographum peccati i deleres; sine, ut merita tua, propitiationem eccatis meis, æterno Patri offeram; sine, ut te

advocatum meum coram tribunali æternæ justitiæ nominem! Per te mihi Pater cœlestis veniam peccatorum gratiamque largiatur, qua adjutus vitam meam in posterum sancte instituam, tibique usque in finem fideliter serviam. Quod partes meas attinet, juravi ego et statui, custodire judicia justitiæ tuæ.

Petitio divini auxilii. Frustra enim ego propono, qui sine te, Domine, nihil possum, nisi tu fragili manuum tuarum operi adjutricem dexteram porrexeris. Voluntas tibi serviendi, ut ipse vides, in me prompta est; sed vides etiam paupertatem et infirmitatem meam, quæ exsequendis piis propositis non sufficit. Peccati malitiam perspicio, pœnam sentio, et pertinaciam peccati nihilominus non vito. Per flagella tua conteror, quin inclinatio mala in me emoriatur. Mens ægra torquetur, quin cervix inflectatur. Vita sub dolore suspirat, quin opera emendet. Si exspectas, non corrigor, si vindicas, non duro. Confiteor in correctione, quod egi; obliviscor, recepta gratia, ejus, quod deflevi. Si extendis manum, facienda promitto; si suspendis gladium, promissa non servo. Si feris, clamo, ut parcas; si parcis, rursum te provoco, ut ferias. Ex me nec cogitare quidem aliquid boni possum, adeo ex te est omnis sufficientia mea. Tu ergo, o Domine! qui mihi velle dedisti, da etiam perficere, dumque lapsum cavere propono, suppone manum, ne labar.

Confessio peccatorum. Et nunc surgam, et ibo ad Patrem meum, et dicam: Pater! peccavi in cœlum et coram te! non sum dignus vocari filius tuus. Ascendam ad lavacrum pretiotissimi Sanguinis Jesu Christi, ut munder ab omni iniquitate mea. Non abscondam ulcera animæ meæ et peccatum meum non celabo. Vadam et ostendam me sacerdoti. Non erubescam confiteri, quod committere non erubui. Recognoscam, quod tuum est in me, ut misericorditer ab-

stergas, quod alienum est a te. Lava me, o pastor bone! ut munder; fove me, ut saner; inspira, ut a morte animæ meæ resusciter. Da, ut peccata mea ministro tuo ita confitear, tanquam vices tuas gerenti, ut ipsa confessionis meæ integritas et humilitas paternum cor tuum ad misericordiam permoveat; da, ut monita ejus in cor meum penetrent; da denique, ut absolutione recepta, vitam meam emendem, nihilque amplius, quam gloriam tuam, quæram.

Fili David, miserere mei! Restaura templum tuum, divinissime Spiritus! Reforma imaginem tuam, misericordiarum Pater!

Sancta Maria, refugium peccatorum et mater misericordiæ! sancte Angele custos, omnesque Sancti, quos Deus sive immaculatos servavit, sive peccatores justificavit! orate pro me, ut sacram peccatorum meorum confessionem rite peragam.

Post Confessionem.

Dirupisti, Domine! vincula peccatorum meorum, pepercisti animæ meæ, remisisti iniquitates meas, reconciliasti me tibi, et consolatus es me ad te revertentem venia delictorum meorum. Nunc ergo id tantum superest, ut tibi hostiam laudis sacrificem et misericordiam tuam alta voce et grato affectu exaltem. Tu nimirum vere miserationum Deus es, et misericordiam tuam, non est, qui sive numeret, sive ponderet. Suscipe, obsecro, hanc humilem confessionem meam, atque illud, quod ei seu ad plenam et sinceram peccatorum meorum enumerationem, seu ad convenientem de iisdem dolorem defuit, supple ex fonte infinitæ misericordiæ ac bonitatis tuæ, atque ex meritis Jesu Christi Filii tui. Dealbata in sanguine ejusdem stola innocentiæ, per Baptismum receptæ, totus in eo ero, ut eam amplius non inquinem. Ambulabo semitam novæ hujus vitæ fideliter. Non

discedam a te. Confirma deficientem, o Domine! sustine fragilem, custodi imbecillem servum tuum.

Paraphrasis Psalmi CII.

Benedic anima mea Domino! Exstimula omnes facultates tuas ad laudandum eum, cujus nomen sanctum est. Glorifica Deum, o anima mea, et vide, ne beneficia, quibus te cumulavit, memoria tua unquam excidant. Ille namque est, qui omnibus iniquitatibus tuis propitiatur, qui infirmitates tuas sanat, qui te a quovis interitu servat, qui te, innumeris gratiæ donis ornatum, misericordia quoque sua dignatur, et qui diversissimis muneribus suis omnia desideria tua abunde complet. Sicut vires aquilæ, exutis veteribus pennis, quotannis innovantur, ita beneficentissimus ille universi Pater juvenilem in te vigorem identidem reficit.

Misericordiæ suæ infinitæ justitiam etiam, quam assequi nemo potest, adjungit, dum eos, qui injuriam patiuntur, serius aut citius vindicat.

Voluntatem insuper suam, ne fidelibus suis aberrare facile sit, dudum quidem per Moysem Prophetasque suos, novissimis vero temporibus per Filium suum unigenitum manifestare dignatus est.

O vere misericordem, benignum et longanimem Deum ac Dominum nostrum! cujus ira fugax, et minæ plus quam paternæ sunt. Flagella ipsa, quæ nobis infligit, multo leviora sunt, quam quæ peccatis nostris promeriti fuimus. Immensa est cœlorum a terra altitudo; multo altior adhuc est misericordia, quam in eos dispensat, qui erga eum filiali reverentia feruntur. Ab ortu solis usque ad occasum non est tantum intervallum, quanto a nobis peccata nostra non minus, quam eorum consectaria discriminat. Veluti pater filiorum suorum misereri solet, ita ille miseri-

cordia sua omnes illos fovet, qui eum patris instar reverentur.

Novit ille fragilitatem nostram; scit nos instar pulveris caducos esse; non latet eum, vitam hominis similem esse gracili camporum gramini, quod flore vix parto exaret, minimoque venti halitu commotum decidit, peritque. Ipse locus, ubi steterat, nullo amplius vestigio noscitur. Sed justi, fugacitate hac quasi exuti, misericordia ejus æternum gaudent; omnisque eorum posteritas protectrice justitia ejus non minus, quam paterna liberalitate fruitur, quoadusque mandatis ejus obtemperavit.

Eleva te, o anima mea! ad eum, cujus thronus in cœlo fixus est, et cujus potestas per universum orbem dominatur. Magnificate eum mecum, spiritus cœlestes! qui etsi virtute præpotentes, omne tamen beneplacitum ejus instar ministrorum prompte exsequimini. Glorificate eum omnia opera ejus, quæ sive animo prædita, sive vitali spiritu carentia per omnes illas mundi plagas dispersa estis, ubi dominium ejus æternum viget!

Preces ante et post Confessionem persolvendæ. (III.)

Ante Confessionem.

Domine Deus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum; illumina, quæso, splendore gratiæ cor meum, ut sufficienter cognoscam defectus et peccata mea, eaque cum vero cordis dolore ac contritione confitear, sicut oportet, coram te et sacerdote, ministro tuo, ac plene pro iisdem satisfaciam, eademque emendem ad laudem et gloriam tuam et salutem animæ meæ.

Conditor cœli et terræ, Rex regum et Dominus dominantium, qui me de nihilo fecisti ad imaginem

tuam, ac proprio tuo Sanguine redemisti, et quem ego peccator non sum dignus nominare, nec invocare, nec corde cogitare; te suppliciter deprecor et humiliter exoro, ut clementer respicias me, servum tuum nequam. Miserere mei, qui misertus fuisti mulieris Chananææ et Mariæ Magdalenæ, pepercisti publicano et latroni in cruce pendenti. Tibi confiteor, piissime Deus, peccata mea, quæ, si volo, abscondere non possum tibi, Domine. Parce mihi, Christe, quem ego multum offendi cogitando, loquendo, operando: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo, Domine, precor tuam clementiam, qui de cœlo pro salute mea descendisti; qui David a peccati lapsu erexisti, parce mihi, Domine; parce mihi, Christe, qui Petro deneganti pepercisti. Tu es Creator meus et Redemptor meus, Dominus meus et Salvator meus, Rex meus et Deus meus. Tu es spes et fiducia mea, gubernatio et auxiliatio mea, consolatio et fortitudo mea, defensio et liberatio mea, vita et resurrectio mea, lumen et desiderium meum, adjutorium et patrocinium meum. Te deprecor et rogo, adjuva me, et salvus ero; guberna me et defende me; conforta me et consolare me; confirma me et lætifica me; illumina me et visita me. Suscita me mortuum, quia factura tua et opus tuum sum. Domine, ne despicias me, quia famulus et servus tuus sum, quamvis malus, quamvis indignus et peccator; sed qualiscumque sim, sive bonus, sive malus, semper tuus sum. Ad quem ergo fugiam, nisi ad te? Si tu me ejicis, quis me recipiet? Si tu me despicis, quis me aspiciet? Recognosce me ergo indignum ad te refugientem, quamvis si vilis et immundus sum, potes me mundare; si caecus sum, potes me illuminare; si infirmus sum, potes me sanare; si mortuus et sepultus sum, potes me suscitare; quia major est misericordia tua, quam exiguitas mea, major est pietas tua, quam impiëtas mea; plus potes dimit-

tere, quam ego committere, et plus parcere, quam ego peccator peccare. Dic animæ meæ: salus tua ego sum! qui dixisti: nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat. Converte me, Domine, ad te, et noli irasci contra me. Deprecor te, clementissime Deus, propter misericordiam tuam supplico et exoro, ut perducas me ad bonum finem, et ad veram pœnitentiam, puram confessionem, et dignam satisfactionem omnium peccatorum meorum. Amen.

Ad te, piissime Jesu, refugium meum et consolatio mea, ad te moerens et tristis venio, recogitans tibi annos meos et delicta mea in amaritudine animæ meæ. Ad te verba doloris effundo, misericordiam tuam implorans, ut facias opus tuum, quod est misereri et parcere, tollens peccata mea, quæ sunt maxima miseria mea. Ne despicias voces et singultus ovis perditæ et filii prodigi ad tuam pietatem redeuntis de regione longinqua; non enim lætaris in perditione morientium, qui ut ego non morerer, mortem subire dignatus es. Vermis terræ retribui tibi mala pro bonis; et heu, quot mala et quam gravia peccata pro tantis et tam eximiis bonis! Et tamen loqueris ad sponsam tuam, prævaricatricem animam meam, ut revertatur ad te, et suscipias eam; quia misericordia super omnia opera tua, et major est bonitas tua, quam iniquitas mea. Surgo igitur, et venio ad te corde contrito et humiliato; venio, ut laver, o fons æternæ vitæ, ad quem sitio sicut cervus ad fontes aquarum; venio, ut illuminer, o lux mea, et amem te, et confitear adversum me injustitiam meam. Emitte lucem tuam et veritatem tuam, et illumina mentem meam, ut omnia mala mea, quæ commisi, et bona, quæ omisi, distincte cognoscam et integre confitear, nec me permittas computrescere in sordibus meis, tu, qui omnium misereris et nihil odisti eorum quæ fecisti. Fac me assueta mala relinquere, et tibi

placitis operibus occupari, ut, ubi abundavit delictum, tua gratia superabundet; et sicut fuit sensus meus ut errarem a te, decies tantum iterum conversus requiram te. Doleo, benignissime Jesu, de omnibus et singulis peccatis meis, eaque detestor super omnia mala, non solum arido et imperfecto corde meo, sed corde etiam et affectu omnium vere pœnitentium, ex gratuito tui amore, quia Deus es infinito amore dignissimus, firmiterque propono, quælibet potius subire mala, quam iterum peccato consentire. Exactissime item confiteri volo, tibique et proximo integre satisfacere, atque omnes peccandi occasiones deinceps evitare. Quidquid vero mihi deest, suppleat mors tua, Sanguis tuus et superabundantia merita tua, quibus fretus veniam obtinere spero et gratiam mores meos corrigendi et in bono usque ad finem perseverandi. Et nunc, Domine, qui dedisti mihi cognoscere flagitia mea, perfice contritionem meam, et perduc ad finem satisfactionem meam. Ure me igne amoris tui, et separa a me quidquid displiceat majestati tuæ. Purifica omne, quod tibi placet in me, ut in te vivam, non in me, et in te moriar et propter te, Salvator mi. Amen.

Actus brevior contritionis et propositi.

Domine Jesu Christe, verus Deus et homo, creator et redemptor meus! pœnitet me ex toto corde, quod offenderim te, Dominum et Deum meum, quem amo super omnia, et propono firmiter amplius non peccare, omnesque peccandi occasiones devitare, confiteri, et impleri pœnitentiam, quæ mihi fuerit injuncta; et in satisfactionem peccatorum meorum offero tibi sacratissimam vitam, passionem ac mortem tuam, totumque pretium Sanguinis tui pro nobis effusi, merita quoque beatæ Mariæ semper virginis, et omnium Sanctorum atque omnia opera mea et to-

tam vitam meam. Et confido in bonitate et misericordia tua infinita, quod per merita pretiosi sanguinis tui mihi remissurus sis omnia delicta mea; et gratiam uberem largiturus, qua vitam sancte instituere, tibique perfecte usque in finem servire valeam. Qui cum Patre sanctoque Spiritu vivis et regnas Deus in sæcula benedictus. Amen.

Ingressurus confessionale dicas: Ecce, Domine, ego vilis peccator, pauper, malus et indignus, venio ad te superfluentem abyssum pietatis, ut laver ab omni macula et munder ab omni peccato. Amen.

Post Confessionem.

Psalmus 102.

Benedic, anima mea, Domino: et omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.

Benedic, anima mea, Domino: et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas:

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia et miserationibus:

Qui replet in bonis desiderium tuum; renovabitur ut aquilæ juventus tua.

Faciens misericordias Dominus, et judicium omnibus injuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas.

Miserator et misericors Dominus: longanimis et multum misericors.

Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cœli a terra, corroboravit *misericordiam suam* super timentes se.

fendere, voluntatemque tuam vel in minimo transgredi. Adjuva me, Domine mi Deus, quia sine te nihil possum. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Preces ante et post Confessionem persolvendæ. (IV.)

Ante Confessionem.

Oratio præparatoria. Per Filii tui omniumque Sanctorum et Angelorum merita, quæso, clementissime Deus, infunde cordi meo per gratiam Spiritus sancti lumen, compunctionem et fontem lacrymarum: ut possim reatum conscientiæ meæ perfecte cognoscere, delicta facinorum meorum plenarie confiteri et devote commissa accusare et de commissis omnibus dignam pœnitentiam facere, et de his, tua præstante misericordia, perfectam habere veniam. Amen.

(Hic instituas examen conscientiæ.)

Actus fidei. Clementissime et benignissime Deus, qui pro infinita bonitate tua non vis mortem peccatoris, sed ut per fidem, spem, caritatem et pœnitentiam ad te, Deum, summum Dominum convertatur et vivat; ego miser et infelix peccator, cupiens tibi plene conciliari, ante thronum divinæ misericordiæ tuæ humillime prostratus credo omnia, quæ per ecclesiam unam, sanctam, catholicam et apostolicam credenda proponis, credo tibi, veritas et sapientia infinita. Credo, te esse, qui creasti et gubernas omnia et me ad servitium et gloriam tuam; te esse supernaturalem remuneratorem omnis boni et punitorem omnis mali; animam æternam esse et immortalem, gratiam tuam et auxilium esse necessarium ad salutem; te esse unum in essentia et trinum in personis,

Patrem, Filium et Spiritum sanctum; Filium esse pro nobis incarnatum et passum; Christi gratiam nobis conferri per Sacramenta et propter ejus merita nobis promissam esse gratiam et æternam beatitudinem a te, Deo fidelissimo, potentissimo et misericordissimo dandam! Credo mortem ac damnationem æternam et timeo; credo vitam ac beatitudinem æternam et spero; credo quovis peccato mortali gratiam tuam et cœlum perdi atque infernum acquiri et horreo. Credo Pœnitentiæ Sacramentum ac remissionem peccatorum et unice desidero. Credo te, in teipso propter infinitas tuas perfectiones esse Deum amabilissimum, finem ultimum rerum omnium, dignissimum, qui non offendatur, sed semper ametur et honoretur; hæc ceteraque omnia, quæ per ecclesiam catholicam credenda proponis, credo, mi Deus, quia tu dixisti et revelasti, qui es in finita veritas, non potens falli nec fallere, non potens errare aut mentiri. Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam.

Actus timoris. O quam horrendum est, incidere in manus Dei viventis! quis non tremat? quis non expallescat? o angustia! exclamat s. Anselmus: hinc erunt accusantia peccata, inde terrens justitia, subtus patens horridum chaos ignis, desuper iratus judex, intus urens conscientia. Ubi latebo? ubi apparebo? latere erit impossibile, apparere intolerabile. O anima mea! quanta igitur stultitia est, diabolo et carni tam leviter credere? In omni tentatione cum S. Hieronymo cogita terribilem illum ultimæ tubæ sonum: surgite mortui, venite ad judicium; propone tibi severissimum illum judicem, qui non parcet delinquenti.

Actus spei. Spero in infinita bonitate et misericordia sanctissimæ et individuæ Trinitatis, Dei Patris et Filii et Spiritus sancti, in sanctissimis meritis, sacratissimis vulneribus, dolorosissima passione et

morte Christi, in meritis et intercessione beatæ Virginis Mariæ et omnium Sanctorum. Per hæc et propter ineffabilem promissionem tuam, propter fidelissimam ac potentissimam misericordiam et bonitatem tuam, Deus, spero et desidero omnia media ad salutem, gratiam in vita, gratiam in fine vitæ et vitam æternam; spero etiam remissionem peccatorum; quia tu, mi Deus, qui omnipotens es et summe fidelis in promissis, et infinite propensus ad præstandum, quidquid promisisti, diserte pollicitus es per Ezechielem Prophetam *(cap. 18.)*: „Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, et custodierit omnia præcepta mea et fecerit judicium, vita vivet et non morietur: omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor."

Actus caritatis. Amo te, mi Deus, quia creasti me, redemisti, sanctificasti, conservas et innumeris quotidie beneficiis cumulas; amo te, quia insuper dare vis mihi æternam in cœlo beatitudinem. Sed ideo amo te maxime et super omnia te amo, quia tu Deus es ob infinitas perfectiones tuas omni amore dignissimus; tu es Deus sapientissimus, potentissimus, sanctissimus, pulcherrimus, indefectibilis, æternus, immensus, incomprehensibilis; tu es omne bonum in te ipso, dignissimus, qui propter se æstimetur, colatur, honoretur, licet nec præmium a te sperandum, nec pœna timenda esset; illas tuas perfectiones tibi ex animo faveo et gratulor. Gaudeo, quod ab hominibus agnoscaris, ab Angelis tuis incessanter lauderis, et tibi complaceas in te ipso. Utinam cessent omnia peccata hominum, quia contra te et tibi infinite bono mala sunt et odibilia; utinam te creaturæ omnes ament, revereantur, adorent, quantum possunt et sicuti propter infinitam tuam excellentiam mereris; utinam in omnibus impleatur tua sanctissima voluntas, et fiat semper, quod tibi maxime est placitum. Ex hoc erga

te amore, mi Deus, amo Angelos et homines ejusdem mecum beatitudinis capaces; amo me ipsum, sed semper propter te, quia tu infinite bonus, hoc vis et tibi hoc placet, quia tibi bonum et beneplacitum est, quod ita ab omnibus et in omnibus agnoscaris, ameris, lauderis.

Actus contritionis. Ex hoc eodem tui amore, o Deus! doleo ex toto corde de omnibus peccatis meis tam occultis, quam mihi notis; quia iis te offendi, qui es summe bonus, infinite perfectus, maxime amabilis. Doleo, quia peccavi contra te Creatorem, Redemptorem, Deum meum. Pœnitet me unquam peccasse! Displicet, quod ausus sim, te Deum meum offendere. Supplex peto veniam et misericordiam. Detestor, exsecror, abominor omnia delicta, quæ a pueritia in hanc usque horam commisi; detestor illa super omnia detestabilia propter fœdam eorum turpitudinem, propter iram et pœnam justitiæ tuæ, detestor propter detrimentum animæ meæ, propter ingratitudinem contra bonitatem tuam. Imprimis autem doleo et detestor omnia *(illud autem, imprimis)*, quia te summum bonum specialiter illo offendi, quia cor tuum contristavi, quia displicui et malum feci tibi, qui licet non cœlum esset, nec infernus, nec præmium, nec pœna, attamen propter infinitam tuam bonitatem et perfectionem eras et es dignissimus, qui non offendatur, sed semper ametur, colatur, honoretur.

Propositum. Ignosce, mi Deus, qui non vis mortem peccatoris, ignosce. Propono firmissime, ex hoc momento nunquam iterum te offendere; propono vitare constanter, singulari studio deliberata peccata ad unum omnia et occasiones peccandi mortaliter et magna sollicitudine illud (illa) declinare *(nominetur quod supra)*. Confitebor illud. Agam pœnitentiam. Fugiam occasiones. Adhibebo remedia. Serviam tibi Deo meo fidelius. Ignosco tui amore omnibus.

Quotquot unquam gravavi, scandalizavi, læsi, contristavi, contempsi aut judicavi, veniam humiliter peto, iisque pro viribus satisfacere cupio. Et quia hæc forte non sufficiunt delendis, quæ contraxi, debitis, etiam in satisfactionem offero merita Jesu Christi, beatæ Virginis, omniumque Sanctorum, opera mea, vitamque totam. Ignosce, Pater clementissime, et filium prodigum in gratiam recipe, a qua nunquam sinas me excidere. O Deus optime, potius mihi mortem immitte, quam in peccatum grave delabi permittas. Malo mori, quam peccare. Adjuva imbecillitatem meam.

Post Confessionem.

„Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. (Joan. 5.)

Ita est, Redemptor clementissime, Medice humani generis amantissime. Sanasti me Sanguinis tui pharmaco pretiosissimo; oleum suavissimum ex lateris tui fonte sacratissimo haustum mihi saucio infundere non renuisti. O Samaritane benignissime, agnosco tuum amorem; misericordiam infinitam amplector. Vindicasti me a morte; filium judicio et voluntate tua fecisti; hæreditatem vitæ æternæ ad me testamento tuo pervenire voluisti. O miranda et stupenda caecitas cordis mei! qui post tot et tantas curationes, misera ægritudine pereo? et manu Salvatoris toties tactus, morbis tamen conficior? Væ mihi misero, si tot medicamentis sanitati non restituar; si nihilominus corpore et animo vitiorum morbis ero obnoxius. Quid igitur faciam, bone Jesu? Tu adhibes medicinam, sed æger veneno delectatur; morbum propulsas, ille pestem sibi accersit; tu vulnera alligas, ille obductam cicatricem refricat: manum admoves, ille rejicit. Quid in te reperi, summa bonitas, Domine mi Deus, ut tam alienum a te animum ha-

beam; et quid in me inveni, quod tanto dignum amore judicarem? Quoties, Domine, affirmare possum, me ex faucibus mortis, tua bonitate, ereptum, et quoties ego memet miser perdidi? Utinam digneris, vel hac vice, mentis meæ aperire oculos, ut me, et teipsum agnoscam; me ut fugiam tanquam pestem, te autem ut sequar. Sit tibi Domine, obsecro, meritis beatæ semper Virginis, genitricis tuæ Mariæ, et omnium Sanctorum, grata et accepta ista Confessio mea; et quidquid defuit ad perfectionem contritionis, ad puritatem et integritatem Confessionis, suppleat pietas et misericordia tua. Qui vivis et regnas etc.

Septem Psalmi pœnitentiales cum Litaniis.

Antiph. Ne reminiscaris.

Psalmus 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu, Domine usquequo?

Convertere, Domine, et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam *suscepit.*

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur et erubescant valde velociter. Gloria Patri, etc.

Psalmus 31.

Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci, et injustitiam meam non abscondi.

Dixi, confitebor adversum me injustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno;

Verumtamen in diluvio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione, quæ circumdedit me; exultatio mea, erue me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus.

In camo et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætimini in Domino, et exultate justi: et gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

Psalmus 37.

Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: et sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ: a facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.

Amici mei et proximi mei: adversum me appropinquaverunt et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt: et vim faciebant, qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te, Domine, speravi: tu exaudies me, Domine, Deus meus.

Quia dixi, nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt, qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me, Domine, Deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adjutorium meum: Domine, Deus salutis meæ.

Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

Psalmus 50.

Miserere mei, Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestati mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbator.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis

Ne projicias me a facie tua: et Spiritum sanctum tuum me auferas a me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ: et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

Psalmus 101.

Domine, exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam a me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce *gemitus mei:* adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi: et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me, adversum me jurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam: et potum meum cum fletu miscebam.

A facie iræ et indignationis tuæ: quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt: et ego sicut fœnum arui.

Tu autem, Domine, in æternum permanes: et memoriale tuum in generationem et generationem.

Tu exsurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus: et terræ ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum, Domine: et omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion: et videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium: et non sprevit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: et populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cœlo in terram aspexit.

Ut audiret gemitus compeditorum: ut solveret filios interremptorum.

Ut annuntient in Sion nomen Domini: et laudem ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum: et reges, ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum: in generationem et generationem anni tui.

Initio tu, Domine, terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt: et semen eorum in sæculum dirigetur.

Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

Psalmus 119.

De profundis clamavi ad te, Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris, Domine: Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

Psalmus 142.

Domine, exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua justitia.

Et non intres in judicium cum servo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi: et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me, Domine: defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi; doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum, Domine, vivificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

Antiph. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Litaniæ majores sive Omnium Sanctorum.

Kyrie eleison! Christe eleison! Kyrie eleison!
Christe, audi nos! Christe, exaudi nos!
Pater de cœlis Deus, miserere nobis!

edemptor mundi Deus, miserere nobis!
as sancte Deus, miserere nobis!
a Trinitas unus Deus, miserere nobis!
a Maria,
a Dei Genitrix,
a Virgo virginum,
e Michaël,
e Gabriel,
e Raphaël,
ora pro nobis!
s sancti Angeli et Archangeli, orate pro nobis!
s sancti beatorum spirituum ordines, orate pro
obis!
e Joannes Baptista, ora pro nobis!
e Joseph, ora pro nobis!
s sancti Patriarchæ et Prophetæ, orate pro nobis!
e Petre,
e Paule,
e Andrea,
e Jacobe,
e Joannes,
e Thoma,
e Jacobe,
e Philippe,
e Bartholomæe,
e Matthæe,
e Simon,
e Thaddæe,
e Mathia,
e Barnaba,
e Luca,
e Marce,
ora pro nobis!
s sancti Apostoli et Evangelistæ, orate pro nobis!
s sancti discipuli Domini, orate pro nobis!
s sancti innocentes, orate pro nobis!
e Stephane, ora pro nobis!
e Laurenti, ora *pro nobis*!

Sancte Vincenti, ora pro nobis!
Sancti Fabiane et Sebastiane, orate pro nobis!
Sancti Joannes et Paule, orate pro nobis!
Sancti Cosma et Damiane, orate pro nobis!
Sancti Gervasi et Protasi, orate pro nobis!
Omnes sancti Martyres, orate pro nobis!
Sancte Sylvester,
Sancte Gregori,
Sancte Ambrosi,
Sancte Augustine,
Sancte Hieronyme,
Sancte Martine,
Sancte Nicolae,
} ora pro nobis!
Omnes sancti Pontifices et Confessores, orate pro nobis!
Omnes sancti Doctores, orate pro nobis!
Sancte Antoni,
Sancte Benedicte,
Sancte Bernarde,
Sancte Dominice,
Sancte Francisce,
} ora pro nobis!
Omnes sancti sacerdotes et levitæ, orate pro nobis!
Omnes sancti monachi et eremitæ, orate pro nobis!
Sancta Maria Magdalena, ora pro nobis!
Sancta Agatha,
Sancta Lucia,
Sancta Agnes,
Sancta Cæcilia,
Sancta Catharina,
Sancta Anastasia,
} ora pro nobis!
Omnes sanctæ virgines et viduæ, orate pro nobis!
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercedite pro nobis!
Propitius esto, parce nobis, Domine!
Propitius esto, exaudi nos, Domine!
Ab omni malo, libera nos, Domine!
Ab omni peccato, libera nos, Domine!
Ab ira tua, libera nos, Domine!

A subitanea et improvisa morte,
Ab insidiis diaboli,
Ab ira et odio et omni mala voluntate,
A spiritu fornicationis,
A fulgure et tempestate,
A morte perpetua,
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ,
Per adventum tuum,
Per nativitatem tuam,
Per baptismum et sanctum jejunium tuum,
Per crucem et passionem tuam,
Per mortem et sepulturam tuam,
Per sanctam resurrectionem tuam,
Per admirabilem ascensionem tuam,
Per adventum Spiritus sancti Paracliti,
In die judicii,

libera nos, Domine!

Peccatores, te rogamus, audi nos!
Ut nobis parcas,
Ut nobis indulgeas,
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris,
Ut ecclesiam tuam sanctam regere et conservare digneris,
Ut domnum apostolicum et omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris,
Ut inimicos sanctæ ecclesiæ humiliare digneris,
Ut regibus et principibus christianis pacem et veram concordiam donare digneris,
Ut cuncto populo christiano pacem et unitatem largiri digneris,
Ut nosmetipsos in tuo sancto servicio confortare et conservare digneris,
Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas,
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas,

te rogamus, audi nos!

Ut animas nostras, fratrum, propinquorum et benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rogamus, audi nos!
Ut fructus terræ dare et conservare digneris, te rogamus, audi nos!
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus, audi nos!
†Ut nos exaudire digneris, te rogamus, audi nos!
Fili Dei, te rogamus, audi nos!
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine!
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nobis, Domine!
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis!
Christe, audi nos! Christe, exaudi nos!
Kyrie eleison! Christe eleison! Kyrie eleison!
Pater noster *(secreto)*.
℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.

Psalmus 69.

Deus, in adjutorium meum intende: Domine, ad adjuvandum me festina.

Confundantur et revereantur: qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum et erubescant: qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, euge, euge.

Exultent et lætentur in te omnes, qui quærunt te: et dicant semper: magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus et pauper sum: Deus, adjuva me.

Adjutor meus et liberator meus es tu: Domine, ne moreris.

Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

℣. Salvos fac servos tuos,
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis,
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis,
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.
℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
℣. Oremus pro Pontifice nostro N.
℟. Dominus conservet eum et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.
℣. Oremus pro benefactoribus nostris.
℟. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen.
℣. Oremus pro fidelibus defunctis.
℟. Requiem æternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.
℣. Requiescant in pace.
℟. Amen.
℣. Pro fratribus nostris absentibus,
℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.
℣. Mitte eis, Domine, auxilium de sancto,
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Domine, exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.[1])
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram, ut nos et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

[1]) Solummodo a sacerdote vel diacono dicitur: Dominus vobiscum.

Exaudi, quæsumus, Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N., et dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ: ut te donante tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine: ut tibi casto corpore serviamus et mundo corde placeamus.

Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni et adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te cœpta finiatur.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in

carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

℣. Dominus vobiscum,

℟. Et cum spiritu tuo. (*Vel:* ℣. Domine, exaudi orationem meam, ℟. Et clamor meus ad te veniat.)

℣. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus,

℟. Amen.

℣. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

℟. Amen.

Examen conscientiæ exactius pro confessione generali vel certe longioris temporis facienda.

Circa 1. præceptum decalogi.

Non habebis deos alienos coram me.

Circa fidem. An crediderit omnia, quæ sancta Romana ecclesia credit; vel habuerit opinionem in aliqua re fidei Romanæ contrariam?

An verbis, vel signis externis infidelitatem aliquam, vel hæresim prodiderit, vel probaverit?

An fuerit nimium curiosus in investigandis rebus fidei, et an de aliquo fidei articulo dubitaverit?

An apud se habuerit vel legerit libros hæreticorum, aliosve libros ab ecclesia prohibitos?

An usus sit aliquo genere superstitionum, et divinationum?

An schedulas superstitiosas apud se habuerit, ad sanitatem, aliamve rem obtinendam, et an alios induxerit ad earum usum?

An fidem habuerit somniis vel auguriis, accipiendo illa pro regula actionum suarum?

Circa spem. An nimium præsumendo de divina misericordia commiserit aliquod peccatum, vel in malo perseveraverit, differendo emendationem?

An in rebus adversis fiduciam potius in creaturis, et in auxilio hujus mundi, quam in Deo collocaverit?

An diffidendo misericordiæ divinæ desperaverit de emendatione vitæ, vel de remissione peccatorum obtinenda?

Circa caritatem. An murmuraverit contra Deum, conquerendo, quasi non esset justus, vel reprehendendo ejus providentiam?

An per timorem, aliumve respectum humanum cogitaverit offendere Deum, aut non facere, quod pro suo officio, et Dei servitio facere tenebatur?

An aversionem a Deo, et a rebus divinis ad salutem suam pertinentibus habuerit?

An maledixerit, vel blasphemaverit Deum, aut Sanctos, aliasve creaturas?

An exposuerit se periculo peccandi mortaliter, vel an complacuerit sibi in peccato olim commisso?

An preces quotidianas recitare consueverit?

An contumelia aliqua, vel irreverentia affecerit imaginem, reliquias Sanctorum, aliasve res sacras?

An obligatus ad recitandum Breviarium, omiserit recitare sive totum, sive partem, et an recitando illud fuerit voluntarie distractus?

An ex pigritia, vel tædio rerum spiritualium bonum aliquod opus, quod facere tenebatur, omiserit?

Circa 2. præceptum.

Non assumes nomen Dei tui in vanum.

An juraverit falsum, sciens, vel certe dubitans esse mendacium; an joco factum sit, vel de re levi?

An juraverit promittendo rem licitam, quam postea non observaverit, aut intentionem habuerit non servandi, cum juraret?

An causam dederit alicui, ut falsum juraret, vel non observaret juramentum licitum?

An juraverit adjuncta maledictione: *v. g.* auferat me diabolus; tale malum mihi eveniat, si non fecero etc.

An juraverit se malum aliquod, vel peccatum commissurum, aut nihil boni facturum?

An in judicio juraverit falsum, vel juridice interrogatus non responderit conformiter intentioni judicis; vel consilium dederit aliis id faciendi? *Quo casu non solum peccat mortaliter, verum etiam obligatur ad restitutionem, si inde secutum est aliquod damnum proximi.*

An habuerit consuetudinem sæpe jurandi, non curando, aut non considerando, num vere an falso juraret?

An fecerit votum faciendi aliquod bonum, et non curarit exsequi, vel executionem distulerit in longum tempus?

An voverit aliquid cum intentione non adimplendi votum?

Circa 3. præceptum.

Memento, ut diem Sabbati sanctifices.

An dies festos violaverit, faciendo vel aliis mandando opera prohibita ab ecclesia, vel consentiendo illis, qui faciunt?

An neglexerit audire Missam integram diebus Dominicis vel festis, sine causa legitima, vel causam aliis dederit eam negligendi?

An per notabile temporis spatium in Missa fuerit voluntarie distractus, loquendo, ridendo, vel occupando se rebus inanibus?

An confessus sit minimum semel in anno, aut non curarit, ut idem facerent omnes suæ curæ subjecti?

An confessus sit sine prævio examine conscientiæ, vel sine contritione, vel sine proposito deserendi aliquod peccatum, an ex pudore humano aliave de causa reticuerit aliquod peccatum?

An quovis anno, tempore Paschæ communicarit, eaque dispositione, qua oportet?

An cum conscientia certa vel dubia peccati mortalis receperit aliquod Sacramentum?

An jejunarit statutis diebus; et an iis diebus usus sit cibis prohibitis; aut aliis dederit causam idem faciendi?

An propter gulam non curarit transgredi aliquod præceptum; an intemperantius comederit, vel biberit cum notabili damno sanitatis, et an sponte se nebriaverit?

Circa 4. præceptum.

Honora patrem et matrem.

An parvo honore affecerit patrem et matrem, contemnendo illos, vel offendendo factis vel verbis contumeliosis?

An maledixerit patri vel matri, vel in eorum absentia eos exsecratus sit, et dedecore affecerit?

An obediverit parentibus vel superioribus in rebus justis, vel in rebus, quæ cedere poterant in damnum notabile vel domus, vel animæ propriæ?

An parentibus in necessitate existentibus, cum posset, subvenerit?

An deliberate optaverit eorum mortem, ad obtinendam hæreditatem?

An ex nimio parentum amore, parvipenderit offendere Deum?

An detraxerit, vel malum aliquod dixerit de superioribus ecclesiasticis, vel sæcularibus, aut etiam de religiosis, sacerdotibus, vel magistris?

Circa 5. præceptum.

Non occides.

An aliquem odio habuerit, cum desiderio vindicandi se, et quanto tempore in eo perseveraverit?

An optaverit alicui mortem; vel aliud malum grave, et damnum corporis, famæ, honoris, bonorum tam temporalium, quam spiritualium?

An ira commotus fuerit in aliquem, cum intentione nocendi illi, vel vindictam sumendi?

An contendendo cum aliis verberaverit aliquem vel vulneraverit, vel occiderit; aut commiserit aliis, ut facerent; vel quod suo nomine ab aliis erat factum, approbaverit; vel ad id dederit auxilium, consilium, aut favorem.

An voluerit veniam petere, vel pacem inire cum iis, quos offendit, vel pro injuria illata non sufficienter satisfecerit?

An noluerit condonare injuriam ab aliis illatam?

An ex odio omiserit alloqui, vel salutare aliquem? vel sine odio quidem, sed cum proximi scandalo?

An in rebus adversis optaverit sibi mortem?

An maledixerit aliis, tam vivis, quam defunctis, et qua intentione?

An seminaverit zizania, excitando discordias, et inimicitias inter alios, et quod malum inde secutum sit?

An ex odio, vel invidia, immoderata tristitia affectus fuerit de prosperitate aliorum, tam temporali quam spirituali; et an gavisus fuerit de aliquo malo, vel damno notabili aliorum.

An ex ira offenderit alios verbis injuriosis et contumeliosis?

An malum dederit consilium, vel auctor fuerit alteri, ut malum committeret?

An præceperit, vel coëgerit aliquem committere aliquod *peccatum?*

An consenserit peccatis aliorum, eaque approbaverit?

An provocaverit alios ad peccandum?

An adulando iis, qui mala agunt, vel laudando ipsa opera mala, auctor fuerit aliis peccandi?

An cum posset et deberet, non manifestarit aliorum peccata iis, quorum officium erat, ea corrigere?

An puniendo, vel removendo occasionem, ut debebat, non impediverit aliquod peccatum?

An omiserit reprehendere, vel admonere peccantes, cum deberet et posset facere?

An fuerit socius, vel quocumque modo particeps peccati aliorum?

An hospitio receperit, vel defenderit homines male agentes?

An malo suo exemplo vel consilio, vel laudando mala, vel detestando bona, causam dederit, ut aliquis bonum opus, quod faciebat, vel facturus erat, omitteret; vel incitaverit ad committendum aliquod peccatum, aut ad perseverandum in illo, retrahendo eum a pœnitentia?

An correxerit eos, qui in sua præsentia peccarunt, aut Deum blasphemarunt?

An omiserit admonere aliquem de peccato probabiliter sciens, sua admonitione emendandum?

An mali aliquid dixerit de proximo, patefaciendo aliquem occultum ejus defectum cum infamia vel damno illius?

Circa 6. et 9. præceptum.

Non fornicaberis. Non concupisces uxorem proximi tui.

An habuerit cogitationes inhonestas et immundas, in iisque hæserit, et voluntarie fuerit oblectatus?

An animo deliberato desideraverit peccare cum aliqua vel aliquo (quod peccatum ejusdem speciei est, *cujus* est opus ipsum)?

An animo libidinoso aspexerit feminas, adolescentes, vel imaginem aut statuas indecentes.

An usus sit verbis lascivis et inhonestis cum in-ntione peccandi, vel provocandi alios ad peccatum; an libenter et cum voluptate adjuverit hujusmodi lloquia?

An actu peccaverit cum femina, idque cum virgi-, vel conjugata; an cum consanguineis vel affinibus?

An commiserit peccatum contra naturam cum ali-a persona?

An peccaverit cum personis Deo consecratis, vel r ordinem, vel per votum; aut an, dum peccabat, buerit ordines sacros, vel votum castitatis?

An inhoneste attigerit bestias, vel aliud pecca-m cum iis commiserit?

An in se ipso peccaverit peccato mollitei, et num tempore cogitarit de aliqua persona cum inten-ne peccandi cum illa?

An impudice attigerit feminas vel adolescentes, t permiserit se tangi ab aliis? Et de amplexibus, osculis impudicis?

An animo peccandi miserit nuntia, literas vel nera?

An adierit, vel transierit locum aliquem cum ala intentione adspiciendi feminas, et se oblectandi; de periculis peccandi, quibus se exposuit, de occa-nibus peccandi, quas non evitavit?

An causam aliquam pollutioni dederit, vel postea ea voluntariam senserit delectationem?

An amore carnali affectus fuerit ad aliquam per-nam, sequendo eam animo peccandi, et quanto mpore in eo perseveraverit?

An legerit libros vel historias impudicas et in-nestas, cum voluptate carnali, vel cum periculo bendi illam?

Circa 7. et 10. præceptum.

Non furtum facies. Non concupisces rem proximi tui.

An rem alienam sustulerit?

An rem alienam retineat domino rationabiliter invito? et non restituat statim, cum possit?

An, non solvendo suis creditoribus, cum possit, hi inde damnum aliquod passi sint?

An inventa re aliqua, eam abstulerit animo retinendi pro se?

An emendo, vel vendendo fraudem fecerit?

An emerit ab iis, qui potestatem vendendi non habent, ut a servis et filiisfamilias?

An emerit res, quas sciebat vel dubitabat esse furto sublatas, et an aliquid de hujusmodi rebus consumpserit?

An habuerit voluntatem determinatam accipiendi, si posset, vel retinendi rem alienam, vel etiam, an habuerit animum deliberatum acquirendi, et congerendi opes, ut dicitur, per fas et nefas.

An accepta solutione vel salario, ad gerendum officium, vel opus peragendum, non bene et fideliter illud gesserit?

An litem moverit contra justitiam, vel in justa lite usus sit fraude aliqua et deceptione ad vincendum?

An ludis vetitis usus sit? an per fraudem in ludo aliquid lucratus sit? vel luserit cum iis, qui non possunt res suas alienare, ut cum filiisfamilias, etc.

An per media illicita, vel malas informationes obtinuerit rem aliquam, quæ nullo jure ei obveniebat, vel an alios impediverit injuste, quo minus bonum aliquod lucrum consequerentur?

Circa 8. præceptum.

Non loqueris falsum testimonium.

An falsum testimonium dederit in judicio vel extra, vel alios ad illud induxerit?

An mentitus sit cum præjudicio et damno nota- proximi?

An famæ alicujus detraxerit, vel falso impo- ıdo aliquod crimen, vel nimium aliorum vitia ex- ;erando?

An in re gravi murmuraverit de vita aliorum, xime hominum honoratorum, ut sunt Prælati ec- ›iastici et religiosi, et honestæ feminæ?

An aures facile præbuerit detrahentibus, et mur- rantibus de proximo?

An manifestaverit alicui peccatum aliorum occul- ı et grave, unde secuta est infamia?

An secretum gravioris momenti sibi commissum elaverit; vel an revelaverit, quod in secreto vidit audivit?

An temerarium aliquod judicium habuerit de fa- ı vel dictis proximi, interpretando in deteriorem tem, quod poterat accipi in bonam, et condemnan- eum in corde suo de peccato mortali?

An animo obligandi se, rem magni momenti al- i promiserit, et postea sine causa legitima promis- nem non servaverit?

5. Preces ante et post SS. Communionem persolvendæ. (I.)

Ante Communionem.

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine ›u Christe, ego peccator de propriis meritis nihil esumens; sed de tua confidens misericordia et bo- ate, accedere vereor et contremisco. Nam cor et pus habeo multis criminibus maculatum; mentem linguam non caute custoditam. Ergo, o pia Deitas, ;remenda Majestas, ego miser inter angustias de- ›hensus, ad te fontem misericordiæ recurro; ad te *tino sanandus; sub* tuam protectionem fugio, et

quem judicem sustinere nequeo, Salvatorem habere suspiro. Tibi, Domine plagas meas ostendo; tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice in me oculis misericordiæ tuæ, Domine Jesu Christe, Rex æterne, Deus et homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te; et miserere mei pleni miseriis et peccatis, tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salve salutaris victima, pro me et omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve nobilis et pretiose Sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Jesu Christi profluens, et peccata totius mundi abluens. Recordare, Domine, creaturæ tuæ quam tuo Sanguine redemisti. Pœnitet me pecasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me, clementissime Pater, omnes iniquitates et peccata mea; ut purificatus mente et corpore digne degustare merear Sancta sanctorum; et concede, ut sancta prælibatio Corporis et Sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, bonorumque sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animæ quoque et corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen. *(S. Ambrosius.)*

Omnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi. Accedo tanquam infirmus, ad medicum vitæ: immundus, ad fontem misericordiæ: cæcus, ad lumen claritatis æternæ: pauper et egenus, ad Dominum cœli et terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem; lavare fœditatem, illuminare cœcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem, ut te panem *Angelorum*, Regem regum, et Dominum dominan-

ium, tanta suscipiam reverentia et humilitate, tanta contritione et devotione, tanta puritate et fide, tali proposito et intentione, sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi, quæso, Dominici Corporis et Sanguinis non solum suscipere Sacramentum, sed etiam rem et virtutem Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi Corpus unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari, et inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen. *(S. Thom. Aquin.)*

Exercitium singularis devotionis ante Communionem.

Oratio praeparatoria. Domine Jesu, qui Carnem et Sanguinem tuum in cibum potumque mihi præparare dignatus es, in ejusque sumptione passionis et mortis tuæ memoriam recoli voluisti; da gratiam, ut huic sanctissimæ tuæ voluntati satisfacere, uberesque hujus Sacramenti fructus percipere valeam. Amen.

1. Christus ultimam cœnam instituit.

Cum tuos, o Jesu, dilexisses, vere in finem dilexisti eos; temetipsum enim ex hoc mundo abiens, sub speciebus panis et vini in terris reliquisti, ut semper nobiscum esses. Quid tibi vicissim, o Jesu, rependam? accipe corpus et animam meam, meque totum posside, qui te totum mihi in cibum tradere voluisti.

2. Lavat discipulorum pedes.

Ad discipulorum tuorum, ipsius etiam Judæ pedes te, o Jesu, prosternere, eosque manibus tuis abluere dignatus es. Et ego pulvis et cinis, ego terræ vermiculus, *ego homo impius* persistam in superbia?

Fac, Domine, ut vilior fiam plusquam factus sum, et sim humilis in oculis meis. (2. Reg. 6.)

3. *Angitur in horto, et sanguinem sudat.*

Tuus in horto mœror et anger, sanguineum tibi, o Jesu, sudorem expressit, et in hæc verba exclamare coëgit: Tristis est anima mea usque ad mortem. Væ mihi, ob cujus peccata tu, Domine Jesu, adeo contristatus es, sanguinemque sudasti! Et ego tam exiguum de illis dolorem sentio? Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, ut fleam die ac nocte! (Jer. 9.)

4. *Ab Angelo confortatur.*

Ut calicem amarissimæ passionis tibi, o Jesu, a Patre tuo cœlesti oblatam acceptares, persuasit Angelus. Num ego eundem a te mihi propinatum recusem? Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. (Ps. 115.)

5. *A Juda osculo traditur.*

Perfidum, o Jesu, osculum a Juda admittere, paternum vero proditori reddere dignatus es. Ne permittas, mi Jesu, ut ego tam impio te osculo in hoc sanctissimo Sacramento excipiam. Aufer proinde a me, omnem inordinatum erga creaturas affectum, ut te toto corde diligam, et sincero affectu amplectar. Tu enimvero es Deus cordis mei. (Ps. 72.)

6. *Christus capitur.*

Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris; et ego deinceps suavissimo tuorum, o Jesu, mandatorum jugo excusso, vivendi captem libertatem? Trahe me, oro, post te, trahe me, inquam, in funiculis Adæ, in vinculis caritatis, et curram in odorem unguentorum tuorum. (Cant. 1.)

7. *Ad Annam et Caipham ducitur.*

Ad Annam et Caipham summos Pontifices, o Jesu, tanquam gravissimorum flagitiorum reus traheris, ad

falsas accusationes, alapas, sputa, aliaque opprobria non aperis os tuum. Ubi est patientia mea? Te, mi Jesu, supplex oro, ut mihi in hoc Sacramento tribuas patientiam, mansuetudinem. *(1. Tim. 6.)*

8. Præsidi Pontio Pilato sistitur.

Pontio Pilato judici te, o Jesu, condemnandum sisti pateris, qui a patre tuo constitutus es Judex vivorum et mortuorum; nimirum, ut me a sententia æternæ damnationis absolveres. Væ mihi, si indigna Corporis et Sanguinis tui sumptione, aut ullo deinceps gravi peccato me tui judicii, o Jesu, reum faciam. *(1. Cor. 11.)*

9. Ab Herode spernitur.

Herodes cum universa aula te, mi Jesu, ob modestiam et humilitatem tuam spernit, albaque indutum veste cum ludibrio ad Pilatum remittit. Ne unquam, o Jesu, permittas, ut et ego humilem tuam sub candidis panis speciebus præsentiam, ullo unquam modo spernam, aut parvi faciam. Tu enim vere es Deus hic absconditus. *(Is. 45. 5.)*

10. Barrabbæ latroni postponitur.

Unanimem, mi Jesu, iniquissimæ plebis Barrabbam tibi præferentis vocem demisso animo audivisti. Utinam ego nunquam hujus mundi bona, honores, voluptates tibi, o Jesu, præferam! Quid enim mihi est in cœlo, et a te quid volui super terram! *(Ps. 71.)*

11. Flagellatur.

A planta pedis usque ad verticem capitis non fuit in te, mi Jesu, sanitas, quando virgineum corpus tuum ab impiis denudatum, diris modis est cæsum. Supplex ad thronum gratiæ tuæ, in hoc SS. Sacramento mihi erectum procido, ne in me horum omnium auctore tantam immanitatem ulciscaris, cum Jobo in amaritudine animæ meæ exclamo: noli me condemnare. *(Job. 10.)*

12. Spinis coronatur.

Egredimini, et videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate suo. O speciose forma præ filiis hominum. O Rex gloriæ, Christe Jesu! Tene video spinis coronatum? Et ego in vultu aut ulla corporis parte vanam affectem gloriam? Mi Deus, confundor, et erubesco levare faciem meam ad te. *(1. Esdr. 96.)*

13. Ecce homo.

Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua. Itane, mi Jesu, attrita, laceraque purpura regium est paludamentum tuum? arundo sceptrum? spinæ corona? Parce, ah parce mihi peccatori, cum veneris in nube cum potestate magna. *(Luc. 21.)*

14. Condemnatur.

Ab iniquis, o Jesu, te innocentem condemnari permisisti, ut a me nocente sententiam æternæ damnationis averteres. Fac, ut denique audiam cum electis tuis in illa die: venite benedicti. *(Matth. 25.)*

15. Crucem bajulat.

Posuit in te, mi Jesu, Pater tuus cœlestis iniquitatem omnium nostrum. Pondus hoc in cruce lubens suscepisti, montemque Calvariæ conscendisti. Utinam et ego sic post te venire contendam, ut tollam crucem meam, et sequar te! *(Matth. 16.)*

16. Crucifigitur.)

Sol obscuratus est, te Jesu in cruce pendente, terra mota est, petræ scissæ sunt. Et ego pudore non suffundor? non moveor? non conteror? largi e sanctissimis manibus, pedibusque fontes scaturiunt, et ego non accurro? Etiamnum surdis et torpentibus auribus excipiam voces Prophetæ? In illa die (quæ nunc per gratiam mihi illuxit) haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Vere, mi Jesu, apud te est fons vitæ. *(Ps. 35.)*

17. Ultima morientis verba.

Prima tibi, o Jesu, morienti cura fuit, ut peccatores, ii etiam, qui te cruci affixerunt, Patri tuo reconciliarentur. Pater, inquiebas, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt; et ego ulli, qui me unquam offendit, ignoscere detrectem, dum ad te, mi Jesu, in amoris Sacramento sumendum accedo; absit, o Jesu, omnibus amore tui ex animo condono, quidquid in me unquam peccarunt, præsertim illis .... Fac me, obsecro in hora mortis meæ cum latrone illa audire verba: Hodie mecum eris in Paradiso; et patere, ut te, fratrem meum, in hoc Sacramento amplectar, qui dulcissimam Genitricem tuam mihi in Matrem dedisti, teque a Patre tuo in extremo mortis agone derelinqui permisisti, ne is in æternum me derelinqueret in peccatis. Ardentissime insuper salutem meam sitivisti; ut vicissim anima mea sitiret ad te fontem vivum, donec consummato hujus vitæ cursu, in manus tuas commendem spiritum meum. Veni, Domine Jesu. *(Apoc. 22.)*

18. Christus moritur.

Utinam mihi licuisset, o Jesu, ore et corde meo ultimum vitæ tuæ spiritum excipere, ut dicere possem: Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus. Quam benignus es, o Jesu! quod enim tam ardenter desidero, id in gloriosissimo hoc Sacramento mihi concedis, non modo spiritum tuum, verum et corpus, ipsamque divinam tuam substantiam ore et corde sumendam mihi tradis. Quomodo possum te non diligere? Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema. *(1. Cor. 16.)*

19. Latus lancea aperitur.

Tunc mihi, o Jesu, ad urbem et domum refugii aditum patefecisti, quando lancea latus tuum aperiri voluisti. Hæc requies mea; hic habitabo, quoniam elegi eam. *(Ps. 131.)*

20. Jesus sepelitur.

Virgineum corpus tuum, o Jesu, munda sindone involutum, sepulchro novo est conditum. Amplius, amplius lava me, o Jesu, et a peccato meo munda me; cor mundum crea in me, quo sanctissimum tuum nunc redivivum et gloriosum corpus tanquam munda sindone excipiam, eique ita amore conjungar, ut vere possim dicere: neque mors, neque vita, neque ulla creatura me separabit a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu, Domino nostro. *(Rom. 8.)*

Terna amoris suspiria ad Jesum ante Communionem.

1. Accende, o Jesu, igne amoris tui cor meum (quod tibi in holocaustum offero) omnesque terreni amoris flammas exstingue, ut nihil in mundo mihi placeat præter te. In amore tui vivere cupio et mori exopto.

2. Vox tua, mi Jesu, est: Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Expansis in cruce brachiis me exspectas. En venio, o Jesu! admitte me obsecro, æternumque in amoris tui amplexu tibi conjunctus permaneam.

3. Præcipitur mihi, ne appaream in conspectu tuo vacuus. Sed quid dabo tibi, mi Jesu? accipe tuæ bonitatis dona, animæ meæ facultates, quas tibi in obsequium offero, memoriam, intellectum, voluntatem. Tui solius meminerim, nihil sciam extra te, nihil præter te amem, nec in ulla re mea, sed tua solius voluntas fiat. Amen.

Alia ante sacram Communionem precatio.

Domine Jesu Christe, unde hoc mihi beneficium, quod tu, Angelorum Dominus, et cœlorum gloria, a quo et ad quem omnia, ad me vermem impurum venire et me totum in hoc Sacramento tecum unire dignaris?

O quanta contritione, quali lacrymarum fonte, timore et reverentia, quamque perfecta cordis et cor-

is puritate hoc sublime mysterium mihi percipien-
ı est, in quo tua caro virginea sumitur, et divina
ıanis, et summa imis ineffabili modo miscentur!
Benedictus, qui venis in nomine Domini, ad alen-
pauperes, ac pascendas oves in hoc deserto et
deliciæ sunt esse cum filiis hominum!
O bonitatem immensam, quod non modo justos,
etiam peccatores ad mensam tuam divinam invi-
nec solum sanos, sed etiam ægros hujus effica-
imæ medicinæ participes reddis!
Peto et obsecro, piissime Domine et Salvator
ıdi, ut proprios hujus Sacramenti fructus mihi lar-
ıs, peccata præterita deleas, a futuris præserves,
ctus ac motus vitiosos exstinguas, intellectum il-
res, virtutes infundas ac augeas, adversus hostes
tentationes robores, animi et corporis remedium
ıbeas, in vita et morte auxiliaturus accedas, ac
denique mirabiliter in te transformes, ut unus te-
ı spiritus effici ac manere possim.
Nulla, quæso, peccati hæreat in me macula, quem
augusto et salutari Sacramento reficies, quod
tra peccatorum omnium venena præsentissimum
antidotum omnisque virtutis et gratiæ copiam
e accedenti subministrat.

In ipso ad sacram Communionem accessu.

Domine, non sum dignus, ut sub tectum meum
es, et in me velut sordido stabulo habites ac re-
ascas. Quoniam vero in hoc Sacramento Deus
Iomo manes absconditus et sub specie panis a
catoribus etiam infirmis tangi et manducari vo-
ti, propitius esto mihi, qui ad mensam tuam invi-
ıs licet indignus accedo, et eum sentire fructum
[dero de quo ipse dixisti: Qui manducat meam
nem et bibit meum Sanguinem, in me manet et
in eo: qui manducaverit ex hoc pane, vivet in
rnum.

Esto igitur mihi panis, qui dat vitam mundo et in hac vita peregrinantes sustinet et omne bonum egentibus præstat. Sit mihi Corporis et Sanguinis tui sumptio tam salutaris et efficax, ut cor meum in amore tuo hoc pane sanctissimo reficiatur, atque in omni gratia mihi necessaria confirmetur.

O Jesu, manna dulcissimum, me famelicum pasce. Tu panis de cœlo descendens et mundo vitam præstans, in me mortem promerente, vitam operare.

In periculis, in tenebris, in afflictionibus versor; tu laborantem, ut promisisti, excipe, et domum meam, sicut Zachæi, qui te gaudens excepit, visita cum nova benedictione, ut totus renovatus, tecum conjunctissime vivam, qui mihi omnia in omnibus esse amantissime decrevisti. En tu mihi et ego tibi; mane in me semper, Jesu dulcissime, spes, fortitudo et salus mea sempiterna.

Præter has preces habes alias quam plurimas in hoc libello, præparationi ad S. Communionem aptissimas (præsertim pag. 287. et 290.), quarum aliquas interdum, hisce omissis, pro animi tui affectu usurpare licebit; ne crebra earundem precum repetitione creetur fastidium, animique fervor remittat. — Poteris etiam præparationem instituere sola meditatione, ruminando has vel similes quæstiones:

I. Quodnam est illud opus, quod jamjam peracturus sum? Grande opus, non enim homini præparatur habitatio, sed Deo!
II. Quis est ille, qui venit ad me?
III. Quis sum ego, ad quem venit?
IV. Quoties venit?
V. Quomodo venit?
VI. Cur venit?
VII. Quo fine ego venio ad illum?
VIII. Quomodo ad eum venio?

Post Communionem.

Gratias tibi ago, Domine sancte, Pater omnipo- ens, æterne Deus, qui me indignum famulum tuum, ullis meis meritis sed sola dignatione misericordiæ ıæ, satiare dignatus es pretioso Corpore et Sanuine Filii tui, Domini nostri Jesu Christi. Te depreor, ut hæc sancta communio non sit mihi reatus ad œnam, sed intercessio salutaris ad veniam; sit mihi rmatura fidei et scutum bonæ voluntatis. Sit vitioım meorum evacuatio, concupiscentiæ ac libidinis xterminatio, caritatis, patientiæ, humilitatis, obeientiæ omniumque virtutum augmentatio: contra inidias inimicorum omnium tam visibilium quam invibilium firma defensio, motuum meorum tam carnaum quam spiritualium perfecta quietatio, in te uno c vero Deo firma adhæsio, atque finis mei felix conummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile conivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum ilio tuo et Spiritu sancto Sanctis tuis es lux vera, atietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas conummata et felicitas perfecta. *(S. Thom. Aquin.)*

Alia precatio post sacram Communionem.

Domine Jesu Christe, Deus meus, Redemptor neus et Salvator meus, cui totus Angelorum exercitus ıon sine timore ministrat, quas tibi laudes et gratiaum actiones offeram, quod me vilissimum maximumue peccatorem per teipsum hodie visitare, consolari, t alere dignatus es, cum in hostia consecrata, quam umpsi, tu ipse totus cum carne, sanguine, anima et livinitate verissime contineearis? — Benedictus tuus n carnem adventus; benedicta tua in cruce cruenta ro nobis oblatio; benedictus tuus erga nos amor in ıoc Sacramento instituendo et relinquendo incrediilis, ut eo ipso Angelorum pane, animæ nostræ in hoc xilio alantur *atque recreeentur*, tuque verus Emmanuel

nobiscum usque ad consummationem sæculi tam suaviter, quam veraciter perseveres. — Benedic, Domine domum servi tui, ea removens, quæ oculos tuos offendunt, et quæ sunt deperdita restaurans, novamque habitationem tibi gratam in me construens ex tuis meritis atque virtutibus infinitis. Concede mihi flagrantem amorem, quo te caste, sicut dilectissimum animæ meæ sponsum, semper prosequar atque complectar. Concede spiritum obedientiæ, reverentiæ et confidentiæ, ut in omnibus angustiis meis atque periculis, ad te, tanquam filius ad patrem, cito recurram. Concede in cultu tuo versari fortiter, ablegatis et exstinctis cupiditatibus malis, ut hostium tentationes, desideria mala et peccatorum occasiones me non impediant, quo minus secundum spiritum tuum vitam instituam meam, tibique serviam fideliter, cui me totum debeo. Tu solus mihi pax, gaudium et consolatio esse digneris; tu totus in me maneas, et ego nunquam a tua gratia me disjungam, sed in te spiritualiter transformer, tibi semper adhæream, qui nobis factus es via, veritas et vita, in quo demum solo salus et resurrectio nostra. Tibi Cherubim et Seraphim, imo Sancti omnes laudem et gloriam concinant sempiternam.

Transfige, dulcissime Domine Jesu, medullas et viscera animæ meæ suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera serenaque et apostolica sanctissima caritate, ut langueat et liquefiat anima mea solo semper amore et desiderio tui. Te concupiscat, et deficiat in atria tua; cupiat dissolvi et esse tecum. Da, ut anima mea te esuriat panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum superstantialem, habentem omnem dulcedinem et saporem et omne delectamentum suavitatis. Te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper *esuriat* et comedat cor meum, et dulcedine saporis

tui repleantur viscera animæ meæ. Te semper mens sitiat fontem vitæ, fontem sapientiæ et scientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domus Dei. Te semper ambiat, te quærat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, et omnia operetur in laudem et gloriam nominis tui cum humilitate et discretione, cum dilectione et delectatione, cum facilitate et affectu, cum perseverantia usque in finem. Tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies et tranquillitas mea, pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea et thesaurus meus, in quo fixa et firma et immobiliter semper sit radicata mens mea et cor meum. Amen. *(S. Bonaventura.)*

Alia post sacram Communionem acceptam precatio.

Ineffabilem misericordiam tuam, Domine Jesu Christe, suppliciter oro, ut quod indignus suscepi Corporis et Sanguinis tui Sacramentum, quo nihil admirabilius, excellentius, fructuosius, mihi sit purgatio scelerum, fortitudo fragilium, contra mundi pericula firmamentum; sit impetratio veniæ, stabilimentum gratiæ et medicina vitæ; sit memoria tuæ passionis, sit contra debilitatem fomentum, sit viaticum meæ peregrinationis. Euntem me conducat, revertentem suscipiat, titubantem teneat, cadentem erigat, meque perseverantem demum in gloriam tuam læte introducat. — Ad hæc, altissime Deus, Corporis et Sanguinis tui præsentia beatissima cordis mei palatum sic immutet, ut præter te nullam unquam sentiat dulcedinem, nullam amet pulchritudinem, nullum illicitum quærat amorem, nullam desideret consolationem, nullam admittat delectationem, nullum curet honorem, nullam

timeat adversitatem, sed me totum tibi uniat et in gratia tua conservet, donec ad te veniam, ac unus efficiar spiritus tecum in sæcula sæculorum. Amen.

B. Petri Canisii precatio ad Matrem Domini benedictam.

Commendo me tibi, serenissima vereque inclyta virgo Maria, cœli ac terræ regina, quæ in tuo sacratissimo utero eundem Dominum et omnium creatorem, quem ego modo suscepi, de Spiritu sancto conceptum digne portasti. — Precor te, matrem Dei sanctissimam, ut pro me apud eundem Filium tuum intercedas et quacumque ratione in summi Sacramenti hujus sumptione deliqui, hujus negligentiæ et indignitatis meæ veniam impetres. — Tu semper casta, pura, innocens, post conceptum Filium etiam castior, purior et sanctior Deoque gratior evasisti. Utinam et ego tam divi Sacramenti perceptione ita sanctificer, ut deinceps cor et corpus meum ab omni lethalis peccati macula tuear impollutum. — Tu, concepto Filio de Spiritu sancto, magnificas laudes Domino læte decantasti, et in Deo salutari tuo mirabiliter exsultasti.

O si tuis efficacibus precibus id assequar, Virgo Mater, ut cum hac sacra Communione novum et ardentem spiritum conjungam, ac semper in gratiarum actione pia verser, tantoque redemptori et hospiti me nunquam ingratum, sed fidum in omnibus ministrum ostendam. Amen.

Poterit etiam devotio, et gratiarum actio post S. Communionem institui sola meditatione, colloquio mentali, piis suspiriis et affectibus, e. g.:

I. Quis est ille, qui venit ad me?
II. Ad quem venit?
III. Cur venit?
IV. Quomodo venit?
V. Quid a me tantus hospes requirit?
VI. Quid hactenus propter ejus amorem feci?

VII. Quid nunc volo facere?
VIII. An volo illud sincere?
IX. Quid facere debeo, ut promissis stem?

Utiliter quoque ad innovandam devotionem (facile enim pietas, ut supra dixi, crebra earundem precum repetitione languescit) quædam ex precibus usurpabuntur, quæ pag. 300—317. positæ sunt, sive ex sola mente expendantur, sive expressis verbis recitentur. Non expedit autem multa una vice percurrere; paucis immorari, piisque animi affectibus indulgere præstat.



Preces ante et post SS. Communionem persolvendæ. (II.)

Ante Communionem.

O mi Domine et Deus! vere grande est opus, quod aggredior; non enim homini mortali, sed tibi, regi cœlorum immortali et invisibili habitationem præparo. Orna ipse domum, quam ingredieris; purifica animam meam, rumpe vincula peccatorum meorum, ut digne te recipere valeam. Domine Jesu, vere Deus et vere Homo, firma fide credo ac confiteor, te, qui olim nascens te in socium, moriensque dedisti in pretium, et nunc regnans te das in præmium, vere et realiter esse præsentem in hoc Sacramento. Vere sumus genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis; nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut tu, Deus noster, ades nobis. Tu enim veritas æterna, dixisti: „Caro mea vere est cibus, et Sanguis, meus vere est potus. Qui manducaverit ex hoc pane, non morietur. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hoc est enim Corpus meum.“ Certior sum, te verum Deum et verum Hominem, Carnem et Sanguinem tuum, corpus tuum et animam

tuam, divinitatem sanctamque humanitatem tuam contineri et velari his speciebus, quam si te propriis viderem oculis. Adoro te creatorem, redemptorem ac summum bonum. Si pro hac fide mori me oporteret, mortem eligerem potius, quam fidem meam fallerem. Ideo renuntio omni, quod sensus mei aut ratio mea contrarium huic fidei suggerere possint. Fac me per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere et intelligere, sentire et firmiter tenere, dicere et cogitare, quod tibi placet et expedit animæ meæ.

Domine virtutum! beatus homo, qui sperat in te. Spero in te, omnis boni fonte et gratiæ auctore, quem in hoc Sacramento præsentem habeo. Idcirco ad mensam dulcissimi convivii tui ego peccator de propriis meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia et bonitate accedo. Suavis enim es tu, et multæ sunt misericordiæ tuæ omnibus invocantibus te. Tu solus dare potes omnia, quia omnipotens; tu dare vis omnia, quia infinite bonus es. Tu es spes, salus, lux et vita mea. Tu parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me, adversus mundum, carnem ac diabolum. Propter hoc lætatur cor meum. Spero enim, nihil non daturum te mihi, qui dare te ipsum non recusas. In te, Domine, confido, non confundas me ab exspectatione mea. Venio ad te, quia bonitas tua me invitat dicens: „Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.“

Domine Jesu Christe! quanta fuit tui vis amoris, quæ te, quem terra, pontus, sidera colunt, adorant et prædicant; te, qui trinam, cœlestium, terrestrium et inferorum regis machinam; te, qui fuisti apud Patrem ante constitutionem mundi, traxit e sinu Patris, ut formam servi accipiens, et habitu inventus ut homo, venires in hunc mundum, perambulares terram

benefaciendo omnibus, innumerasque miserias ac injurias propter salutem nostram ferres! Quantus amor! damnare nos poteras et salvare voluisti; nos rei eramus, et tu innocens supplicium subiisti. Tulisti clavos, lanceam, multamque ignominiam, sudores et angores, atrocissimam denique mortem, ut nos Patri reconciliares, ac reos liberares. Denique pridie, quam patereris, abiturus ex hoc mundo ad Patrem, in pignus amoris Sacramentum hoc instituisti, præcipiens Apostolis: hoc facite in meam commemorationem, ut modo prorsus novo et mirabili maneres nobiscum, et sic monstrares, delicias tuas esse cum filiis hominum. Quanto amore dignus es, Domine, qui tot ac tanta fecisti amore erga nos! Diligam itaque te, Domine, fortitudo mea, firmamentum meum refugium meum ac liberator meus. Cupio te suscipere in hoc Sacramento, ut tibi firmius uniar vinculo amoris. Tu es enim caritas, et qui manet in caritate, in te manet, et tu manes in illo.

Domine, Deus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Rex cœli et terræ, quem laudant Angeli atque Archangeli, quem adorant Dominationes, coram quo tremunt Potestates: quid est homo, quod memor es ejus, faciens ei memoriam mirabilium tuorum? quid est filius hominis, quoniam visitas eum, Angelorum esca eum nutriens et panem de cœlo præstans ei? Unde hoc mihi, ut venias ad me, ut fiam templum et habitaculum tuum? Venis, Domine, ad servum, Creator ad eum, quem creavit dextera tua. Tu suprema es majestas atque sanctitas ipsa, ego vero cinis et pulvis, vermis et peccator sum; et ego ad te accedere audeam? panem Angelorum manducem? Corpore et Sanguine Filii Dei reficiar? Etiamsi puritatem Angelorum et Sanctorum haberem, indignus tamen essem tanta gratia; quomodo appropinquem plenus *peccatis et* imperfectionibus! Timeo

sane, ne non habeam vestem nuptialem; confidens solum in infinita misericordia tua ad te venio.

Dies beata, qua te, Jesu mi, fruar! Panis sancte, panis cor hominis confirmans, quem qui manducat vivet in æternum, qui non manducat, vitam non habebit. — Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit et deficit anima mea in atria tua. Refice esurientem animam meam, ut in fortitudine cibi illius ambulem per hunc mundum usque ad montem sanctum tuum, donec in regno tuo satier ab ubertate domus tuæ. — Desiderio desiderasti manducare pascha cum discipulis tuis. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Veni, Domine, et noli tardare; sed veniat, obsecro, tecum illa multum desiderabilis bonitas, mansuetudo et caritas tua, per quam excusetur et juvetur miseria mea. Veni desiderate cunctis gentibus, veni ad docendum me viam prudentiæ et salvandum me in manu forti et brachio extento. Sanctifica animam desiderantem te, quærentem te, properantem ad te. Veni, Domine Jesu, et veniant super me universæ benedictiones tuæ. Amen.

Post Communionem.

Piæ aspirationes ad Christum.

Inveni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Te, mi Jesu, amplector, et amoris mei gaudium obtineo. Te cordis mei thesaurum comprehendo, in quo omnia possideo. Sentiat, obsecro, mens mea virtutem præsentiæ tuæ; gustet, quam suavis sis, Domine, ut amore tui capta nil extra te quærat, nil diligat, nisi propter te. Tu es Rex meus, ne obliviscaris inopiæ et tribulationis meæ. Tu es Judex meus, parce peccatis meis, et miserere mei. Tu es Medicus meus, sana omnes infirmitates meas. Tu es Sponsus animæ meæ, sponsa te mihi in sempi-

ternum. Tu es Dux et Defensor meus, pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Tu Victima pro me factus es, et ego tibi sacrificabo hostiam laudis. Tu Redemptor meus es, redime animam de manu inferi, et salva me. Tu es Deus meus et omnia: Quid enim mihi est in cœlo, et a te quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea, Deus, in æternum.

Quod concupivi, jam video; quod speravi, jam teneo; quod desideravi, jam habeo; possideo eum, qui potest et possidet omnia. Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus. O me felicem! quam potentem suscepi Dominum! quam dilectum induxi hospitem! quam fidelem acceptavi amicum! Omnipotens, qui est ante sæcula, Filius Dei, Redemptor meus, Judex meus, Deus meus requiescit in corde meo. Quam suavis est, Domine, spiritus tuus, qui, ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suavissimo de cœlo præstito esurientes reples bonis!

Quid tibi, o Pater misericordiarum, rependam? qui sic mundum dilexisti, ut Filium tuum unigenitum dares, non modo, ut mortem pro salute nostra subiret, verum etiam in cibum animarum nostrarum daretur et nobiscum esset usque ad consummationem sæculi. En ipsum dilectissimum Filium tuum, quem licet indignus tuo beneficio nunc suscepi, meque una cum ipso tibi in gratiarum actionem offero. Respice, quæso, non in me, miserum servum, sed in ipsum, et dum illius tibi patent vulnera, mea tegantur scelera. Hic est ille tuus Filius, in quo tibi bene complacuit; per quem, oro, et ego ita tibi placeam, ut in numerum electorum tuorum admitti, teque in gloria tua cum eodem Filio et Spiritu sancto æternum intueri et laudare merear. Amen.

Quid tibi, o Fili Dei vivi, rependam? qui non modo carnem meam assumere, et pro me mori, verum etiam in eadem animata carne tua carni meæ, et anima tua animæ meæ unita, unum quodammodo te-

cum fierem, tuæque humanitatis factus consors, fierem et consors divinitatis. O immensæ caritatis dignatio! quid est homo, quod adeo magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? quem si exaltaveris, nihil auferre potest. O mi Jesu, quibus tibi modis referam gratias? quid retribuam pro amore illo infinito, quo me complexus es? accipe me totum, qui cum totus perieram, te totum pro me dedisti. Sed cum ego te digna oblatio esse non possim, offero tibi ipsum amantissimum Patrem tuum una cum Spiritu sancto; offero et dilectissimam Matrem tuam, Virginem Mariam, qua nihil post Patrem tuum et Spiritum sanctum tibi in cœlo aut in terra potest esse carius. In unione hujus sanctissimæ oblationis me indignum, o Jesu, suscipe; et fac me gloria tua, cujus mihi pignus in suscepto jam Sacramento dedisti, tecum æternum frui. Amen.

Quid tibi, o sancte Spiritus, rependam? qui omnis amoris a Patre et Filio in me effusi, fons et origo es? Per te Pater commotus dedit Filium suum unigenitum; per te Filius inductus seipsum pro redemptione nostra obtulit. Tu illi Mariam Virginem in Matrem præparasti; tu illi purissimum corpus ex ejusdem virginea carne præparasti, quod nunc ego, tuo quoque beneficio in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento suscepi; tu hujus meritorum me participem facis; a te gratiarum omnium dona profluxerunt. Quas tibi gratias referam, o sancte Spiritus? Accipe cor meum, quod amoris tui ac benignitatis scopum constituere dignatus es, tu illud, obsecro, ab omnibus peccatorum sordibus emunda; tu septenis illud gratiarum tuarum donis exorna, tibique in gratum habitaculum præpara. Veni, sancte Spiritus, veni pater pauperum, veni dator munerum. Sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium. Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium. Amen.

Quid retribuam tibi pro omnibus, quæ retribuisti mihi? Vere, quos dilexisti, in finem dilexisti eos. Cum non essem, e nihilo eduxisti me; cum per peccatum inimicus tuus essem, in gratiam recepisti me; cum viverem abjectus in domo mea, de pulvere eduxisti me, et constituisti me cum principibus populi tui, ut comederem panem in mensa tua, in qua ineffabili prorsus amore carnem tuam in cibum mihi dare dignatus es. Et ego te non redamem, o Jesu amantissime? Utinam eo erga te flagrarem amore, quo flagrarunt devoti, qui debita præparatione ac fructu hoc Sacramentum unquam receperunt, quo flagrarunt omnes Sancti tui, quo tu ipse in nos flagrasti! Utinam ita unus essem tecum, ut tu cum Patre unus es! Utinam adhærerem tibi, uti palmes adhæret viti! Utinam neque vita, neque mors, neque instantia, neque futura, neque creatura ulla unquam me separarent a caritate tua! Hoc volo, hoc desidero, hoc tota mente concupisco; hoc et maxima cum fiducia spero. Memini enim benedictionum, quibus cumulasti eos, qui te aliquando suscepere. Imple igitur et me, Domine, spiritu tuo, et benedic domui, quam ingressus es. Concede mihi spiritus tui fervorem, amoris tui suavitatem, fraternæ dilectionis sinceritatem, in tentationibus fortitudinem, in adversis patientiam, in prosperis humilitatem, in ore veritatem, in opere stabilitatem, in moribus gravitatem. Gratia tua mecum sit, mecum laboret et mecum usque in finem perseveret. Auge in me fidem, spem et caritatem, quæ non resideat in lingua, sed quæ se prodat servando mandata tua. Sanctifica, conforta ac defende me. Sis dux meus in via, in dubio magister, solamen in angustiis, salus in agone. Custodi me, ne diligam mundum, nec ea, quæ in mundo sunt, ne in peccandi consuetudinem incidam. Protege me contra eos, qui me seducere et quæ impia sunt, student docere. Mitigasti tribus pueris flammas

ignium, da et mihi, ut non me exurat flamma vitiorum. Da mihi castitatem, quæ immunis sit ab omni violatione vel illicito consensu, et quam nec impura cogitatione nec verbo obscœno polluam. Fac, ut quotidie in virtute proficiam, ut tranquilla et pura conscientia tibi serviam, ut superioribus meis prompto animo obediam, ut semper voluntatem tuam faciam. Perceptio corporis tui non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam; sit scelerum meorum ablutio; sit peccatorum meorum remissio; sit fragilitatis meæ fortitudo; sit omnium virtutum augmentatio; sit in te uno ac vero Deo firma adhæsio; curet debilitatem meam, fœditatem lavet, cæcitatem illuminet, paupertatem ditet, vestiat nuditatem; euntem me conducat, errantem me reducat, revertentem me suscipiat, titubantem me teneat, cadentem me erigat, et perseverantem me in gloriam introducat; det gratiam et illis, pro quibus orare teneor, omnibusque vivis, ut tibi placeant; largiatur denique vitam beatam fidelibus defunctis.

Scrutator cordium et renum! tu formasti me et suscepisti me a nativitate mea. Quidquid possum, quidquid sum, id totum largitus es mihi. Obtulisti te pro me in cruce et in Eucharistia dedisti mihi corpus et sanguinem tuum. En servus tuus, Domine! Omnia mea tua sint! Totum me tibi devoveo. Quidquid cogito, loquor, operor ac patior, te respiciat. Omnes facultates animæ viresque corporis tuo sint consecratæ servitio. Habeto me in servum sempiternum. Salva animam meam, quam pretioso Sanguine tuo redemisti, ac toties hoc amoris pabulo refecisti. Hora denique mortis voca me, dimitte me in pace, ac jube me venire ad te, ut te, quem nunc speciebus velatum peregrinans video, facie ad faciem intuear in patria, et cum omnibus Sanctis tuis laudem te in sæcula sæculorum. Amen.

Petitio ad impetrandam remissionem defectuum in illa Communione commissorum.

A te, benignissime Jesu, vocatus ad cœnam magnam, non meis meritis, sed tuæ infinitæ misericordiæ et bonitati confisus veni; Corpus et Sanguinem tuum licet peccator sumpsi; dixisti enim: nisi manducaveritis carnem Filii hominis, non habebitis vitam in vobis. Ne, obsecro, clementissime Jesu, memineris peccatorum meorum, quibus totam pene vitam meam contaminavi, neque aspicias negligentias meas, quas in hac ipsa Ss. Corporis tui sumptione commisi. Quam (eheu!) exigua diligentia conscientiam meam mundare studui! quam frigide de tot tamque enormibus commissis flagitiis pœnitentiam egi? quam tepido corde ad hoc amoris ardentissimi Sacramentum accessi? quam breve tempus præparationi, debitæque gratiarum actioni impendi? Si iniquitates et negligentias observaveris Domine, Domine, quis sustinebit? confiteor adversum me injustitiam meam; tu, spero, remittes impietatem peccati mei. Magna est fiducia peccatoris, cui cognita est pietas Salvatoris. Ignosce, o Jesu, ignosce, quidquid a me in hac sacratissimæ tuæ mensæ frequentatione peccatum est, tuaque id pietate, infinitisque meritis, oro, suppleatur. Amen.

Petitio, ne ullo gravi peccato a Jesu in posterum separemur.

Utinam, o Jesu, tam firmo tecum vinculo in posterum conjunctus permaneam, ut in æternum a te non separer; sed eheu! non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum; velle quidem adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago. Quamobrem ad te, mi Jesu, confugio, cujus oculi vident *imperfectum* meum, et in quo est omnis

sufficientia mea. Tu, o Dux animæ meæ, dirige in conspectu tuo viam meam, et deduc me in justitia tua. Nihil sine te, omnia vero possum in te, qui me confortas. Quamobrem adjuva me, ut præ ceteris omnibus peccatis, ad quæ nimis propendet malitia et fragilitas depravatæ naturæ meæ, potissimum caveam hoc..... Inter ceteras vero virtutes, ad quas nimis (eheu!) segnis aspiro, præcipue me impendam isti.... Notam fac, o Jesu, auxiliatricem manum tuam, et cantabo fortitudinem tuam. Teneat me tibi conjunctum dextera tua, et secure exclamare audeam: Quis me separabit a caritate Christi. *(Rom. 8.)*

Petitio ut fructum hujus Sacramenti accipiant amici tui. et præsertim illi ....

O Jesu, quem potentissimum advocatum habemus apud Deum Patrem, qui propitiatio es pro peccatis nostris; non autem pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi; qui Carnem tuam cibum dedisti pro mundi vita; qui omnes homines vis salvos fieri. Fac, oro, ut omnes Sacramenti hujus virtutem nunc et potissimum in hora mortis sentiant, imprimis parentes mei.... amici et inimici... benefactores... Deduc eos mecum in via æterna, gratiam veræ pœnitentiæ, virtutisque amorem pectoribus nostris insere; ut demum ad domum Patris tui, et gloriam sempiternam pervenire mereamur.

Beati, qui habitant in domo tua, Domine; in sæcula sæculorum laudabunt te. *(Ps. 83.)*

Perbreves aspirationes et conceptus animi per modum meditationis post SS. Communionem fructuosissime adhibendi.

1. Mirantur, bone Jesu, creaturæ omnes, te in purissimum Mariæ matris tuæ uterum descendisse; cum tamen integerrima illa et omni virtute et gratia refertissima fuerit; an non mirari magis debeo, vo-

nisse te in me ingredi, a me recipi, teneri a me, deformi, inopi, sordido?

Tune, Domine, in me manere, et inter vasa electorum tuorum collocare me vis, qui vas fui hactenus immundum et sordidum? Et quamvis singulari tua gratia, per pœnitentiam, ut spero, ablutus sim, numquid tamen vas olim, ad excipiendos vomitus destinatum nullam, vel sola recordatione, nauseam moverit? Itane in me manere, et tanquam vasculum, aut pixidem sacrarum reliquiarum, imo Corporis tui constituis?

2. Benedicant te omnes Angeli tui, bone Jesu, quia quod proprium est sponsi et sponsæ, tibi me vis inseparabili vinculo conjungere; effice ergo te unum ut diligam, te unum ut sitiam et amem, ac nullæ me mundi illecebræ, nulla carnis voluptas, nullæ dæmōnum insidiæ, a te avellant, et separent.

3. Da mihi præsentiæ tuæ effectus persentiscere, bone Jesu. Memini benedictionum, quibus cumulasti eos, qui te aliquando in domum suam acceperunt. Mariam matrem tuam, ubi in uterum te suum accepit, omnibus donis et gratiis complevisti; Zachæum illum publicanorum principem, quod te acceperit hospitio, cœlesti benedictione cumulasti; simul atque obita pro nobis morte ad infernum descendisti, illum in paradisum quendam commutasti; domum Obededom, in qua arca testamenti, hujus Sacramenti umbra tantum et figura reposita fuit, omni benedictione locupletasti; da quoque domui meæ, in quam ingressus, benedictionem; eam, quæso, in paradisum converte; eam donis tuis et gratiis cumula.

4. Memini pientissime Jesu, sacris de te literis esse mandatum; quod omnis turba quærebat te tangere, quia virtus a te exibat et sanabat omnes. Ecce, ego te jam non tetigi tantum, sed in me quoque accepi; exeat, *quæso, a te virtus*, quæ omnes languores

meos sanet, quæ vires novas sufficiat ad serviendum tibi, etc.

5. Simul atque anima tua pretiosissima ex sacratissimo tuo Corpore egressa est, o Jesu, pro nobis crucifixe, voluisti corpus tuum myrrha et aromatis conditum, sindoneque purissima involutum inferri in sepulchrum, petra bene munitum, et jam toto terrarum orbe gloriosum. Et ecce modo (quæ tua est incomprehensibilis bonitas) Corpus idem tuum, a morte suscitatum, animaque beatissima informatum mihi porrigis; in me, ut in sepulchrum aliquod inferam, in me, ut illud recondam; da ergo mihi, obsecro, fortitudinis petram ad vincendas omnes imperfectiones, et ferendas omnes adversitates, labores, et pericula omnia, quæ pro tuo honore, et mea salute mihi sunt sustinenda. Da quoque mihi linteum, sindonemque castitatis, et puritatis. Dona postremo myrrham mortificationis, ut hujus divinissimi Sacramenti gratia delibutus, a criminibus purus et integer, nullo mortiferæ perturbationis veneno inficiar et corrumpar, sed odor et mihi, et aliis omnibus sim in vitam; tibi vero in nominis tui gloriam sempiternam.

Oratio.

(Indulg. 40 dierum. Leo XII. 9. Julii 1828.)

Pietate tua, quæsumus Domine, nostrorum solve vincula peccatorum, et intercedente beata semperque Virgine Dei Genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo et omnibus Sanctis, nos famulos tuos et loca nostra in omni sanctitate custodi; omnes consanguinitate, affinitate ac familiaritate nobis conjunctos a vitiis purga, virtutibus illustra, pacem et salutem nobis tribue, hostes visibiles et invisibiles remove, carnalia desideria repelle, aërem salubrem indulge, amicis et inimicis nostris caritatem largire, *Urbem* tuam custodi, Pontificem nostrum N. con-

serva, omnes Prælatos, Principes cunctumque populum christianum ab omni adversitate defende. Benedictio tua sit super nos semper, et omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

S. Alphonsi de Liguorio petitiones ad SS. Sacramentum.

O Jesu mi! quoniam venisti ad me, tu, qui es vera vita, fac me mori mundo, ut tibi soli vivam. Redemptor mi, consume igne amoris tui in me omne id, quod tibi non placet; et da mihi verum desiderium tibi in omnibus complacendi.

Da mihi veram humilitatem, quæ me faciat amare contemptum et propriam abjectionem, et tollat a me omnem ambitionem exaltationis. Da mihi spiritum mortificationis, ut mihi negem omnia, quæ non tendunt ad tuum amorem, et amplectar cum affectu id, quod sensui displicet et amori proprio. — Da mihi perfectam resignationem in voluntatem tuam, ut cum pace suscipiam dolores, infirmitates, interitum rerum aut propinquorum, desolationes, persecutiones et omne id, quod mihi venerit de manibus tuis. Offero me totum tibi, ut disponas de me secundum beneplacitum tuum. Da mihi etiam gratiam, hanc, meam totalem mei ipsius oblationem continuo et semper tibi repetendi, specialiter in tempore mortis meæ; fac, ut tunc cum toto affectu vitam meam tibi sacrificem, in unione illius sacrificii, quo vitam tuam pro me æterno Patri obtulisti. Jesu mi, da mihi lumen, quo cognoscam bonitatem tuam et obligationem meam te amandi, specialiter pro eo amore, quem mihi exhibuisti, dum pro me mortuus es, et in sanctissimo Sacramento te reliquisti. — O illumina, quæso, tot infideles, qui te non cognoscunt, tot hæreticos, qui sunt extra ecclesiam, et tot peccatores, qui vivunt privati gratia tua. Jesu mi, fac ut cognoscaris, et

ameris ab omnibus. Commendo tibi etiam e
animas in purgatorio detentas...; erue eas a p
quas patiuntur, et abbrevia illis tempus priva
visionis tuæ. Hoc te rogo per merita tua, per n
sanctissimæ Matris tuæ, Mariæ et omnium Sanct
— Mi Deus, accende me totum sancto amore tu
ut aliud non quæram, quam tuum beneplacitum
mihi quidquam placeat, quam quod placet tibi.
ex corde meo, quod te in eo videre non delectat
me semper cum vero et devoto affectu dicere:
Deus meus, te solum volo, et nihil amplius. Je
da mihi magnam devotionem et affectum erga
ctissimam passionem tuam, ita ut semper ante c
meos versentur pœnæ et mors tua, quibus se
magis accendar amore tui, et voluntas mea an
excitetur ad gratitudinem pro tanto amoris tu
cessu. Da mihi etiam similem affectum erga sa
simum altaris Sacramentum, in quo nobis manife
magnam teneritudinem, qua nos amas. Adh
rogo, ut concedas mihi teneram devotionem erga
ctissimam Matrem tuam; da mihi gratiam, eam
per amandi et ei serviendi, semperque recurren
ejus obsequium, et in ejus patrocinio confiden
Da mihi et omnibus magnam confidentiam pr
in meritis passionis tuæ et dein in Mariæ inte
sione. — Rogo te, concede mihi sanctam morten
mihi, ut tunc te recipiam cum magno amore in
ctissimo viatico, ut tibi conjunctus, ardens s
igne, et cum magno desiderio te videndi exea
hac vita, et pedes tuos constringam, ubi primum
obtigerit te videre. Ante omnia te rogo, o Jes
ut mihi des gratiam orationis, ita ut semper m
et tuæ sanctissimæ Matri commendem, speci
tempore tentationum, et te orem per merita tu
concedas mihi sanctam perseverantiam et tuum
ctum amorem.

16. Preces ad lucrandas indulgentias
vel sibi, vel animabus in purgatorio detentis applicandas.

Oratio præparatoria. Omnipotens sempiterne Deus, cujus misericordia a peccatis omnibus æternæque damnationis reatu me absolutum confido, quamvis temporalibus pœnis obnoxius permaneam; cum vero his diluendis opera mea non sufficiant, ad inexhaustum meritorum unigeniti Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, Sanctorumque thesaurum confugio, ut cujus abundantia tenuitati et indigentiæ meæ subveniatur. Promptum me ad omnia, quæ hunc in finem præstanda sunt, offero. Suscipe ea, o pater misericordiarum, in unione passionis et mortis ejusdem Filii tui, plenariæque hujus indulgentiæ me, licet indignum, fac participem. Amen.

1. Oratio ad Deum Patrem,
pro exaltatione s. matris ecclesiæ.

Memento, o Pater æterne, congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Agnosce ecclesiam velut sponsam unigeniti Filii tui, pro qua ipse Sanguinem suum profundere non dubitavit; hanc, obsecro, sanctitatis decore, gratiarum opibus hæreditatis amplitudine ita exalta, ut digna compareat tali sponso, tantoque redemptionis pretio. Respice benigne ejusdem sanctæ matris filios, eorumque numero universas gentes associa, ut omnes te, Deum, Patrem et quem misisti, Jesum Christum, una cum Spiritu sancto fide viva agnoscant, spe firma invocent, et caritate perfecta complectantur. Amen.

Pater noster etc. Ave Maria etc.

℣. Vide, Domine, et visita vineam istam,

℟. Et perfice eam, quam plantavit dextera tua.

Oremus. Respice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster, Jesus Chri-

stus non dubitavit manibus tradi nocentium et crucis subire tormentum. Qui tecum vivit etc.

2. Oratio ad Deum Filium,

pro exstirpatione hæresum.

O Jesu, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Fac, oro, per inæstimabilem passionis et mortis tuæ virtutem, ut pulsis hæresum et errorum tenebris, veritatis tuæ lumen omnes amplectantur, et in optatum ecclesiæ tuæ gremium confluant. O pastor bone, qui animam tuam pro ovibus tuis posuisti, gregem tuum protege et contra vim insidiasque eorum defende, qui veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Fac, ut unum omnes pastorem admittant, et unum omnium sit ovile. Mane nobiscum, Domine, quoniam dixisti: Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Ostende ecclesiam tuam ædificatam esse super petram, et portas inferi non prævalere adversus eam. Amen.

Pater noster etc. Ave Maria etc.

℣. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi,

℟. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Oremus. Ecclesiæ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admitte; ut destructis adversitatibus et erroribus universis, secura tibi serviat libertate. Per Christum Dominum etc.

3. Oratio ad Spiritum sanctum,

pro concordia christianorum principum.

O sancte Spiritus, Spiritus amoris et pacis, qui tot tamque diversas gentes in unitate fidei congregasti; largire christianis principibus, eorumque consiliariis abundantiam tuæ gratiæ, novoque illo caritatis mandato, quod Christus abiens ex hoc mundo

discipulis suis dedit, eorum corda imbue, ut ex hoc omnes agnoscant, eos in numero electorum tuorum censendos, et christiano nomine dignos esse. Fac, ne ulla unquam cupiditate abducti, quidquam moliantur, quod divinæ tuæ gloriæ concordiæque ecclesiæ adversetur, sed conjunctis potius viribus ad pacis æternæ visionem, ad cœlestem Jerusalem populum sibi subjectum secum perducere nitantur. Amen.

Pater noster etc. Ave Maria etc.

℣. Fiat pax in virtute tua,
℟. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus. Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum etc.

Oratio ad SS. Trinitatem,

qua peractorum operum, quæ ad indulgentias lucrandas præscripta erant, fit oblatio.

Præstitisse nunc mihi videor, o SS. Trinitas, quæcumque ad plenariam debitarum pœnarum indulgentiam impetrandam præscripta erant. Hæc et multo plura divinæ majestati tuæ, utpote innumeris eidem nominibus obstrictum, præstare me opportuisset. Infinitæ bonitati tuæ profusæque in nos licet indignissimos liberalitati tribuendum est, quod tam cumulate vilissima debitæ servitutis nostræ opera remunereris. Suscipe ergo, o SS. Trinitas, opera a me quomodocumque præstita, et fac, ut horum defectus passione et morte Domini nostri Jesu Christi, ejusdemque Sanguine pretiosissimo pro nobis effuso suppleantur; atque ita me (vel animam istam) plenariæ hujus indulgentiæ *fac* participem. Pro quo bene-

ficio tibi cœlum et terra mecum laudes et gratiarum actiones cantent, nunc et in perpetuum. Amen.

Pater noster etc. Ave Maria etc.

17. Preces et exercitia devotionis erga B. M. Virginem.

Officium de immaculata Conceptione B. M. V.

Ad Matutinum.

Eja mea labia nunc annuntiate,
Laudes et præconia Virginis beatæ.

℣. Domina, in adjutorium meum intende,
℟. Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri etc. Alleluja. *A Septuag. usque ad Pascha loco* Alleluja *dicitur* Laus tibi, Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus. 1. Salve mundi Domina, * Cœlorum Regina: * Salve Virgo virginum, * Stella matutina.

2. Salve plena gratia, * Clara luce divina: * Mundi in auxilium, * Domina festina.

3. Ab æterno Dominus * Te præordinavit * Matrem unigeniti * Verbi, quo creavit

4. Terram, pontum, æthera: * Te pulchram ornavit * Sibi sponsam, quæ in * Adam non peccavit.

℣. Elegit eam Deus, et præelegit eam,
℟. In tabernaculo suo habitare facit eam,
℣. Domina, exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus. Sancta Maria, regina cœlorum, mater Domini nostri Jesu Christi, et mundi domina, quæ nullum derelinquis, et nullum despicis; respice me, domina, clementer oculo pietatis, et impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum; ut, qui nunc tuam sanctam et immaculatam conceptionem devoto affectu recolo, æternæ in futu-

... beatitudinis bravium capiam, ipso, quem Virgo **peperisti**, donante Domino nostro Jesu Christo, qui **cum** Patre et Spiritu sancto vivit et regnat, in Trini**tate** perfecta, Deus in sæcula sæculorum. Amen.

℣. **Domina, exaudi orationem meam,**
℟. **Et clamor meus ad te veniat.**
℣. **Benedicamus Domino,**
℟. **Deo gratias.**
℣. **Et fidelium animæ** per misericordiam Dei requi**escant in pace,**
℟. **Amen.**

Ad Primam.

℣. **Domina, in adjutorium meum intende,**
℟. **Me de manu hostium potenter defende.**
℣. **Gloria Patri etc.** Alleluja.

Hymnus. 1. Salve Virgo sapiens, * Domus Deo **dicata**: * Columna septemplici * Mensaque exornata.

2. Ab omni contagio * Mundi præservata: * Ante **sancta** in utero * Parentis, quam nata.

3. Tu mater viventium, * Et porta es Sanctorum: * Nova stella Jacob, * Domina Angelorum.

4. Zabulo terribilis, * Acies castrorum: * Portus **et refugium** * Sis Christianorum. Amen.

℣. Ipse creavit illam in Spiritu sancto,
℟. Et effudit illam inter omnia opera sua.
℣. Domina, exaudi etc. *cum Oratione ut supra pag. 442.*

Ad Tertiam.

℣. Domina in adjutorium meum intende, etc. *ut supra.*

Hymnus. 1. Salve arca fœderis, * Thronus Salomonis: * Arcus pulcher ætheris, * Rubus visionis;

2. Virga frondens germinis, * Vellus Gedeonis: * **Porta** clausa numinis, * Favusque Samsonis.

3. Decebat tam nobilem * Natum præcavere. * **Ab originali** * *Labe matris* Evæ:

4. Almam, quam elegerat, * Genitricem vere, * Nulli prorsus sinens * Culpæ subjacere. Amen.

℣. Ego in altissimis habito,
℟. Et thronus meus in columna nubis,
℣. Domina, exaudi etc. *cum Oratione ut supra pag. 442.*

Ad Sextam.

℣. Domina, in adjutorium meum intende etc. *ut supra pag. 442.*

Hymnus. 1. Salve, Virgo puerpera, * Templum Trinitatis: * Angelorum gaudium, * Cella puritatis:

2. Solamen mœrentium, * Hortus voluptatis: * Palma patientiæ, * Cedrus castitatis:

3. Terra es benedicta, * Et sacerdotalis, * Sancta et immunis * Culpæ originalis:

4. Civitas altissimi, * Porta orientalis, * In te est omnis gratia, * Virgo singularis. Amen.

℣. Sicut lilium inter spinas,
℟. Sic amica mea inter filias Adæ.
℣. Domina, exaudi etc. *cum Oratione ut supra pag. 442.*

Ad Nonam.

℣. Domina, in adjutorium etc. *ut supra pag. 442.*

Hymnus. 1. Salve urbs refugii, * Turrisque munita * David propugnaculis, * Armisque insignita.

2. In conceptione * Caritate ignita, * Draconis potestas * Est a te contrita.

3. O mulier fortis, * Et invicta Judith! * Pulchra Abisag virgo, * Verum fovens David!

4. Rachel curatorem * Aegypti gestavit: * Salvatorem mundi * Maria portavit. Amen.

℣. Tota pulchra es, amica mea,
℟. Et macula originalis nunquam fuit in te.
℣. Domina, exaudi etc. *cum Oratione ut supra pag. 442.*

Ad Vesperas.

℣. Domina, in adjutorium etc. *ut supra pag. 442.*

Hymnus. 1. Salve horologium, * Quo retrogra- liatur * Sol in decem lineis; * Verbum incarnatur.

2. Homo ut ab inferis * Ad summa attollatur, * mmensus ab Angelis * Paulo minoratur.

3. Solis hujus radiis * Maria coruscat; * Consur- ;ens aurora * In conspectu micat.

4. Lilium inter spinas, * Quæ serpentis conterat * ;aput, pulchra ut luna * Errantes collustrat. Amen.

℣. Ego feci in cœlis, ut oriretur lumen indeficiens,
℟. Et quasi nebula texi omnem terram.
℣. Domina, exaudi etc. *cum Oratione ut supra pag. 442.*

Ad Completorium.

℣. Convertat nos, Domina, tuis precibus placatus Jesus Christus Filius tuus,
℟. Et avertat iram suam a nobis.
℣. Domina, in adjutorium meum intende,
℟. Me de manu hostium potenter defende.
Gloria Patri, et Filio etc. Alleluja.

Hymnus. 1. Salve, Virgo florens, * Mater illi-)ata, * Regina clementiæ, * Stellis coronata;

2. Supra omnes Angelos * Pura immaculata, * Atque ad Regis dexteram * Stans veste deaurata.

3. Per te, Mater, gratiæ, * Dulcis spes reorum, * Fulgens stella maris, * Portus naufragorum.

4. Patens cœli janua, * Salus infirmorum: * Vi- leamus Regem * In aula Sanctorum. Amen.

℣. Oleum effusum, Maria, nomen tuum,
℟. Servi tui dilexerunt te nimis.
℣. Domina, exaudi etc *cum Oratione ut supra pag. 442.*

Commendatio. Supplices offerimus * Tibi, Virgo pia, * Hæc laudum præconia: * Fac nos ut in ria * Ducas cursu prospero, * Et in agonia * Tu no-)is assiste, * O dulcis Maria. Amen.
℟. Deo gratias.

Hæc est virgo, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.

In conceptione tua, Virgo Maria, immaculata fuisti; ora pro nobis Patrem, cujus Filium Jesum de Spiritu sancto conceptum peperisti.

Oremus. Deus, qui per immaculatam Virginis conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti; quæsumus, ut sicut ex morte ejusdem Filii tui prævisa eam ab omni labe præservasti, ita nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum etc.

Antiphonæ de B. M. V.

A Dominica prima Adventus usque ad Purificationem inclusive.

Alma Redemptoris mater, quæ pervia cœli * Porta manes, et stella maris: succurre cadenti, * Surgere qui curat, populo; Tu quæ genuisti, * Natura mirante, tuum sanctum genitorem. * Virgo prius ac posterius, Gabrielis ab ore, * Sumens illud Ave, peccatorum miserere.

In Adventu.

℣. Angelus Domini nuntiavit Mariæ,

℟. Et concepit de Spiritu sancto.

Oremus. Gratiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde; ut qui Angelo nuntiante Christi filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Post Nativitatem.

℣. Post partum virgo inviolata permansisti,

℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

Oremus. Deus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præ-

tisti; tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis interlere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ıcipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium ım, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus ıcti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Purificatione usque ad feriam quintam in Cœna Domini exclusive.

Ave Regina cœlorum, * Ave Domina Angelorum: ialve radix, salve porta, * Ex qua mundo lux est a. * Gaude virgo gloriosa, * Super omnes spesa: * Vale o valde decora, * Et pro nobis Chrim exora.

Dignare me laudare te, Virgo sacrata,
Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Oremus. Concede misericors Deus, fragilitati ıtræ præsidium; ut qui sanctæ Dei genitricis meıriam agimus, intercessionis ejus auxilio, a nostris quitatibus resurgamus. Per eundem Christum Donum nostrum. Amen.

'empore paschali usque ad Nonam Sabbati post Pentecosten.

Regina cœli lætare, alleluja: * Quia quem mesti portare, alleluja. * Resurrexit, sicut dixit, allea, * Ora pro nobis Deum, alleluja!

Gaude, et lætare virgo Maria, alleluja!
Quia surrexit Dominus vere, alleluja!

Oremus. Deus, qui per resurrectionem Filii tui, ımini nostri Jesu Christi mundm lætificare digna- ı es; præsta quæsumus, ut per ejus genitricem 'ginem Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. r eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

A primis Vesperis festi SS. Trinitatis usque ad Adventum, exclusive.

Salve Regina, mater misericordiæ, vita, dullo, et spes nostra salve. Ad te clamamus exules

filii Evæ. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrymarum valle. Eja ergo advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens, o pia, o dulcis virgo Maria!

℣. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix,

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ virginis matris Mariæ corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante, præparasti; da, ut cujus commemoratione lætamur, ejus pia intercessione ab instantibus malis, et a morte perpetua liberemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio S. Bernardi.

(Indulg. 300 dierum Pius IX. 11. Dec. 1846.)

Memorare, o piissima Virgo Maria, non esse auditum a sæculo, quemquam ad tua currentem præsidia, tua implorantem auxilia, tua petentem suffragia, esse derelictum. Ego tali animatus confidentia, ad te, Virgo virginum, Mater, curro, ad te venio, coram te gemens peccator assisto; noli, Mater Verbi, verba mea despicere, sed audi propitia et exaudi. Amen.

Oratio, qua B. Virgo in patronam eligitur.

Sanctissima Virgo, Mater Dei Maria, ego N. licet undecumque, qui recipiar in numerum tuorum servorum, indignissimus: fretus tamen tua pietate admirabili, et impulsus tibi serviendi desiderio, eligo te hodie, coram castissimo sponso tuo Josepho, et Angelo meo Custode universaque curia cœlesti in meam peculiarem Dominam, Patronam et Matrem, firmiterque propono, te in posterum sequi, tibi famulari atque curare, ut ab aliis quoque tibi servitium exhibea-

ır. A te igitur, Mater clementissima, per sacraıssimum, quem pro me Jesus Christus, Filius tuus anguinem fudit, peto suppliciter, ut me in numerum liorum tuorum admittere digneris, et mihi a Deo ratiam impetres, ut in cunctis meis cogitationibus, erbis et operibus ita me habeam, ut nihil unquam in ıe neque Dei, neque tuis displiceat oculis, sisque ıemor mei in hora mortis meæ. Amen.

Oratio pro impetranda perseverantia in cultu B. M. V.

Deus, qui nos sub alis sanctissimæ Matris Filii ui constitutos ad bravium supernæ vocationis acendis; pectoribus nostris purificandis illabere et ;ratiam nobis, qua in tuo et ejusdem sacratissimæ 'irginis Mariæ servitio perseveremus infunde, ut rotectionis tantæ muniti præsidiis, quod te, Domine, lonante promisimus, impleamus et nostri propositi ıxsecutores effecti ad ea, quæ perseverantibus in te romittere dignatus es, pertingamus. Per eundem)ominum nostrum etc.

Septem orationes ad innovandam devotionem erga B. M. V.

(vel simul recitari vel in singulos hebdomadis dies distribui possunt.)

1. Ave Maria, cœli terræque regina, quæ a Deo nater es electa ante omnia sæcula. Tu es illa beata nulier, de qua Dominus noster Jesus Christus, ut ;enus humanum redimeret, carnem voluit assumere. ?er te cœlum terræ jungitur, et summa imis cumuantur. Tu es dux vitæ nostræ; tu porta divinæ graiæ, tu es securus hujus procellosi mundi portus; tu ætitia cœli, tu exaltatio terræ, tu peccatorum tutisimum asylum, tu certissimum præsidium omnium te nvocantium. Ego tali animatus fiducia, ad te venio;) misericordiæ mater, *ne* averseris me miserum, qui

misericordia tua fretus de miserorum numero in filiorum tuorum sortem transire cupio. Fateor quidem me sæpe, ac graviter dilectissimum Filium tuum peccatis meis offendisse, atque idcirco ipsius, et tua gratia indignum esse; sed ex intimo corde nunc doleo, quod summum illud bonum, Dominum, ac Redemptorem meum Jesum Christum, quem super omnia amo, unquam offenderim, et coram te, ejusdem dilectissima matre, emendationem, et satisfactionem polliceor. Obsecro itaque te, Domina, ut mihi veniam peccatorum meorum gratiamque impetres; tuæ enim est pietatis, Virgo benedicta, ipsam, quam apud Deum invenisti gratiam, notam facere mundo. Amen.

2. Ave Maria, domina post Deum potentissima, Redemptoris nostri genitrix admiranda, quem virginitate materna, et maternitate virginali, mirabiliter peperisti, tota obstupescente natura. Ave sacrarium Spiritus sancti. Ave virgo gloriosa, quæ tanquam aurora coruscans es pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis dæmonibus, et tanquam acies castrorum bene ordinata, Angelorum hominumque laudibus dignissima, Sanctos omnes supergrediens. Ave post Deum unigenitum Filium tuum, et justitiæ solem potens auxiliatrix mortalium, certa spes, et firmum solamen miserorum, humani generis gloria, ornamentum totius universitatis; omnia sæcula, omnes generationes tibi benedicant. Omnes, o Domina, ad te confugimus, tuam imploramus opem, o benignissima mater, oculos misericordiæ tuæ ad nos miseros in hac lacrymarum valle converte. Monstra, o mater, dilectissimo filio tuo ubera, quibus eum nutrivisti; ostende brachia, quibus eum amplexata es; enumera omnes labores et dolores, quos pro eo sustinuisti; tuum illi cor totum amoris igne flagrans exhibe; ut his commotus nostri misereatur, omnibusque malis quibus undique circumdamur, incolumes eripiat. Amen.

3. Ave Maria, lætitia cœli, et exsultatio terræ. Tu es illa serenissima luminis mater, quæ animas omnium te amantium illuminas. Tu es illa dulcissima pietatis mater, quæ fideles tuos famulos ad gloriosa cœli feliciter perducis habitacula. Tu es illa columba formosa, quæ juxta aquarum fluenta sedes, cujus vestimenta incredibilem spirant odoris suavitatem. Ad te faciem meam levo, cœli regina; ad te oculi cordis mei suspiciunt, in te confidit anima mea. Tu es arx fortissima, in qua securi sunt omnes ad te confugientes. Tu es fidelissima propugnatrix omnium te laudantium. Tu es illa clavis, quæ portas paradisi reserat; laudo et glorifico te, virgo gloriosa, colo et veneror humillime intemerata illa et intacta tua viscera. Concede mihi, obsecro, ut tribulationibus et miseriis hujus vitæ pressus in maternæ pietatis tuæ sinu locum inveniam; fac, ut sim in numero eorum, quos tu amas, et in tuo castissimo pectore adscriptos habes, quos tu doces, dirigis, defendis in omni necessitate. Amen.

4. Ave Maria, æterni Regis mater, millies felix et beata; tu post unigenitum Filium tuum omnibus rebus dominaris. Tibi omnes ætates, et generationes caput inclinant; tuis pedibus se terrarum substernit ambitus. Post ineffabilem enim et summam Trinitatem nil dignius te, nil pulchrius habet cœleste palatium. Tu mater, tu filia, tu sponsa es Dei altissimi. Tota pulchra, tota formosa es; ad tuum nomen dæmones contremiscunt; cum splendor tuus se prodit, tenebræ diffugiunt, portæque cœli ad nutum tuum aperiuntur; tu es vera spes Christianorum post Jesum Christum Filium tuum. Tu es Regina misericordiæ, tu vitæ nostræ dulcedo. Omnes ad te clamant, et tu respondes omnibus, intercedis pro omnibus. Auxilium tuum ne auferas a me; pietas tua non desit mihi, *nec memoria* tui in me unquam mo-

riatur; si tu me, Domina, derelinquas, quis me suscipiet? si tu obliviscaris mei, quis mei recordabitur? si tu, o stella maris et peccatorum dux, me non illumines, quo tandem vadam? quid de me fiet, si a te excludar? Audi ergo, o mater, audi miserum ad te clamantem; recordare, obsecro, quod propter nos peccatores Dei Filius te matrem elegerit. Idcirco ad te confugio, ut per te, o mater mea, misericordiam inveniam apud Patrem misericordiarum, et Deum totius consolationis, Filium tuum, Dominum ac Redemptorem nostrum et Spiritum sanctum. Amen.

5. Ave Maria, ave inter Sanctos post Deum sanctissima et potentissima domina. O mater! o virgo! quibus te laudibus efferam, nescio, omnia gloriosa sunt in te. Beatam merito te dicunt omnes generationes, Dei genitrix, domina mundi, regina cœli, quæ omnibus generationibus vitam et gloriam genuisti. In te Angeli lætitiam, justi gloriam, peccatores veniam inveniunt. Merito in te respiciunt oculi totius creaturæ, quia per te, in te, et de te benigna manus omnipotentis quidquid creavit, recreavit. Tu vere urbs refugii, portus naufragantium, et solatium omnium in te sperantium; tu ornamentum es totius universitatis. Tu domina es, nos servi tui; tu regina, nos clientes tui; tu spes universæ terræ es. Ad tui memoriam recreantur, et hilarescunt fideles animæ; tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri; multæ filiæ congregaverunt divitias, tu supergressa es universas. Tu mater es pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei. Tu (velut Esther Assuerum) Deum Patrem placasti, et invenisti gratiam in oculis ejus. Tu (velut Judith Holofernem) diabolum superasti. O Maria! deest mihi vox et spiritus, quo te condigne laudem. Vos ergo, o sancti Angeli et electi Dei, Mariæ laudes pro me in æternum decantate. O quando illud tempus veniet, quo

et mihi vobiscum licebit Dei et Mariæ laudes sine fine in cœlesti gloria prædicare! Hoc tuis imprimis, o potentissima domina, vestrisque, o SS. Angeli et electi Dei, precibus mihi, oro, apud Deum impetrate. Amen.

6. Ave Maria, sole clarior, luna pulchrior, ave splendidissima stella, de qua natus est sol justitiæ, Christus, Deus noster. Tu es virgo super omnem pulchritudinem formosa; tu mater super omnem honestatem gratiosa, quæ benignissimis oculis sanctam Filii tui ecclesiam, quacumque in mundi parte illa est, intueris. Dulce tuum nomen reficit laborantes; serena lux tua illuminat cæcos; suavis odor virtutum tuarum exhilarat justos, et benedictus fructus ventris tui Jesus beatos exsatiat. Tu post Deum prima laudem omnium hominum, et Angelorum mereris; Dominus te creavit Virginem sine macula; Dominus te amavit super omnes creaturas. Tu generis humani gloria, tu super omnes choros Angelorum es exaltata; tu pulchritudo et ornamentum es totius universi. Ne avertas faciem a me peccatore; quis enim unquam te invocavit, quin sit exauditus? quis a te quidquam petivit, quod non impetravit? quis unquam servivit tibi, quem non liberaliter et magnifice remunerasti? Sileat misericordiam tuam, virgo beata, si quis est, qui invocatam te in necessitatibus suis meminerit defuisse. Obsecro itaque, o potentissima domina, impetra mihi a Filio tuo veram cordis contritionem, et fac, ut spretis omnibus blanditiis et cupiditatibus, in Christo Jesu, teque benedicta ejus matre omnis mea sit voluptas. Amen.

7. Ave Maria, mater misericordiæ, ave reparatrix gratiæ et veniæ; quis te non amet? quis te non honoret? quis se tibi non commendet? Tu es lux nostra in rebus dubiis, in mœstis consolatio, in angustiis recreatio, in periculis et tentationibus fidele

auxilium. Tu es post unigenitum Filium tuum certa salus, et spes nostra. Beati, qui te amant, et per sanctitatem vitæ familiares tibi fiunt, et devoti famuli. Beati, quos tu singulariter tibi commendatos habes. O piissima Mater, suscipe me clientulum tuum. In benedictas manus tuas, et in sinum misericordiæ tuæ animam et corpus meum, cum filiali fiducia nunc et in hora mortis meæ commendo; rege, doce, dirige, et defende me in omnibus secundum tuam voluntatem. Respice, o domina, ad servi tui licet indignissimi preces; respice ad omnes necessitates meas. Ad te ego velut unicum asylum meum confugio, sub pallio maternæ protectionis tuæ absconde me. Noli me a te, mater misericordiæ, repellere; nam sine te vivere non potest anima mea. Amen.

Oratio S. Augustini ad B. Virginem Mariam.

O beata Maria, quis tibi digne valeat jura gratiarum, ac laudum præconia rependere, quæ singulari tuo assensu, mundo succurristi perdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persolvat, quæ solo tuo commercio recuperandi cœli aditum invenisti? Accipe itaque quascunque exiles, quascunque meritis tuis impares gratiarum actiones; et cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, et reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit per te excusabile, quod per te ingerimus; fiat impetrabile, quod fida mente poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus, quia tu es spes unica peccatorum: per te speramus veniam delictorum, et in te beatissima nostrorum est expectatio præmiorum. Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, refove flebiles; ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto fœmineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicunque celebrant tuam

commemorationem. Assiste parata votis poscentium, et repende omnibus optatum effectum. Sint tibi studia assidue orare pro populo Dei, quæ meruisti benedicta Redemptorem ferre mundi, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio S. Bernardi ad B. M. V.

Per te accessum habeamus ad filium, o benedicta inventrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam nostræ corruptionis; et humilitas Deo grata nostræ veniam impetret vanitati. Copiosa caritas tua nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum: et fœcunditas gloriosa fœcunditatem nobis conferat meritorum. Domina nostra, mediatrix nostra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos præsenta. Fac o benedicta per gratiam, quam invenisti, per prærogativam, quam meruisti, per misericordiam, quam peperisti, ut qui te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis, et miseriæ nostræ, te quoque intercedente participes faciat nos gloriæ, et beatitudinis suæ, Jesus Christus Filius tuus, Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

Oratio ad Beatissimam Virginem Mariam.

(Indulg. 100 dierum. Leo XII. 11. Aug. 1824.)

Virgo Sanctissima, Verbi incarnati Mater, gratiarum dispensatrix, nostrumque qui sumus miseri peccatores refugium; ad maternum tuum amorem viva cum fide recurrimus, petimusque a te gratiam implendi semper voluntatem Dei et tuam: donamus tibi cor nostrum in sanctissimas manus tuas, ac petimus a te salutem animæ et corporis, firmaque cum fiducia speramus, fore ut tu Mater nostra amantissima nos exaudias et proinde viva cum fide dicimus. Ave Maria, *(ter) et Oratio* Defende etc. (*pag.* 235.)

Oratio ad B. M. V.

(Indulg. 100 dierum. Leo XII. 30. Januarii 1828.)

O excellentissima, gloriosissima, atque sanctissima semper intemerata Virgo Maria, Mater Domini nostri Jesu Christi, Regina mundi et totius creaturæ Domina, quæ nullum derelinquis, nullum despicis, nullum qui ad te puro et humili corde recurrit dimittis, noli me despicere propter innumerabilia et gravissima peccata mea, noli me derelinquere, propter nimias iniquitates meas, nec etiam propter duritiem et immunditiem cordis mei; ne abjicias me famulum tuum a gratia tua et amore tuo. Exaudi me miserum peccatorem N. N. in tua misericordia et pietate confidentem, succurre mihi piissima Virgo Maria in omnibus tribulationibus, angustiis, et necessitatibus meis, et impetra mihi a dilecto Filio tuo omnipotente Deo, et Domino nostro J. Chr. indulgentiam et remissionem omnium peccatorum meorum et gratiam timoris et amoris sui, sanitatem quoque et castitatem corporis, et liberationem ab omnibus malis et periculis animæ et corporis. In extremis meis esto mihi pia auxiliatrix, et animam meam, ac animas omnium parentum meorum, fratrum, sororum, et amicorum, consanguineorum, et benefactorum meorum omniumque fidelium vivorum et defunctorum ab æterna caligine, et ab omni malo libera illo auxiliante, quem in tuo sanctissimo utero novem mensibus portasti, et in præsepe tuis sanctis manibus reclinasti, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

(Indulg. 100 dierum. Leo XII. 30. Januarii 1828.)

Virgo sanctissima, Mater Dei Maria, tutum peccatorum refugium, ad te, quæ post Deum es nostra consolatio et spes in hoc exilii loco, quamvis tuo in-

dignus patrocinio, intima cum fiducia recurro. Ex una parte cognosco extremam, qua laboro, sincero corde me convertendi necessitatem; ex altera consternat me culparum mearum enormitas. Propterea recurro ad te, quæ es suprema mediatrix nostra apud dilectissimum tuum filium Jesum, sicut iste est mediator noster apud æternum divinum suum Patrem. Emendatio mea post Jesum totum tuum opus esse debet. Dignare ergo, Mater misericordiæ, obtinere mihi gratiam perfectæ et durabilis conversionis. Firmiter statui vitam mutare. Voluntas mea sincera est, sed prava mea consuetudo, et abusus, quem hactenus feci tot salutarium inspirationum et gratiarum, multitudo et enormitas peccatorum meorum, nexus mundi illam difficilem reddunt, et non obstante indignitate mea, auxilium omnino speciale exigunt. Istud a te spero, ne deneges illud mihi; quamvis heu nimium æternas flammas meruerim, ad pedes tuos dolens et contritus me projicio. Iniquitatibus meis gratiam divinam adoptionem in filium Dei, et jus ad beatam æternitatem amisisse me fateor, et eorum loco iram divinam in me concitasse. Dic mihi, quid facere debeam, ut redeam in gratiam cum Jesu Filio tuo. Ora eum pro me, ut propter Sanguinem suum pretiosissimum, acerbissimam suam passionem, et duram mortem crucis, dignetur condonare mihi mea peccata, et ipse mihi ignoscet. Dic ipsi te desiderare salutem meam, et ipse me salvabit. Sed quia possum adhuc relabi in peccata, et perdere vitam gratiæ, in tot, quæ me circumstant, periculis, protege me semper, et certe triumphum reportabo de inimicis meis, qui ruinam meam nunquam non moliuntur. Impetra mihi vivam fidem, certam spem, ardentem caritatem, cum omnibus aliis virtutibus status mei propriis, stabilitatem in bono et perseverantiam finalem. Sis tandem bona mihi mater in præsentis vitæ cursu, et

singularis advocata in puncto mortis meæ, ut sim in numero eorum, quibus filius tuus dicturus est: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum meum. Amen.

Oratio ad B. M. V. sub titulo Pietatis.

(Indulg. 100 dierum. Pius IX. 26. Martii 1860.)

Ante sanctissimos pedes tuos genuflexus, o magna cœlorum Regina, veneror te profunda cum reverentia, et confiteor te esse Filiam divini Patris, Matrem Verbi divini, et Sponsam Spiritus sancti. Tu gratia, virtutibus et donis cœlestibus plena, purissimum es sanctissimæ Trinitatis templum: tu custos es et dispensatrix gratiarum ejus. Purissimum cor tuum caritate, dulcedine et teneritudine plenum erga nos peccatores causa est, ob quam te vocamus Matrem divinæ pietatis. Inde magna cum fiducia sisto me coram te, matre nostra amorosissima, afflictus et angustiatus.... et oro te, ut facias me experiri caritatem, qua me amas, concedendo mihi.... si ita placeat divinæ voluntati, et prosit animæ meæ. Deh! purissimos oculos tuos ad me et ad omnes proximos meos, quæso, converte. Aspice crudele bellum, quod dæmon, mundus, et caro inferunt animabus nostris, et quot exinde pereant. Memorare, tenerrima mater, nos esse filios tuos Unigeniti tui filii pretiosissimo Sanguine redemptos. Dignare instantissime apud sanctissimam Trinitatem intercedere, ut concedat nobis gratiam semper vincendi dæmonem, mundum, nostrasque perversas passiones; gratiam, qua justi magis sanctificentur, peccatores convertantur, hæreses extirpentur, infideles illuminentur et Hebræi ad veram fidem adducantur. Pete, o mater amorosissima, hanc gratiam per infinitam altissimi Dei bonitatem, per sanctissimi Filii tui merita; per lac, qua eum nutrivisti, per sollicitudinem, qua ipsi serviisti, per amorem, quo ipsum amasti, per lacrymas, quas

adisti, per dolorem, quem in sanctissima ipsius passione passa es. Obtine magnum donum, ut mundus otus sit unus populus, una ecclesia, quæ det gloriam, ionorem, et gratiarum actionem sanctissimæ Triniati et tibi, quæ es mediatrix nostra. Hanc gratiam oncedat nobis potentia Patris, sapientia Filii, et irtus Spiritus sancti. Amen.

Oratio ad B. M. V. in tentationibus contra castitatem recitanda.

(Indulg. 100 dierum. Pius IX. 5. Aug. 1851.)

O Domina mea! o Mater mea! tibi me totum ffero, atque ut me tibi probem devotum, consecro ibi hodie oculos meos, aures meas, os meum, cor neum, plane me totum. Quoniam itaque tuus sum, bona Mater! serva me, defende me, ut rem ac posesionem tuam.

Aspiratio in quavis tentatione. O Domina nea! o Mater mea! memento me esse tuum. Serva ne, defende me, ut rem ac possessionem tuam.

Oratio

æreæ laminæ inscripta in parte aversa imaginis Mariæ Dominæ Nostræ in basilica liberiana.

(Indulg. 300 dierum. Pius IX. 24. Sept. 1846.)

Ave augustissima Regina pacis, sanctissima Mater Dei, per sacratissimum Cor Jesu Filii tui, Principis pacis, fac, ut quiescat ira ipsius, et regnet super nos n pace. Memorare, o piissima Virgo Maria, non sse auditum a sæculo quemquam tua petentem suffragia esse derelictum. Ego tali animatus confidentia ad te venio. Noli, Mater Verbi, verba mea despicere, sed audi propitia et exaudi, o clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

Oratio ad sanctissimum Cor. B. M. V.

(Indulg. 60 dierum. Pius VII. 18. Aug. 1807.)

O cor Mariæ, Matris Dei, et Matris nostræ; cor amabilissimum in quo sibi complacuit adoranda Trinitas; cor dignum omni veneratione et tenerrimo amore Angelorum et hominum; cor supra omne aliud simile cordi Jesu, cujus es perfectissima imago; cor plenum bonitate et tantopere compatiens nostris miseriis, dignare resolvere glaciem cordium nostrorum; fac, ut sint prorsus conversa ad cor divini Salvatoris. Infunde ipsis amorem tuarum virtutum; inflamma ipsa sacro illo igne, quo continuo arsisti. Conclude intra te sanctam ecclesiam; custodi illam. Sis semper dulce ejus asylum, ejusque turris inexpugnabilis contra omnes hostium incursus. Sis nobis via, qua tendamus ad Jesum, et canalis, quo recipiamus omnes gratias nobis ad salutem necessarias. Sis nobis in necessitatibus auxilium, in afflictionibus solatium, in tentationibus propugnaculum, in persecutionibus refugium, in omni periculo adjutorium, sed specialiter in ultimo vitæ nostræ certamine, in hora mortis, quando infernus totus insurget contra nos ad rapiendas animas nostras; in tremendo hoc momento, a quo dependet æterna nostra salus. Tunc, ah tunc, Virgo piissima fac nos sentire teneritudinem materni tui cordis, et magnitudinem potentiæ tuæ in cor Jesu, aperiendo nobis in ipso misericordiæ fonte tutum refugium, ut possimus pervenire ad illum tecum in paradiso laudandum per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Laus cordi Jesu et Mariæ. Cognitum, laudatum, benedictum, amatum, obsequio honoratum et glorificatum semper et ubique sit divinissimum cor Jesu et purissimum cor Mariæ. Amen.

Preces ad obtinendum zelum pro exstirpatione peccatorum per intercessionem B. M. V. sine labe conceptæ.

Misericordissime Deus! toto corde detestor atque abominor omnia mea peccata; detestor etiam ac deleo omnia peccata aliorum ab initio mundi usque ad hanc horam commissa, quia supremam tuam majestatem offendunt. Firmiter quoque statuo omnia peccata vitare atque in aliis exstirpare illorumque causas et pericula tollere. In hunc finem auxilium gratiæ tuæ suppliciter peto, benignissime Deus, per intercessionem sanctissimæ Virginis Mariæ, quam ab omni peccato, tam originali quam actuali, præservare dignatus es. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Clementissime Salvator, qui pati et mori dignatus es, ut nos liberares, et qui sanctissimam matrem tuam singulari privilegio a labe originali et ab omni peccato actuali præservari voluisti, te supplices exoramus, ut per intercessionem ejusdem tuæ matris omnia peccata semper vitare et in aliis exstirpare illorumque causas et pericula tollere valeamus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad cor B. M. V. pro conversione peccatorum.

O clementissima Maria, refugium peccatorum, obsecro te per dolores cordis tui compassione pleni, et per mortem dilecti Filii tui Jesu, impetra omnibus peccatoribus mundi, iis præsertim, qui scandalis et gravis doctrinis alios in peccatum adducunt, gratiam, ut sincere convertantur. Amen.

Cor Mariæ compatiens, succurre peccatoribus.

Cor Jesu, cor summi sacerdotis, da mihi cor sacerdotale, quod tui inflammatum amore totum se offerat et consumat *pro salute* miserorum peccatorum.

Cor Mariæ, cordis Jesu amantissimum, da mihi hujus cordis amorem vehementissimum. Sancte Joseph da mihi tuum erga Jesum et Mariam amorem.

De rosario B. M. V.

Rosarium apud Catholicos aliud nihil est, quam sertum quoddam spirituale mysticis vocibus ex Evangelio depromptis, tanquam rosis contextum, quod Virgini virginum, Dei matri offerimus. „Est autem rosarium *(verba sunt Breviarii Romani)* certa precandi formula, qua quindecim Angelicarum Salutationum decades Oratione Dominica interjecta distinguimus et ad earum singulas totidem nostræ reparationis mysteria pia meditatione recolimus; .... pius hic orandi modus mirabiliter per S. Dominicum promulgari augerique cœpit, quem ejusdem institutorem auctoremque fuisse Summi Pontifices Apostolicis Litteris passim affirmarunt.“ Constat Rosarium igitur Oratione Dominica quinquies, et Salutatione Angelica quinquagies repetita; unde Rosarium tertio dictum efficit numerum 150., qui est numerus Psalmorum Davidicorum, a quo numero trinum illud Rosarium vocarunt Psalterium beatæ Virginis. Quinquies in Rosario Orationem Dominicam repetimus, ut quinque vulnerum Christi memoriam refricemus; Salutationem vero Angelicam cuique Orationi decies subjicimus, ut in mentem nobis veniat memoria 10 Dei mandatorum. Eandem quinquagies toto Rosario iteramus, ut intercessione B. Virginis, per merita Dominicæ passionis plenam peccatorum remissionem, quæ quinquagenario numero Jubilæi in Scripturis sanctis significatur, consequamur.

Porro, ut mens orantis, cui difficile videtur et tædiosum, ad eadem verba toties repetita attendere, fructu suo non careat, pie ordinatum est, ut quodlibet

Rosarium quinque mysteriis perficeretur, quibus meditandis, dum os verba proferret, mens occuparetur.

Primo Rosario assignata sunt quinque gaudia sanctissimæ Matris, quinque decadibus accommodata: quibus illa ex his, quæ circa Christi naturam humanam contigerunt, affecta fuit, scilicet ista: 1. Annuntiatio Dominicæ Incarnationis. 2. Visitatio Elisabethæ. 3. Nativitas Christi. 4. Oblatio Christi in templo. 5. Inventio pueri Jesu inter Doctores.

In secundo Rosario memoria fit quinque mysteriorum passionis Christi, quæ sunt: 1. Oratio, et comprehensio Domini in horto. 2. Flagellatio. 3. Coronatio. 4. Bajulatio crucis. 5. Crucifixio.

In tertio Rosario proponuntur quinque mysteria gloriosa post Christi Domini mortem, scilicet: 1. Resurrectio Domini. 2. Ascensio ejus in cœlos. 3. Adventus Spiritus sancti in Mariam et Discipulos. 4. Assumptio B. Virginis. 5. Coronatio ejusdem.

Ex quibus patet multiplex Rosarii usus et fructus, quo scilicet renovatur memoria omnium mysteriorum vitæ Christi et B. Virginis, capitumque præcipuorum fidei. Simplex certe et jejuna decadum decursio est, et obnoxia multis distractionibus, et parum consolationis, multum vero tædii habet, nisi una in decadibus singulis mysterium aliquod evolvas. Si enim mysteria ea omiseris, privas te saluberrima, suavissima, Deoque et parenti ejus gratissima recordatione divinissimorum vitæ Christi et Mariæ, salutisque nostræ omnium mysteriorum. Nunquam igitur omittenda sunt mysteria, circa quæ intelligentia et memoria occupentur, etsi initio aliquid videatur habere difficultatis, eorum ita semper meminisse, paucorum dierum usus rem totam facillimam reddet.

Quo facilius et diligentius clerici in recitando Rosario mysteria proposita percurrant, modum sat opportunum et facilem subjiciemus, qui in eo consistit,

ut antequam decadem aliquam inchoes, mysterium, quod in ea meditandum est, breviter in memoriam reducas, retinendum postea, dum decadem absolvas. Deinde sub initium orationis Dominicæ Deum velut præsentem animo subjicias, ut patrem; sub initium Salutationis Angelicæ beatam Virginem, ut matrem; ut nimirum imaginatio circa id occupata evagari huc illuc non possit. Vel certe imagineris, te ferri per ea loca, in quibus ea mysteria facta sunt, illisque te præsentem esse cogites, ac si ea oculis tuis haberes proposita. Quod citra difficultatem magna animi voluptate fieri potest; et die quidem Dominico, et feria 5. tertii generis mysteria, quæ gloriosa dicuntur; feria 2. 3. et Sabbato, primi generis, quæ gaudiosa appellantur; feria 4. et 6. ea, quæ luctuosa nuncupantur, expendi et considerari possunt.

Ad faciliorem quoque mysteriorum considerationem quidam vir doctus et pius *(M. Navarrus)* insignem modum suggerit, ut ad singulas scilicet decades, mysterium ipsum, cui volumus intendere in ipsis Salutationibus Angelicis paucis verbis inseratur hoc pacto:

Ad crucem semper dicitur Credo, *ad majora grana* Pater noster, *ad minora* Ave Maria.

Ad tria minora grana (quæ in Corona *ponuntur ante quinque decades) dicuntur tres Salutationes Angelicæ, iisque aguntur* SS. Trinitati *gratiæ, et quidem Patri, quod B. V. in* Filiam; *Filio, quod illam in* Matrem; *Spiritui sancto, quod illam in* Sponsam *elegerit.*

In Rosario gaudioso ad tria minora grana petitiones hæ inseruntur:

In 1. post verbum Jesus *adde:* qui adaugeat in nobis fidem. Sancta Maria etc.

In 2.: qui corroboret in nobis spem.

In 3.: qui perficiat in nobis caritatem.

Ad singula minora grana quinque decadum ex-ende totidem mysteria, inserendo post nomen Jesus se-uentia verba:

In 1. decade: quem Virgo concepisti.
In 2.: quem visitando Elisabeth portasti.
In 3.: quem Virgo genuisti.
In 4.: quem in templo præsentasti.
In 5.: quem in templo invenisti.

In Rosario doloroso ad tria minora grana petitiones has insere:

In 1.: qui intellectum nostrum illuminet.
In 2.: qui voluntatem nostram perficiat.
In 3.: qui memoriam nostram roboret.

Ad singula minora grana quinque decadum ex-ende totidem mysteria, inserendo sequentia verba:

In 1.: qui pro nobis sanguinem sudavit.
In 2.: qui pro nobis flagellatus est.
In 3.: qui pro nobis spinis coronatus est.
In 4.: qui pro nobis crucem bajulavit.
In 5.: qui pro nobis crucifixus est.

In Rosario glorioso ad tria minora grana petitiones has insere:

In 1.: qui cogitationes dirigat.
In 2.: qui verba moderetur.
In 3.: qui gubernet opera.

Ad singula minora grana quinque decadum ex-ende totidem mysteria, inserendo sequentia verba:

In 1.: qui resurrexit a mortuis.
In 2.: qui in cœlum ascendit.
In 3.: qui Spiritum sanctum misit.
In 4.: qui te in cœlum assumpsit.
In 5.: qui te in cœlis coronavit.

NB. *Absoluta una decade, his verbis te ad piam ratulationem excitare poteris.*

Post 1. decadem. Decies millies cum Filio tuo benedicant te, Virgo Maria, omnes SS. Angeli, cum quibus spero te aliquando videre et colere in cœlo. Amen.

Post 2. Vicies millies cum Filio tuo benedicant te, Virgo Maria, omnes Sancti veteris Testamenti, cum quibus spero etc.

Post 3. Tricies millies cum Filio tuo benedicant te, Virgo Maria, omnes sancti Apostoli, Evangelistæ, Discipuli Domini, et Martyres, cum quibus spero etc.

Post 4. Quadragies millies cum Filio tuo benedicant te, Virgo Maria, omnes sancti Confessores, Episcopi, Doctores, Monachi et Eremitæ, cum quibus etc.

Post 5. Quinquagies millies cum Filio tuo benedicant te, Virgo Maria, omnes sanctæ Virgines et Viduæ, cum quibus etc.

Post. 6. (quam quidam addere solent) Centies millies cum Filio tuo benedicant te, Virgo Maria, omnes Sancti et Sanctæ Dei, cum quibus etc. *vel:* Centies millies te benedicant, Virgo Mater, gloriosa Maria, omnes Sancti Sanctæque Dei, cum quibus etc.

18. Orationes ad varios sanctos sacerdotes.

Ad S. Ignatium.

Deus, qui ad majorem tui nominis gloriam propagandam, novo per beatum Ignatium subsidio militantem Ecclesiam roborasti; concede; ut, ejus auxilio et imitatione, certantes in terris, coronari cum ipso mereamur in cœlis. Per Dominum.

Ad S. Philippum Nerium.

Deus, qui beatum Philippum, Confessorem tuum, Sanctorum tuorum gloria sublimasti; concede propitius; ut, cujus solemnitate lætamur, ejus virtutum proficiamus exemplo. Per Dominum.

Ad S. Franciscum Xaverium.

s, qui Indiarum gentes beati Francisci præe et miraculis Ecclesiæ tuæ aggregare vooncede propitius; ut cujus gloriosa merita ıur, virtutum quoque imitemur exempla. Per m.

Ad S. Joannem Franciscum Regis.

s, qui ad plurimos pro salute animarum per labores, beatum Joannem Franciscum, Con tuum mirabili caritate et invicta patientia i; concede propitius; ut ejus exemplis int intercessionibus adjuti, æternæ vitæ præsequamur. Per Dominum.

Ad S. Franciscum Salesium.

is, qui ad animarum salutem beatum Fran- Confessorem tuum atque Pontificem, omnibus factum esse voluisti; concede propitius; ut tuæ dulcedine perfusi, ejus dirigentibus mo- suffragantibus meritis, æterna gaudia conse- Per Dominum.

Ad S. Vincentium a Paulo.

is, qui ad evangelizandum pauperibus, et ecci Ordinis decorem promovendum, beatum ium apostolica virtute roborasti; præsta, quæut, cujus pia merita veneramur, virtutum instruamur exemplis. Per Dominum.

S. Alphonsum Mariam de Liguorio.

is, qui per beatum Alphonsum Mariam, Conn tuum atque Pontificem, animarum zelo suc-, Ecclesiam tuam nova prole fœcundasti; ius; ut ejus salutaribus monitis edocti et s roborati, ad te pervenire feliciter valeamus. minum.

Catalogus

aliquorum sanctorum clericorum et sacerdotum sæcular
quos alumni multo cum fructu venerabuntur, invocab
et imitabuntur.

1. Jan. S. Concordius, Presb. et Mart.
4. Jan. S. Priscillianus, Cleric. et Mart.
7. Jan. S. Lucianus, Presb. et Mart.
9. Jan. S. Antonius, Presb. et Mart.
10. Jan. S. Marcianus, Presb. et Mart.
13. Jan. S. Hermylus, Diac. et Mart.
14. Jan. S. Felix, Presb. et Mart.
22. Jan. S. Vincentius, Diac. et Mart.
1. Febr. S. Ephræm, Diac. et Conf.
1. Febr. S. Pionius, Presb. et Conf.
8. Mart. S. Apollonius, Lect. et Mart.
11. Mart. S. Eulogius, Presb. et Mart.
16. Mart. S. Abraham, Presb. et Conf.
4. April. S. Theodulus, Lect. et Mart.
13. April. S. Papylus, Diac. et Mart.
14. April. S. Abundius, Lect. et Mart.
19. April. S. Crescentius, Subd. et Conf.
26. April. S. Richardus, Presb. et Conf.
19. Maji S. Ivo, Presb. et Conf.
29. Maji S. Alexander, Ostiar. et Mart.
1. Junii S. Pamphilus, Presb. et Mart.
2. Junii S. Petrus, Exorc. et Mart.
27. Junii S. Sampson, Presb. et Conf.
1. Julii S. Theobaldus, Presb. et Conf.
6. Julii S. Goarus, Presb. et Conf.
27. Julii S. Hermolaus, Presb. et Mart.
8. Aug. S. Cyriacus, Diac. et Mart.
11. Aug. S. Tiburtius, Subd. et Mart.
15. Aug. S. Tharsicius, Acol. et Mart.
1. Sept. S. Felix, Subd. et Mart.
4. Sept. S. Marinus, Diac. et Conf.
12. Sept. S. Guido, Cleric. et Conf.

ɔt. S. Constantius, Cleric. et Conf.
ɔt. S. Hieronymus, Presb. et Conf.
t. S. Joannes Cantius, Presb. et Conf.
:. S. Quadragesimus, Subd. et Conf.
v. S. Cæsarius, Diac. et Mart.
v. S. Benignus, Presb. et Mart.
v. S. Chrysogonus, Presb. et Mart.
c. S. Migdonius, Presb. et Mart.
c. S. Hermes, Exorc. et Mart.

19. Hymni et cantica.

1. Jesu dulcis memoria.

Jesu dulcis memoria * Dans vera cordi gaudia:
super mel et omnia * Ejus dulcis præsentia.
Nil canitur suavius, * Nil auditur jucundius, *
gitatur dulcius, * Quam Jesus Dei filius.
Jesu spes pœnitentibus, * Quam pius es peten-
* Quam bonus te quærentibus! * Sed quid in-
tibus?
Jesu dulcedo cordium, * Fons vivus, lumen
m, * Excedens omne gaudium, * Et omne de-
m.
Nec lingua valet dicere, * Nec littera expri-
* Expertus potest credere, * Quis sit Jesum
ɜ.
Jesum quæram in lectulo, * Clauso cordis cu-
* Privatim et in publico * Quæram amore

Cum Maria diluculo * Jesum quæram in tumulo,
oris cordis querulo, * Mente quæram, non oculo.
Tumbam perfundam fletibus, * Locum replens
ɩus; * Jesu provolvar pedibus, * Strictis hæ-
mplexibus.
Jesu rex admirabilis; * Et triumphator nobilis
ɔdo ineffabilis, * Totus desiderabilis.

10. Mane nobiscum Domine, * E
mine, * Pulsa mentis caligine, * I
dulcedine.

11. Quando cor nostrum visitas,
veritas, * Mundi vilescit vanitas *
caritas.

12. Amor Jesu dulcissimus * Et v
* Plus millies gratissimus * Quam dic

13. Hoc probat ejus passio, * Hoc
sio, * Per quam nobis redemptio * Da

14. Jesum omnes agnoscite, * Amor
* Jesum ardentes quærite, * Quærend

15. Sic amantem diligite, * Amori
* In hunc odorem currite, * Et vota v

16. Jesus auctor clementiæ, * Toti
* Dulcoris fons et gratiæ * Veræ cord

17. Jesu mi bone, sentiam * Amor
Da mihi per præsentiam * Tuam vide

18. Quum digne loqui nequeam * I
sileam: * Amor facit, ut audeam * Cı
gaudeam.

19. Tua, Jesu, dilectio, * Grata m
Replens sine fastidio * Dans famem d

20. Qui te gustant esuriunt: * Qu
sitiunt: * Desiderare nesciunt * Nis
diligunt.

21. Quem tuus amor ebriat, * N
sapiat, * Quam felix est, quem satiat. *
quod cupiat.

22. Jesu, decus Angelicum, * In
ticum, * In ore mel mirificum, * I
cœlicum.

23. Desidero te millies, * Mi Jesu,
* Me lætum quando facies? * Me de te

24. Amor tuus continuus * Mihi la
* Mihi fructus mellifluus * Est et vitæ

25. Jesu summa benignitas, * Mira cordis jucunditas, * Incomprehensa bonitas, * Tua me stringat aritas.

26. Bonum mihi diligere * Jesum, nil ultra quærere, * Mihi prorsus deficere, * Ut illi queam vivere.

27. O Jesu mi dulcissime, * Spes suspirantis animæ, * Te quærunt piæ lacrymæ, * Te clamor mentis ntimæ.

28. Quocumque loco fuero, * Mecum Jesum desilero: * Quam lætus, cum invenero! * Quam felix, um tenuero!

29. Tunc amplexus, tunc oscula * Quæ vincunt nellis pocula, * Tunc felix Christi copula, * Sed in is parva morula.

30. Jam quod quæsivi, video: * Quod concupivi, eneo: * Amore Jesu langueo, * Et corde totus ardeo.

31. Jesus cum sic diligitur, * Hic amor non extinguitur: * Non tepescit, nec moritur: * Plus crecit et accenditur.

32. Hic amor ardet jugiter, * Dulcescit mirabiler, * Sapit delectabiliter, * Delectat et feliciter.

33. Hic amor missus cælitus * Hæret mihi medullitus, * Mentem incendit penitus, * Hoc delectatur piritus.

34. O beatum incendium, * Et ardens desiderium! O dulce refrigerium, * Amare Dei Filium!

35. Jesu, flos matris virginis, * Amor nostræ dulcedinis, * Tibi laus, honor numinis, * Regnum beatiudinis.

36. Veni, veni, Rex optime, * Pater immensæ loriæ, * Affulge menti clarius * Jam exspectatus æpius.

37. Jesu sole serenior, * Et balsamo suavior, *)mni dulcore dulcior, * Præ cunctis amabilior.

38. Cujus gustus sic afficit, * Cujus odor sic relicit, * In *quo mea mens* deficit, * Solus amanti sufficit.

39. Tu mentis delectatio, * Amoris consummatio; * Tu mea gloriatio, * Jesu mundi salvatio.

40. Mi dilecte revertere, * Consors paternæ dexteræ: * Hostem vicisti prospere, * Jam cæli regno fruere.

41. Sequar te, quoquo ieris, * Mihi tolli non poteris, * Cum meum cor abstuleris, * Jesu laus nostri generis.

42. Cæli cives occurrite, * Portas vestras attolite, * Triumphatori dicite: * Ave Jesu, Rex inclyte.

43. Rex virtutum, rex gloriæ, * Rex insignis victoriæ, * Jesu largitor veniæ, * Honor cœlestis patriæ.

44. Tu fons misericordiæ, * Tu veræ lumen patriæ: * Pelle nubem tristitiæ, * Dans nobis lucem gloriæ.

45. Te cœli chorus prædicat, * Et tuas laudes replicat: * Jesus orbem lætificat, * Et nos Deo pacificat.

46. Jesus in pace imperat, * Quæ omnem sensum superat, * Hanc mea mens desiderat, * Et ea frui properat.

47. Jesus ad patrem rediit, * Cœleste regnum subiit: * Cor meum a me transiit, * Post Jesum simul abiit.

48. Quem prosequamur laudibus, * Votis, hymnis, et precibus; * Ut nos donet cœlestibus, * Cum ipso frui sedibus. Amen.

2. Pange, lingua, gloriosi Corporis.

1. Pange, lingua, gloriosi * Corporis mysterium. * Sanguinisque pretiosi, * Quem in mundi pretium * Fructus ventris generosi, * Rex effudit gentium.

2. Nobis datus, nobis natus * Ex intacta virgine, * Et in mundo conversatus, * Sparso verbi semine, * Sui moras incolatus * Miro clausit ordine.

3. In supremæ nocte cœnæ * Recumbens cum fratribus, * Observata lege plene * Cibis in legalibus * Cibum turbæ duodenæ * Se dat suis manibus.

4. Verbum caro panem verum * Verbo carnem efficit, * Fitque sanguis Christi merum; * Etsi sensus deficit, * Ad firmandum cor sincerum * Sola fides sufficit.

5. Tantum ergo Sacramentum * Veneremur cernui, * Et antiquum documentum * Novo cedat ritui; * Præstet fides supplementum * Sensuum defectui.

6. Genitori, Genitoque * Laus et jubilatio, * Salus, honor, virtus quoque * Sit et benedictio; * Procedenti ab utroque * Compar sit laudatio. Amen.

3. Lauda, Sion, Salvatorem.

1. Lauda, Sion, Salvatorem, * Lauda ducem et pastorem, * In hymnis et canticis.

2. Quantum potes, tantum aude, * Quia major omni laude, * Nec laudare sufficis.

3. Laudis thema specialis, * Panis vivus et vitalis * Hodie proponitur.

4. Quem in sacræ mensa cœnæ * Turbæ fratrum duodenæ * Datum non ambigitur.

5. Sit laus plena, sit sonora, * Sit jucunda, sit decora * Mentis jubilatio.

6. Dies enim solemnis agitur * In qua mensæ prima, * Recolitur hujus institutio.

7. In hac mensa novi regis * Novum Pascha novæ legis * Phase vetus terminat.

8. Vetustatem novitas, * Umbram fugat veritas, * Noctem lux eliminat.

9. Quod in cœna Christus gessit, * Faciendum hoc expressit * In sui memoriam.

10. Docti sacris institutis, * Panem, vinum in salutis * Consecramus hostiam.

11. Dogma datur Christianis, * Quod in carnem transit panis, * Et vinum in sanguinem.

12. Quod non capis, quod non vides, * Animosa firmat fides, * *Præter rerum ordinem.*

13. Sub diversis speciebus, * Signis tantum et non rebus, * Latent res eximiæ.

14. Caro cibus, Sanguis potus, * Manet tamen Christus totus * Sub utraque specie.

15. A sumente non concisus, * Non confractus, non divisus, * Integer accipitur.

16. Sumit unus, sumunt mille, * Quantum isti, tantum ille, * Nec sumptus consumitur.

17. Sumunt boni, sumunt mali, * Sorte tamen inæquali, * Vitæ vel interitus.

18. Mors est malis, vita bonis; * Vide paris sumptionis * Quam sit dispar exitus.

19. Fracto demum Sacramento, * Ne vacilles, sed memento, * Tantum esse sub fragmento, * Quantum toto tegitur.

20. Nulla rei fit scissura, * Signi tantum fit fractura, * Qua nec status nec statura * Signati minuitur.

21. Ecce panis Angelorum, * Factus cibus viatorum, * Vere panis filiorum, * Non mittendus canibus.

22. In figuris præsignatur, * Cum Isaac immolatur, * Agnus Paschæ deputatur, * Datur manna patribus.

23. Bone Pastor, panis vere, * Jesu, nostri miserere, * Tu nos pasce, nos tuere, * Tu nos bona fac videre * In terra viventium!

24. Tu, qui cuncta scis et vales, * Qui nos pascis hic mortales, * Tuos ibi commensales, * Cohæredes et sodales * Fac sanctorum civium! Amen. Alleluja.

4. Vexilla regis prodeunt.

1. Vexilla Regis prodeunt: * Fulget Crucis mysterium, * Qua vita mortem pertulit * Et morte vitam protulit.

2. Quæ vulnerata lanceæ * Mucrone diro, criminum * Ut nos lavaret sordibus, * Manavit unda et *sanguine.*

3. Impleta sunt, quæ concinit * David fideli carmine, * Dicendo nationibus: * Regnavit a ligno Deus.

4. Arbor decora et fulgida, * Ornata Regis purpura, * Electa digno stipite * Tam sancta membra tangere.

5. Beata, cujus brachiis * Pretium pependit sæculi, * Statera facta corporis, * Tulitque prædam tartari.

6. O Crux ave spes unica, * Hoc Passionis tempore * Piis adauge gratiam: * Reisque dele crimina.

7. Te, fons salutis Trinitas, * Collaudet omnis spiritus: * Quibus crucis victoriam * Largiris, adde præmium. Amen.

5. Pange, lingua, gloriosi lauream.

1. Pange, lingua, gloriosi * Lauream certaminis, * Et super crucis trophæo * Dic triumphum nobilem: * Qualiter Redemptor orbis * Immolatus vicerit.

2. De parentis protoplasti * Fraude Factor condolens, * Quando pomi noxialis * In necem morsu ruit; * Ipse lignum tunc notavit, * Damna ligni ut solveret.

3. Hoc opus nostræ salutis * Ordo depoposcerat: * Multiformis proditoris * Ars ut artem falleret * Et medelam ferret inde, * Hostis unde læserat.

4. Quando venit ergo sacri * Plenitudo temporis, * Missus est ab arce Patris * Natus, orbis Conditor; * Atque ventre virginali * Carne amictus prodiit.

5. Vagit infans inter arcta * Conditus præsepia: * Membra pannis involuta * Virgo Mater alligat: * Et Dei manus pedesque * Stricta cingit fascia.

6. Sempiterna sit beatæ * Trinitati gloria, * Aequa Patri Filioque, * Par decus Paraclito: * Unius Trinique nomen * Laudet universitas. Amen.

6. Ave maris stella.

1. Ave maris stella, * Dei mater alma, * Atque *semper virgo, * Felix cœli* porta.

2. Sumens illud Ave * Gabrielis ore, * Funda nos in pace, * Mutans Hevæ nomen.

3. Solve vincla reis, * Profer lumen cæcis, * Mala nostra pelle, * Bona cuncta posce.

4. Monstra te esse matrem, * Sumat per te preces, * Qui pro nobis natus * Tulit esse tuus.

5. Virgo singularis, * Inter omnes mitis, * Nos culpis solutos, * Mites fac et castos.

6. Vitam præsta puram, * Iter para tutum, * Ut videntes Jesum, * Semper collætemur.

7. Sit laus Deo Patri, * Summo Christo decus, * Spiritui sancto, * Tribus honor unus. Amen.

7. Stabat mater.

1. Stabat Mater dolorosa, * Juxta crucem lacrymosa, * Dum pendebat Filius:

2. Cujus animam gementem, * Contristatam et dolentem, * Pertransivit gladius.

3. O quam tristis et afflicta * Fuit illa benedicta * Mater Unigeniti!

4. Quæ mœrebat et dolebat * Pia mater, cum videbat * Nati pœnas inclyti.

5. Quis est homo, qui non fleret, * Christi Matrem si videret, * In tanto supplicio?

6. Quis posset non contristari, * Christi matrem contemplari * Dolentem cum filio?

7. Pro peccatis suæ gentis * Vidit Jesum in tormentis * Et flagellis subditum.

8. Vidit suum dulcem Natum * Morientem desolatum, * Dum emisit spiritum.

9. Eja Mater, fons amoris, * Me sentire vim doloris * Fac, ut tecum lugeam.

10. Fac ut ardeat cor meum * In amando Christum Deum, * Ut sibi complaceam.

11. Sancta Mater, istud agas, * Crucifixi fige plagas * Cordi meo valide.

12. Tui Nati vulnerati, * Tam dignati pro me' ati, * Pœnas mecum divide.

13. Fac me tecum pie flere, * Crucifixo condo- ɔre, * Donec ego vixero.

14. Juxta crucem tecum stare, * Et me tibi so- iare * In planctu desidero.

15. Virgo virginum præclara, * Mihi jam non sis mara, * Fac me tecum plangere.

16. Fac ut portem Christi mortem, * Passionis ac consortem, * Et plagas recolere.

17. Fac me plagis vulnerari, * Fac me cruce in- briari, * Et cruore Filii.

18. Flammis ne urar succensus * Per te, Virgo, im defensus * In die judicii.

19. Christe, cum sit hinc exire, * Da per matrem ıe venire * Ad palmam victoriæ.

20. Quando corpus morietur, * Fac, ut animæ onetur * Paradisi gloria.

8. Prosa de B. M. V.

1. Inviolata, integra et casta es, Maria, * Quæ s effecta fulgida cœli porta.

2. O mater alma Christi carissima! * Suscipe pia ıudum præconia.

3. Nostra ut pura pectora sint et corpora, * Te unc flagitant devota corda et ora.

4. Tua per precata dulcisona * Nobis impetres eniam per sæcula.

5. O benigna! o regina! o Maria! * Quæ sola in- iolata permansisti.

9. Ad B. V. Mariam, sine labe conceptam.

ıuct. Eminent. Domino Joanne, S R. E. Cardinale de Geissel, Archiep. Colon.)

1. Virgo virginum præclara, * Præter omnes Deo ara * Dominatrix cœlitum, * Fac nos pie Te cantare, Prædicare et amare, * Audi vota supplicum.

2. Quis est dignus, laude digna, * Te laudare, o benigna * Virgo, fons charismatum! * Gratiis es tota plena, * Tota pulchra et serena, * Dei tabernaculum.

3. O quam magna Tibi fecit, * Qui potens est, et adjecit * Gratiam ad gratiam! * Qui cœlum terramque regit, * Matrem sibi Te elegit, * Sponsam atque filiam.

4. Ante mundum Te dilectam * Et præ omnibus electam, * Cœlorum delicias, * A peccato non redemit, * Sed jam antea exemit * Emptorum primitias.

5. Virgo, vere benedicta, * Culpa nunquam es obstricta * Hocce in exilio; * Sine labe es concepta, * Magno lapsui erepta * Summo privilegio.

6. Contendebat certatura * Tunc cum gratia natura, * Gratia prævaluit; * A peccato præservatam * Immunemque illibatam * Mire Te constituit.

7. Eva nova novæ legis, * Præelecta summi regis, * Consors ejus gloriæ, * Tu draconem domuisti, * Forti pede contrivisti * Victrix caput satanæ.

8. Semper fulgens munda stola, * Inter mundas munda sola * Ascendisti sidera; * Super agmina Sanctorum, * Super choros Angelorum * Sceptra geris Domina.

9. Oras nunc a dextris Nati, * Jugo solvat ut peccati, * Quos redemit Sanguine; * Manus Tuæ stillant dona, * Vitæ fac cœlestis bona * Et in nos defluere.

10. Esto nobis maris stella, * Ne nos fluctuum procella * Navigantes obruat; * Ex qua salus est exorta, * Esto nobis cœli porta, * Quæ ad vitam pateat.

11. Virgo clemens, virgo pia, * Duc secura nos in via * Vitæ per exilium; * Nos, o Mater, hic tuere, * Olim istic fac videre * Te tuumque Filium.

12. Fac, Te duce, nos orare, * Vigilare et certare, * Certos Tuæ gratiæ; * Funde nobis pia dona, * Custos, mater et patrona * Sanctæ sis Ecclesiæ. (Coloniæ.)

13. Fac nos stare fide vera, * Caritate, spe sinera, * Absque culpæ macula; * Gregem Tibi sic licatum, * Jam a patribus sacratum * Protegas in secula.

10. Omni die dic Mariæ.

1. Omni die dic Mariæ * Mea laudes anima: * Ejus festa, ejus gesta * Cole devotissima.

2. Contemplare et mirare * Ejus celsitudinem: * Dic felicem genitricem, * Dic beatam Virginem.

3. Ipsam cole, ut de mole * Criminum te liberet, Hanc appella, ne procella * Vitiorum superet.

4. Hæc persona nobis dona * Contulit cœlestia; Hæc regina nos divina * Illustravit gratia.

5. Lingua mea, dic trophæa * Virginis puerperæ, Quæ inflictum maledictum * Miro transfert germine.

6. Sine fine dic Reginæ * Mundi laudum cantica, Ejus bona semper sona, * Semper illam prædica.

7. Omnes mei sensus ei * Personate gloriam; * 'requentate tam beatæ * Virginis memoriam.

8. Nullus certe tam disertæ * Extat eloquentiæ, * Qui condignos promat hymnos * Ejus excellentiæ.

9. Omnes laudent, unde gaudent, * Matrem Dei 'irginem; * Nullus fingat, quod attingat * Ejus celitudinem.

10. Sed necesse, quod prodesse * Piis constat ıentibus. * Ut intendam, quo impendam * Me ipsius ıudibus.

11. Quamvis sciam, quod Mariam * Nemo digne rædicet, * Tamen vanus et insanus * Est, qui illam ɜticet.

12. Cujus vitæ eruditæ * Disciplina cœlica, * Arumenta et figmenta * Destruxit hæretica.

13. Hujus mores tanquam flores, * Exornant eclesiam, * Actiones et sermones * Miram præstant ratiam.

14. Evæ crimen nobis limen * Paradisi clauserat, * Hæc dum credit et obedit, * Cœli claustra reserat.

15. Propter Evam homo sævam * Accepit sententiam: * Per Mariam habet viam, * Quæ ducit ad patriam.

16. Hæc amanda et laudanda * Cunctis specialiter: * Venerari et precari * Illam decet jugiter.

17. Ipsa donet, ut, quod monet * Natus ejus, faciam: * Ut finita carnis vita, * Lætus hunc aspiciam.

18. O cunctarum feminarum * Decus atque gloria! * Quam electam et evectam * Scimus super omnia.

19. Clemens audi, tuæ laudi * Quos instantes conspicis: * Munda reos, et fac eos * Donis dignos cœlicis.

20. Virga Jesse, spes oppressæ * Mentis et refugium; * Decus mundi, lux profundi, * Domini sacrarium.

21. Vitæ forma, morum norma, * Plenitudo gratiæ: * Dei templum, et exemplum * Totius justitiæ.

22. Virgo salve, per quam valvæ * Cœli patent miseris: * Quam non flexit, nec allexit * Fraus serpentis veteris.

23. Generosa et formosa * David regis filia, * Quam elegit Rex, qui regit * Et creavit omnia.

24. Gemma decens, Rosa recens; * Castitatis lilium: * Castum chorum ad polorum * Quæ perducis gaudium.

25. Actionis et sermonis * Facultatem tribue, * Ut tuorum meritorum * Laudes promam strenue.

26. Opto nimis, ut imprimis * Des mihi memoriam, * Ut decenter et frequenter * Tuam cantem gloriam.

27. Quamvis muta et polluta * Mea sciam labia: * Præsumendum nec silendum * Est de tua gratia.

28. Virgo gaude, omni laude * Digna et præconio: * Quæ damnatis libertatis * Facta es occasio.

29. Semper munda et fœcunda, * Virgo tu puerera, * Mater alma, velut palma * Florens et frutifera.

30. Tuo flore et decore * Recreari cupimus; * Cujus fructu nos a luctu * Liberari credimus.

31. Pulchra tota, sine nota * Cujuscumque maculæ, * Fac nos mundos et jucundos, * Te laudare sedule.

32. O beata, per quam data * Nova mundo gaudia: * Et aperta, fide certa, * Regna sunt cœlestia.

33. Per te mundus lætabundus, * Novo fulget lumine, * Antiquarum tenebrarum * Exutus caligine.

34. Nunc potentes sunt egentes, * Sicut olim dixeras: * Et egeni fiunt pleni, * Ut tu prophetaveras:

35. Per te morum nunc pravorum * Relinquuntur devia: * Doctrinarum perversarum * Pulsa sunt ludibria.

36. Mundi luxus atque fluxus * Docuisti spernere: Deum quæri, carnem teri, * Vitiis resistere.

37. Mentis cursum tendi sursum, * Pietatis studio: * Corpus angi, motus frangi, * Pro cœlesti præmio.

38. Tu portasti, inter casti * Ventris claustra, Dominum * Redemptorem, qui honorem * Nobis reddit pristinum.

39. Mater facta, sed intacta, * Genuisti Filium, * Regem regum, atque rerum * Creatorem omnium.

40. Benedicta, per quam victa * Hostis est versutia: * Destitutis spe salutis * Datur indulgentia.

41. Benedictus Rex invictus, * Cujus Mater crederis: * Increatus ex te natus, * Nostri salus generis.

42. Reparatrix, consolatrix * Desperantis animæ! * A pressura, quæ ventura * Malis est, me redime.

43. Pro me pete, ut quiete * Sempiterna perfruar; * Ne tormentis comburentis * Stagni miser obruar.

44. Quod requiro, quod suspiro, * Mea sana vulnera, * Et da menti te poscenti, * Gratiarum munera.

45. Ut sim castus, et modestus, * Dulcis, blandus, sobrius, * Pius, rectus, circumspectus, * Simultatis nescius:

46. Eruditus et munitus * Divinis eloquiis, * Timoratus et ornatus * Sacris exercitiis.

47. Constans, gravis, atque suavis, * Benignus, amabilis: * Simplex, purus et maturus, * Patiens et humilis:

48. Corde prudens, ore studens * Veritatem dicere: * Malum nolens, Deum colens * Pio semper opere.

49. Esto tutrix et adjutrix * Christiani populi: * Pacem præsta, ne molesta * Nos perturbent sæculi.

50. Salutaris stella maris, * Summis digna laudibus, * Quæ præcellis cunctis stellis, * Atque luminaribus.

51. Tua dulci prece fulci * Supplices et refove: * Quidquid gravat vel depravat * Mentes nostras, remove.

52. Virgo gaude, quod de fraude * Dæmonum nos liberas: * Dum in vera et sincera * Carne Deum generas.

53. Illibata et dotata * Cœlesti progenie, * Gravidata, nec privata * Flore pudicitiæ.

54. Nam quod eras, perseveras, * Dum intacta generas: * Illum tractans, atque lactans, * Per quem facta fueras.

55. Commendare me dignare * Christo, tuo Filio: * Ut non cadam, sed evadam * De mundi naufragio.

56. Fac me mitem, pelle litem, * Compesce lasciviam: * Contra crimen da munimen, * Et mentis constantiam.

57. Non me liget, nec fatiget * Sæculi cupiditas: * Quæ indurat et obscurat * Mentes sibi subditas.

58. Nunquam ira, nunquam dira * Me vincat elatio:
Quæ multorum fit malorum * Frequenter occasio.

59. Ora Deum, ut cor meum * Sua servet gratia:
Nec antiquus inimicus * Seminet zizania.

60. Da levamen, et juvamen * Tuum illis jugiter,
Tua festa, tua gesta * Qui colunt alacriter. Amen.

11. Salve, pater Salvatoris.

1. Salve pater Salvatoris, * Salve custos Redem-
toris. * Joseph ter amabilis * Salve sponse Matris
)ei, * Salve hospes Jesu mei * Joseph ter mirabilis.

2. O jucundum et beatum, * O felicem vitæ sta-
um, * Dum nutristi Dominum; * Dum fideliter servi-
ti, * Et utrumque custodisti, * Matrem atque Filium.

3. Jesum oculis vidisti, * Et in brachiis tulisti, *
) suavis felicitas! * Genis genas admovisti, * Oscula
lans accepisti * O felix suavitas!

4. Modo Deum appellasti * Modo Regem nomi-
asti, * Inter mille gaudia: * Modo Patrem adoran-
lum, * Modo Natum adamandum, * Inter mille basia.

5. Cum Maria conversari, * Atque Jesum ample-
ari, * O quantæ deliciæ! * Illum brachiis tenere, *
tque totum possidere, * O quantæ divitiæ!

6. Cor amore diffluebat, * Flamma flammam nu-
riebat * Felici incendio: * Quando Parvulum tulisti,
Vel in Matris aspexisti * Blandientem gremio.

7. Quæ dulcedo tam immensa * Et quæ flamma
am intensa * Cor magis accenderet? * Quæ plus
onsolationis, * Aut plus delectationis * Pectori sub-
nitteret?

8. Solus ille probe novit * Hoc, qui suo sinu fovit
Amoris incendium: * Solus ille degustavit, * Qui
ic Matrem adamavit, * Et cum Matre Filium.

9. Ambo Tibi servierunt, * Ambo subditi fuerunt
Toto vitæ spatio: * Ambos semper honorasti, *
mbos intime amasti * Summo cum solatio.

10. Mater cibos præparabat, * Natus tecum laborabat, * O divinum socium! * Post laborem consedistis, * Atque dulcem habuistis * Mensam et colloquium.

11. Dulces noctes, dulcis quies, * Dulcis labor, dulcis dies, * Dulcis conversatio! * Cum utroque habitare, * Cum utroque manducare, * Quanta consolatio!

12. Vitam demum dum clausisti * Ambos tecum habuisti * Circumdantes lectulum: * Hinc et hinc utrumque stantem, * Cernens et te consolantem * Tradidisti spiritum.

13. O quam sancta, quam devota * Fuit tua vita tota, * O quam lætus exitus! * Inter Jesu et Mariæ * Manus emori tam pie, * O quam felix obitus!

14. Quis est homo, qui servire * Tibi nollet et ambire * Tuam semper gratiam? * Quis non vellet te amare, * Aditum per te sperare * Ad cœlestem patriam?

15. O Josephe! plus amande, * Et præ cunctis honorande, * O flos pudicitiæ! * Tibi tanta sors est data, * Quanta nulli est collata * Ab auctore gratiæ.

16. O felicem et beatum, * Cui protegi est datum * Tuo sub præsidio! * Et qui meruit habere * Te patronum, et gaudere * Tuo patrocinio.

17. O Josephe! mi patrone, * Inter tuos me repone, * Me clientem suscipe: * Volo semper Te amare * Semper volo Te laudare, * Tu me semper protege.

18. Tu indignum me dignare * Tuæ sponsæ commendare, * Atque tuo Filio: * Vobis cupio placere, * Vos propitios habere * Omnes tres desidero.

19. Istud Trinum cui favet, * Lætus ille nunquam pavet * Ullo in periculo: * Qui sub hujus Trini scuto * Latet, vivit ille tuto, * Moritur cum gaudio.

20. O mi Jesu! Tuæ Matris * Preces, et Josephi Patris * Semper clemens respice: * Et illorum per amorem * Rogo te et per honorem, * Tu me nunquam desere.

21. O Maria! Mater Dei, * O patroni sponsa mei * Mihi sis propitia! * Per illius sanctum florem, * Rogo te, et per amorem, * Mihi fer auxilia.

22. O mi Joseph honorande, * Et ab omnibus amande, * Tu scis, quia amo te: * Da, ut magis te amare, * Et plus possim honorare * Toto semper pectore.

23. O mi Jesu! o Maria! * O Josephe! mente pia * Semper Vobis serviam! * Vos juvate, ut servire * Digne possim, et venire * Ad cœlestem patriam.

24. O si possim vos videre, * Et in ævum congaudere * In cœlesti curia! * O si summe Vos amare * Possim semper, et laudare * In æterna gloria! Amen.

12. Iste Confessor.

1. Iste Confessor Domini, colentes * Quem pie laudant populi per orbem, * Hac die lætus meruit beatas scandere sedes.

Si non est dies obitus, dicatur: * Hac die lætus meruit supremos * Laudis honores.

2. Qui pius, prudens, humilis, pudicus, * Sobriam duxit sine labe vitam, * Donec humanos animavit auræ * Spiritus artus.

3. Cujus ob præstans meritum frequenter, * Aegra quæ passim jacuere membra, * Viribus morbi domitis, saluti * Restituuntur.

4. Noster hinc illi chorus obsequentem * Concinit laudem, celebresque palmas, * Ut piis ejus precibus juvemur * Omne per ævum.

5. Sit salus illi, decus, atque virtus, * Qui super cœli solio coruscans, * Totius mundi seriem gubernat * Trinus, et unus. Amen.

13. O gens beata cœlitum.

1. O gens beata cœlitum * Sanctorum phalanx principum. * O *quanta Dei gratia* * Inundat vos per

omnia. * Supremus vobis Dominus * Summum bonum dat cominus, * Quo frui licet omnibus.

2. O quanta super sidera * Vibratis omnes lumina, * Splendore solem vincitis * Et quidquid micat sideris, * Et si qua stella clarius * Fulgeret, quam sol aureus. * Lux vestra major omnibus.

3. Corpus crystallo purius, * Ut sol refulget animus, * Venæ corallo similes * Nec auri filo dispares; * In venis sanguis gratius * Flagrabit, rosis suavius, * Et balsamo jucundius.

4. In paradiso vivitis, * Florum corollas plectitis, * Rosas miscetis liliis * Ligustra cum narcissulis; * Flos unus hic cultissimus * Plus mille voluptatibus * Puris redundat mentibus.

5. Hic mensa semper epulis * Instructa manet cœlicis, * Cum Deo vos accumbitis * Ejus fruentes ferculis. * Hic nulla desunt dulcia * Haud nectar, haud ambrosia * Illis abundant omnia.

6. O quanta hic sunt gaudia, * Quam dulcis sonat musica, * Quæ vocum hic concordia, * Quæ fidium harmonia! * O quam miscetur dulciter, * Quam tinniunt suaviter, * Nil est auditum taliter.

7. Deum videtis Principem * De facie ad faciem, * Ex quo vobis cœlestia * Nascuntur tanta gaudia * Quanta nec vidit oculus * Nec ullus cepit auribus; * Hic mundus sordet omnibus.

14. Salveto centies.

1. Salveto centies, salveto millies * Flos paradisi, * Confirma debiles nos tibi supplices * O Aloysi.

2. Salveto lilium candens convallium * O Aloysi. * Tu cœli gaudium, terræ delicium * Flos paradisi.

3. Tu princeps virginum et honor juvenum * Flos paradisi * Candorem virgini, pudorem juveni * Da Aloysi.

4. Inter sodalium cœtus es omnium * Flos paradisi * Quod inter vallium spinas est lilium * O Aloysi.

5. Inter terrigenas mentis integritas * Flos paradisi * Te facit Angelum virtute cœlitum * O Aloysi.

6. Fac Aloysios culparum nescios * Flos paradisi * Sim Aloysius culparum nescius * O Aloysi.

7. Fac ut sim Angelus tibi simillimus * O Aloysi. * Castum purissimum fac me parthenium * Flos paradisi.

8. Deinde subditos nos tibi servulos * Flos paradisi * Castos et integros fac et angelicos * O Aloysi!



20. Orationes memoriter addiscendæ.

1. Pro lotione manuum et assumptione paramentorum.

Cum lavat manus, dicat: [1]) Da, Domine, virtutem manibus meis, ad abstergendam omnem maculam, ut sine pollutione mentis et corporis valeam tibi servire.

Ad amictum, dum ponitur super caput, dicat: Impone, Domine, capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.

Ad albam, cum ea induitur. Dealba me, Domine, et munda cor meum, ut in sanguine agni dealbatus, gaudiis perfruar sempiternis.

Ad cingulum, dum se cingit. Præcinge me, Domine, cingulo puritatis, et exstingue in lumbis meis humorem libidinis, ut maneat in me virtus continentiæ et castitatis.

Ad manipulum, dum imponitur brachio sinistro. Merear, Domine, portare manipulum fletus et doloris, ut cum exsultatione recipiam mercedem laboris.

[1]) Rubricæ non præscribunt, sed convenit, ut etiam subdiaconus et diaconus ministraturi manus lavent, et induendo paramenta recitent preces, in quantum ad eos pertinent.

Cum subdiaconus induit tunicellam, dicere poterit: Tunica jucunditatis et indumento lætitiæ induat me Dominus.

Cum diaconus induit dalmaticam, dicere poterit: Indue me, Domine, indumento salutis et vestimento lætitiæ, et dalmatica justitiæ circumda me semper.

Ad stolam, dum imponitur collo. Redde mihi, Domine, stolam immortalitatis, quam perdidi in prævaricatione primi parentis, et quamvis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

Ad casulam, cum assumitur. Domine, qui dixisti, jugum meum suave est, et onus meum leve; fac, ut istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.

2. Pro celebratione S. Missæ tum privatæ, tum solemnis.

Missam inchoans. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

S. Introibo ad altare Dei etc. *pag. 341.—343.*

Ascendens et altare: Aufer a nobis etc. *pag. 343.*

Osculans altare: Oramus te, Domine etc. *pag. 343.*

Benedicens incensum ante Introitum et Evangelium: Ab illo benedicaris etc. *pag. 343.*

Ante Evangelium in medio altaris inclinatus: Munda cor etc. *pag. 345. et 346.*

Dicto Evangelio: Per evangelica etc. *pag. 346.*

Ad Offertorium: Suscipe, sancte Pater, etc. *pag. 347. et 348.* †.

Ad lotionem manuum: Lavabo inter etc. *pag. 348.*

Post lotionem manuum: Orate, fratres etc. *pag. 349.*

Initium Canonis: Te igitur etc. *pag. 350.*

Post Elevationem: Supplices te rogamus etc. *pag. 352.*

Orationes ante Communionem: Domine, Jesu Christe etc. *pag. 354.*

Post sumptionem SS. Hostiæ: Quid retribuam etc. *pag. 355.*

Post sumptionem SS. Sanguinis: Quod ore sumpsimus etc. *pag. 355.*

Abluens digitos supra calicem: Corpus tuum, Domine etc. *pag. 355.*

Ab altari rediens in sacristiam:

Antiph. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum. (Alleluja.)

(Quæ Antiphona festis duplicibus tantum duplicatur.)

Canticum trium puerorum. Benedicite omnia opera Domini Domino: * laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: * benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Domino: * benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol et luna Domino: * benedicite stellæ coeli Domino.

Benedicite omnis imber et ros Domino: * benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis et æstus Domino: * benedicite frigus et æstus Domino.

Benedicite rores et pruina Domino: * benedicite gelu et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino: * benedicite noctes et dies Domino.

Benedicite lux et tenebræ Domino: * benedicite fulgura et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: * laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes et colles Domino: * benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: * benedicite maria et flumina Domino.

Benedicite cete et omnia, quæ moventur in aquis, Domino: * benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ et pecora Domino: * benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: * laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino: * benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus et animæ justorum Domino: * benedicite Sancti et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misaël Domino: * laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu: * laudemus et superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es, Domine, in firmamento cœli: * et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in sæcula.

Psalmus 150. Laudate Dominum in Sanctis ejus; laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus; laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

Antiph. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum. (Alleluja.)

3. Pro administratione S. Sacramenti Pœnitentiæ.

Oratio audituri confessiones. Da mihi, Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam, ut sciam judicare populum tuum in justitia et pauperes tuos in judicio. Fac me ita tractare claves regni cœlorum, ut nulli aperiam, cui claudendum sit; nulli claudam, cui aperiendum sit. Sit intentio mea pura, zelus meus sincerus, caritas mea patiens, labor meus fructuosus. Sit in me lenitas non remissa, asperitas non severa; pauperem ne despiciam, diviti ne aduler. Fac me ad alliciendos peccatores suavem, ad interrogandos prudentem, ad instruendos peritum. Tribue, quæso, ad retrahendos a malo sollertiam, ad confirmandos in bono sedulitatem, ad promovendos ad meliora industriam, in responsis maturitatem, in consiliis rectitudinem, in obscuris lumen, in implexis sagacitatem, in arduis victoriam; inutilibus colloquiis ne detinear, pravis ne contaminer; alios salvem, me ipsum non perdam. Amen. (Indulg. 100 dier. Pius IX. 27. Mart. 1854.)

Benedicens pœnitentem. Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis, ut digne et competenter confitearis peccata tua, in nomine Patris et Filii † et Spiritus sancti. Amen.

Formula absolutionis. Confessarius, cum pœnitentem absolvere voluerit, injuncta ei prius et ab eo acceptata salutari pœnitentia, primo dicit:

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen.

Deinde dextra versus pœnitentem elevata, dicit:

Indulgentiam, absolutionem et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo ex-

communicationis, suspensionis et interdicti, in quantum possum et tu indiges. Deinde ego te absolvo a peccatis tuis in nomine Patris, † et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Si pœnitens sit laicus, omittitur verbum suspensionis.

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita beatæ Mariæ Virginis, et omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, et mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, et præmium vitæ æternæ. Amen.

4. Pro administratione SS. Communionis.

Dicto per ministrum Confiteor, ad populum conversus: Misereatur vestri etc. Indulgentiam etc. *pag. 342.*

SS. Sacramentum elevatum tenens, ad populum conversus: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

SS. Sacramentum porrigens: Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.

Post distributionem SS. Communionis. O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, et futuræ gloriæ nobis pignus datur.

℣. Panem de cœlo præstitisti eis,
℟. Omne delectamentum in se habentem. (*Tempore paschali additur,* Alleluja.)
℣. Domine, exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue, quæsumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

Tempore paschali dicitur:

Oremus. Spiritum nobis, Domine, tuæ caritatis infunde; ut quos Sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Extenta manu dextera benedicens iis, qui communicarunt: Benedictio Dei omnipotentis Patris et Filii † et Spiritus sancti descendat super vos et maneat semper. ℟. Amen.

Porrigens SS. Viaticum: Accipe frater (*vel* soror) Viaticum Corporis Domini nostri Jesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, et perducat in vitam æternam. Amen.

Professio fidei Tridentina.

Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quæ continentur in Symbolo, quo sancta Romana ecclesia utitur; videlicet:

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus

etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas et ecclesiasticas traditiones reliquasque ejusdem ecclesiæ observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector.

Item sacram Scripturam juxta sensum eum, quem tenuit et tenet sancta mater ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam nisi juxta unanimem consensum Patrem accipiam et interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacramenta novæ legis, a Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria: scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium, illaque gratiam conferre, et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque et approbatos ecclesiæ catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio et admitto.

Omnia et singula, quæ de peccato originali et de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, 'oprium et propitiatorium sacrificium pro vivis et ›functis, atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacraento esse vere, realiter et substantialiter Corpus et mguinem, una cum anima et divinitate Domini nori Jesu Christi, fierique conversionem totius subantiæ panis in Corpus et totius substantiæ vini in mguinem, quam conversionem ecclesia catholica anssubstantiationem appellat. Fateor etiam sub tera tantum specie totum atque integrum Christum ›rumque Sacramentum sumi.

Constanter teneo, purgatorium esse, animasque i detentas fidelium suffragiis juvari. Similiter et anctos, una cum Christo regnantes, venerandos atle invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis ferre, atque eorum reliquias esse venerandas.

Firmissime assero imagines Christi ac Deiparæ ›mper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habenas et retinendas esse, atque eis debitum honorem et enerationem impertiendum.

Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in cclesia relictam fuisse, illarumque usum christiano opulo maxime salutarem esse affirmo.

Sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam omanam omnium ecclesiarum matrem et magistram gnosco, Romanoque Pontifici, beati Petri, Aposto›rum principis, successori ac Jesu Christi Vicario, eram obedientiam spondeo ac juro.

Cetera item omnia a sacris canonibus et œcumeicis Conciliis, ac præcipue a sacrosancta Tridentina ynodo tradita, definita et declarata indubitanter ecipio ac profiteor; simulque contraria omnia, atque æreses quascumque ab ecclesia damnatas et rejetas, et anathematizatas, ego pariter damno, rejicio t anathematizo.

Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor et veraciter teneo, eandem integram, et inviolatam usque ad extremum vitæ spiritum, constantissime (Deo adjuvante) retinere, et confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri et prædicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem N. spondeo, voveo ac juro; sic me Deus adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia.



Manuale Clericorum

in quo habentur

ıstructiones asceticæ liturgicæque

ac

variarum precum formulæ

ad usum eorum

qui in Seminariis clericorum

ad presbyteratus ordinem instituuntur.

Collegit, disposuit et edidit

P. Josephus Schneider S. J.



Superioribus approbantibus.

Pars II. Liturgica.

Ratisbonæ & Neo-Eboraci, 1868.
Sumptibus, Chartis et Typis Friderici Pustet,
S. Sedis Apostolicæ Typographi.
Prostat apud
ırietti, Romæ. - *H. Casterman*, Tornaci. - *W. Bergmans*, Tilburgi.
'. *Lethielleux*, Parisiis. - *Olamendi*, Matritii. - *A. Garin*, Genevæ.



Pars II. Liturgica.[1])

I. De disciplina in choro servanda.

1. Singuli pro functionibus singulis deputati, cæremoniarii vel subcæremoniarii dispositioni libenter acquiescentes, munia sua mature perlustrent, et de dubiis interrogaturi illum adeant, dein in functionibus ipsis ejusdem verbo, aut nutui, aut signo statim obediant, proprio judicio minime inhærentes.

2. Omnes ad altare et in functione aliqua ministrantes sint bene tonsurati, et habitu talari cum collari et superpelliceo mundo induti. Chirotecarum usus prohibetur; a libellis precariis abstineant, ne intentio in officium negligatur.

3. Conveniunt in sacristia, ubi indumentis ac instrumentis suis, et aliis hujusmodi sumptis, instru-

---

1) Præter Missale, Rituale, Pontificale, Breviarium Romanum et Cæremoniale Episcoporum in hac secunda parte usui mihi fuerunt: *Gardellini* decreta authentica S. R. C. (ed. Mühlbauer); *Bauldry* Manuale sacrarum cæremoniarum, (ed. Venet. 1779.); *Piscara Castaldus*, Praxis cæremoniarum, (ed. Venet. 1681.); *Gavantus* Thesaurus sacrorum rituum, cum observationibus et notis Merati (ed. Aug. 1763.); *Lohner* instr. pract. de SS. Missæ sacrificio (ed. Aug. 1772.); *Romsée* Opera liturgica (ed. Mechl. 1854.); *de Herdt* Sacræ Liturgiæ praxis, ed. IV.; *Falise* Sacrorum rituum elucidatio, Schaphhusiæ 1865.; *Bouvry* Expositio rubricarum, Weissenburgi 1860.; *Hazé* Cæremoniale Romanum, Leodii 1862.; *Stettner* Instructio practica, Ratisbonæ 1846.; *Mühlbauer* instructio practica, Ratisbonæ 1858.; *Stadler*, Ordo divini officii, Monachii 1858.; Manuale Ordinandorum, Ratisbonæ 1862. *Baldeschi* Ausführliche Darstellung des Römischen Ritus, ed. de Montbach, Ratisbonæ 1856.

ctionem insuper forte necessariam a cæremoniario vel subcæremoniario petunt et accipiunt.

4. Celebranti aut officiatori paramentis induto, si ad eum accedendum, vel ab eo recedendum, aut ante eum transeundum est, sicuti ipsos transeunti, ministri capite inclinato reverentiam exhibent.

5. Si eidem ad manum quid tradendum est, vel ab eo recipiendum, tradens osculetur prius rem, tum manum illius; recipiens vero prius manum, tum rem; quæ oscula tamen coram Ss. Sacramento exposito, et in officiis pro defunctis omittuntur.

6. Ante egressum e sacristia omnes cruci, tum officiatori caput inclinant, et detecto capite, demissis oculis, et incessu gravi egrediuntur; et ad loca sua coram altari progressi officiatori sequenti cum suis locum dant sufficientem, reverentiamque transeunti repetunt.

7. Accedentes cum aliis ad altare majus, et ab eodem recedentes, SS. Sacramento in eodem incluso, vel cruci in eodem positæ unico genu sine capitis inclinatione genuflectunt. — Ante altare majus, etiamsi in eo non sit tabernaculum Ss. Sacramenti, omnes genuflectant. *(Cærem. Episc. lib. I. cap. 18. n. 3.)*

8. Stant, procedunt et genuflectunt semper erecti, graviter et modeste; stando, genuflectendoque regulariter, in quantum possunt, faciebus ad altare, celebrante vero cum suis in sede versante, ad eundem versis.

9. Si Episcopus surgit, omnes consurgere debent.

10. Quoad ordinem reverentiarum in transeundo faciendarum notandum est, non referre, cui prius vel postea exhibeantur, sed tantum commoditatem gradientis esse respiciendam; si quis discedit a celebrante, iturus ad Episcopum, et transiturus ante altare majus, primo faciet reverentiam celebranti, tum

altari et ultimo Episcopo; et pari ratione si discedit ab Episcopo, iturus ad celebrantem.

11. Abstineant semper et ubique a jocis et ridiculæ dictis; ne quis præsumat sedere in stallo cum veste super genua elevata aut non totaliter clausa; nullus sedendo superimponat genu alteri genu.

12. Manus quisque bene compositas, complicatas videlicet, vel junctas, vel super genua, si sedent, extensas habeat, si librum non teneant.

13. Ne quis gestum aliquem ab aliis differentem exhibeat, ut cum alii stant, aliquis sedeat, vel genuflectat, vel econtra, sed detur opera, ut omnes uniformi ritu attente, devote et reverenter divinis officiis assistere videantur.

14. Unusquisque suo muneri diligenter incumbat, cavens, ne in aliquo erret, nec cunctetur, nec tempus præveniat; si quis erret, ipsius error vel modesto silentio tegatur, vel prudenter, quantum fieri poterit, corrigatur.

15. Bene sciant, quando et quomodo standum, sedendum, genuflectendum, caput inclinandum, cooperiendum et discooperiendum, signum crucis faciendum et pax danda sit.

a) Standum est in choro, facie ad altare conversa.

I. In Missa: 1° Cum sacerdos cantavit *Asperges me.* 2° Post aspersionem sub Versibus et Oratione. 3° Quando celebrans ascendit ad altare, usque dum legerit Introitum et Kyrie. Cantores vero in stallis stant facie conversa ad invicem. 4° Ab ultimo Kyrie usque post intonationem *Gloria in excelsis.* 5° Tempore Orationum. In Missis tamen defunctorum, in Vigiliis, quatuor temporibus, feriis Adventus et Quadragesimæ, tempore Orationum genuflectitur. Ab hac regula excipiuntur Vigiliæ Paschatis, Pentecostes et Nativitatis *Domini.* 6° *Sub utroque* Evangelio. 7° Cantatis

a celebrante verbis *Credo in unum Deum* usque ad *Oremus.* 8° Sub Præfatione et *Pater noster.* 9° Sub Postcommunione. 10° Sub incensatione chori.

II. In Officio: 1° Ante omnes Horas, scilicet a principio Orationis Dominicæ inclusive, quando Horæ alicui præmittitur, et in Completorio ab iis verbis *Jube Domne benedicere,* usque ad *Confiteor,* et a verbis *Indulgentiam... Amen,* donec inchoatus sit versus primi Psalmi. 2° Ad Capitula, Lectiones breves, Responsoria brevia, Versus et Orationes. 3° Ad Versiculos, Orationem Dominicam, Absolutiones et Benedictiones, quæ Lectiones præcedunt. 4° Ad intonationem *Domine, labia mea aperies. Converte nos,.... Deus, in adjutorium.*

b) Standum est in choro facie conversa ad invicem.

I. In Missa: 1° Sub aspersione. 2° Si non fiat sessio, tempore, quo cantantur Introitus, Kyrie, Gloria, Graduale, Tractus, Credo, Offertorium, Sanctus, Agnus Dei, Communio.

II. In Officio: 1° Ad Invitatorium, ad Hymnos, inter quos *Te Deum* (exceptis versibus in quibus genuflectitur, prout infra dicetur). 2° Ad textum Evangelii ante Homiliam, et dum Episcopus celebrans cantat suam lectionem. 3° In Prima, ad Symbolum *Quicumque.* 4° Standum intonantibus antiphonas, omnibus de eodem choro aut inferiori. Item ad incensationem chori, et per Antiphonas majores præcedentes festum Nativitatis D. N. J. C. 5° Ad Cantica *Benedictus, Magnificat, Nunc dimittis.* 6° Ad Antiphonas B. M. V. in fine horarum, tempore Paschali, et diebus Dominicis, a primis Vesperis ad Completorium inclusive, et præterea ad *Pater, Ave* et *Credo,* toto illo tempore, et dictis Dominicis. 7° Stare debet, qui Antiphonas inchoat, Lectiones legit aut Responsoria. 8° Standum universo clero ad omnes horas, quando dicuntur co-

cum SS. Sacramento patenter exposito, nisi forte rationabili de causa, puta prolixitate officiorum, sedere permittatur.

c) Sedendum est in choro.

I. In Missa: 1° Quando celebrans sedet, lecto Introitu, Kyrie, Gloria et Credo. 2° Dum cantantur Epistola et Prophetiæ, Graduale, Tractus, vel *Alleluja* cum Versu ac Sequentia. 3° Ab Offertorio usque ad incensationem chori, et si non incensatur, usque ad Præfationem. 4° Ad Antiphonam, quæ dicitur Communio.

II. In Officio: 1 Ad Antiphonas, post intonationem, ad Psalmos, Lectiones et Responsoria Matutini, exceptis Lectionibus in quibus et standum. 2° Ad Martyrologium, excepta Vigilia Nativ. Domini. 3° Ad Antiphonas ante *Benedictus* et *Magnificat*, et ad earum repetitionem post *Benedictus* et *Magnificat*.

d) Genuflexiones in choro faciendæ sunt:

1° Genuflexio duplex est, unius nempe et utriusque genu. Semper autem intelligitur flexio unius genu, quando sine mora est genuflectendum, nisi SS. Sacramentum sit expositum. 2° Ad formandam genuflexionem, corpore et capite erectis, et absque ulla contorsione seu inflexione, genu dextrum demittitur usque ad terram et quidem juxta talum pedis sinistri. Si agatur de flexione duorum genuum, primo demittitur genu dextrum, et deinde sinistrum.

e) Utroque genu flectendum est conversa facie versus altare.

I. In Missa: 1° In ingressu chori ad adorationem SS. Sacramenti, et quoties transitur ante altare, in quo est patenter expositum. 2° Ab initio Missæ usque ad ascensum ad altare, exceptis Prælatis, canonicis et cantoribus. 3° In Missis Feriarum Adventus, Qua-

dragesimæ, Quatuorum Temporum et Vigiliarum, quibus jejunatur, ac in Missis de Requiem (a *Sanctus* usque ad sumptionem SS. Sanguinis) genuflectunt omnes etiam ad Orationes, et dicto per celebrantem *Sanctus* usque ad *Pax Domini*, et ad Orationes post Communionem, et *super populum*, excepta Vigilia Paschæ et Pentecostes, ac Nativitatis Domini, et Quatuor Temporibus Pentecostes. 4° Ad Versum *Et incarnatus est* omnes *stantes* genuflectere tenentur. — In festo Nativitatis D. N. J. C. et in festo Annuntiationis B. M. V. omnes, etiamsi sedeant, genuflectere debent. 5° Post *Sanctus* usque dum sacerdos osculatur altare ad *Supplices*. 6° Ad benedictionem celebrantis in fine Missæ, exceptis canonicis, qui se tantum inclinant.

II. In Officio: 1° In ingressu chori ut supra. 2° Ad orationem *Aperi*, ante recitationem officii. 3° In Invitatorio ad verba: *Adoremus* et *procidamus*; in Hymno *Te Deum* ad verba; *Te ergo quæsumus*... 4° Ad primos versiculos hymnorum *Veni creator*, *Ave Maris stella*; item ad versus *O crux ave, spes unica*: *Tantum ergo*... *Genitori*, *O salutaris hostia*, cum SS. Sacramentum est in altari expositum. 5° Ad preces feriales in feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, in Vigiliis quibus jejunatur, a primo Kyrie eleison usque ad versum *Benedicamus Domino* post ultimam Orationem. Excipitur Martyrologium, ad quod semper est sedendum. Quando preces dicuntur flexis genibus, eodem modo dicuntur suffragia. Ad preces in officio defunctorum. 6° Ad lectionem Martyrologii in Vigilia Nativitatis D. N. J. C. ad hæc verba: *In Bethlehem Judæ*, etc. 7° In triduo majoris hebdomadæ a *Christus factus est*... usque ad finem. 8° Ad Litanias, quæ in choro recitantur vel cantantur. 9° Ad Antiphonas B. M. V. in fine horarum, præterquam diebus, in quibus est standum. 10° Ad Orationem Do-

minicam, Salutationem Angelicam et Symbolum Apostolorum in fine Completorii, execpto tempore paschali et Dominicis a primis Vesperis, in quibus est standum. 11° Ad orationem *Sacrosanctæ* post officium chori.

f) Unico genu flectendum est facie conversa ad altare.

1° Genuflectendum est ab omnibus de choro, qui ad medium chori accedunt, aut ab eo recedunt, transeundo ante tabernaculum SS. Sacramenti. 2° Clerici, genuflectunt, quoties transeunt ante crucem altaris, etiam dum accedunt ad legile, ut ibi legant Lectiones et dum ab eo recedunt, quando scilicet est in medio chori. 3° In ultimo triduo *hebdomadæ majoris* omnes genuflectunt ante crucem in majori altari.

g) Caput cooperitur et discooperitur.

1° Hebdomadarius aut celebrans, quotiescumque procedit ad altare, ad chorum, vel recedit, semper una cum ministris caput operit. 2° In omnibus Processionibus extra ecclesiam, in quibus non defertur SS. Sacramentum, aut reliquia sanctæ crucis. Celebrans etiam caput cooperit in processionibus intra ecclesiam, ut suo loco dicitur. 3° Caput cooperitur sub Psalmis, Lectionibus, Responsoriis, Prophetiis et lectione Martyrologii, dum sub illis fit sessio: excipe, si SS. Sacramentum sit expositum. 4° Caput detegitur ad versum *Gloria Patri* post Psalmos et in Responsoriis. Item quotiescumque inclinatio est facienda ad nomen *Jesu*, *Mariæ*, *Papæ*, aut *Sancti*, cujus fit officium vel specialis commemoratio in officio. 5° Detegendum regulariter caput ab omnibus de choro, quoties ipsis standum, aut genuflectendum, aut inclinandum.

NB. *Cum caput est cooperiendum aut discooperiendum, fit modo sequenti: primo sedent, deinde ponunt*

biretum; et cum surgendum est, primo deponunt biretum, postea surgunt.

h) Inclinationes faciendæ sunt.

Illud pro regula observandum est, ut, cum Cæremoniale Episcoporum dicit: *Profundius inclinatur*, toto corpore inflexo inclinare debeamus; *Profunde inclinatur*, caput et humeri inclinentur; *Caput inclinatur*, tantum caput inclinandum. Insuper inclinationes prædictæ semper fieri debent detecto capite, simul et modo æquali.

i) In officio caput profunde inclinandum:

1° In fine Hymnorum, quando nominatur sancta Trinitas. (Non ad totam stropham). 2° Ad confessionem, quæ fit in Missa, ad Primam et Completorium usque ad *Misereatur*, inclusive. 3° Quoties profertur nomen *Jesu;* non autem ad nomen Christi. 4° Quoties aliquis transit ante Episcopum, qui non tenetur ad genuflexionem. 5° Lector dum petit benedictionem ante lectiones, caput profunde inclinat versus celebrantem. 6° Adveniente Prælato, quando divina officia recitantur, omnes canonici surgentes profundam eidem faciunt inclinationem. 7° Si Episcopus adsit præsens officio, celebrans ante initium illius, et antequam proferat verba *Indulgentiam, absolutionem*, etc. ad Primam et Completorium. Item ante verba *Benedicat nos*, etc. et ante ea verba *Dominus nos benedicat*, debet profunde se inclinare versus Episcopum præsentem. 8° Ad *Gloria Patri* . . . usque ad *Spiritui sancto* inclusive. 9° Ad *Oremus.*

k) Caput inclinandum:

1° Ad nomen *Mariæ*, Sanctorum, de quibus fit officium aut commemoratio, et Papæ regnantis; profundius tamen ad nomen *Mariæ.* 2° Celebrans, hebdomadarius et ceteri de clero, qui a cæremoniario,

cantore, thuriferario in officio salutantur, ipsos etiam resalutant.

l) Crucis signum faciendum est.

1° Illud pro regula observandum est, ut semper, cum se signat celebrans aut hebdomadarius, similiter se signent alii de choro præcipue in officio divino, nisi sint aliunde impediti. 2° Parvum formatur cum pollice supra os ad primum verbum orationis præparatoriæ ad officium, scilicet *Aperi*, et in initio Matutini ad hæc *Domine, labia mea aperies.* 3° Fit aliud majus cum manu aperta tangendo frontem, pectus et humeros ad initia omnium Horarum et Laudum sub his verbis: *Deus, in adjutorium meum intende.* Ad versum *Adjutorium nostrum in nomine Domini*, ante confessionem ad Primam et Completorium; pariter et post eamdem ad hæc verba, *Indulgentiam, absolutionem* etc. Sub fine Primæ post Lectionem brevem ad hæc verba, *Dominus nos benedicat*, non vero ad *Adjutorium nostrum.* Item sub fine Completorii, dum dicitur, *Pater et Filius et Spiritus sanctus*, post *benedicat et custodiat nos omnipotens et misericors Dominus.* 4° Item in officio, dum celebrans discedit e choro ad thurificandum altare sub *Benedictus* et *Magnificat;* item ad *Nunc dimittis.* 5° Ad verba *Converte nos, Deus* multi crucem formant in pectore.

m) Pax danda est hoc modo:

1. Quicumque dat pacem, non inclinat caput recipienti ante datam pacem, sed tantum postea.
2. Qui dat pacem, super humerum recipientis ponit utramque manum; recipiens autem pacem alterum complectitur utraque manu infra brachia, seu sua brachia supponit brachiis pacem dantis.
3. Recipiens pacem caput danti inclinat; ambo sese invicem complectuntur ac genas sinistras sibi *invicem appropinquant.* Qui dat pacem dicit: Pax

tecum, et recipiens respondet: *Et cum spiritu tuo;* deinde a se invicem aliquantulum recedentes sibi caput paululum inclinant.

II. De modo addiscendi recitationem Breviarii.

Alumni laborem addiscendi recitationem Breviarii ne differant usque ad tempus, quo sacros Ordines sunt suscepturi, sed aliquot mensibus prius habitum et dexteritatem in recitando officio divino sibi comparare studeant.

Dum actu se ad discendum applicant, ante omnia integrum Breviarium percurrant, ut sciant, quid contineat, quibusque locis singula inveniantur; reperient autem in sex potissimum partes Breviarium dividi posse, quarum prima continet Præludia quædam, secunda Psalterium, tertia Proprium de Tempore, quarta Proprium Sanctorum, quinta Commune Sanctorum, sexta Appendicem.

In principio Breviarii statim post titulum occurrunt quaedam praeludia, quæ continent 1. varias Summorum Pontificum Bullas et S. R. C. decreta circa Breviarium ejusque editionem, et recitationem, 2. licentiam et approbationem Ordinarii, 3. computum ecclesiasticum, 4. duas tabulas paschales, 5. tabellam temporariam festorum mobilium, 6. calendarium Romanum per menses, 7. rubricas generales, (si Breviarium in 4 partes divisum est, hæ rubricæ solummodo in parte autumnali vel hiemali inveniuntur), 8. duas tabulas *occurrentiæ* et *concurrentiæ* cum Notandis, 9. Orationes *Aperi* et *Sacrosanctæ;* 10. absolutiones et benedictiones ante Lectiones dicendas.

Psalterium continet præter alia omnes 150 Psalmos (unde et nomen habet), per septem hebdomadæ

lies ita dispositos, ut ad Matutinum recitentur in tota hebdomada 91, ad Laudes 13, ad Vesperas 35, ad alias Horas 11 Psalmi, qui faciunt simul 150.

Ex hac parte sumuntur: 1. Invitatorium pro Dominica ceterisque feriis; 2. Psalmus 94. (*Venite, exultemus*) pro omni tempore; 3. Omnes singularum Horarum Hymni, Psalmi etc. pro Dominica ceterisque feriis, nisi proprii extiterint in Proprio de Tempore; 4. Psalmi ad Laudes et ad Horas minores pro omni tempore.

Proprium de Tempore continet fere totam sacram Scripturam Veteris et Novi Testamenti; ex hac parte ordinarie sumuntur Lectiones de *Scriptura occurrente*. Ita enim hoc Proprium de Tempore est dispositum secundum hebdomadas, ut pro quolibet anni die quædam Lectiones ex sacra Scriptura sint signatæ, quæ semper (præsertim in primo Nocturno) leguntur, nisi aliter notetur. Ceterum alia quoque, cuilibet tempori (e. g. Quadragesimali, Paschali etc.) propria, in hac parte, quæ ab Adventu incipit, sunt notata. Ibidem etiam omnia Festa inveniuntur, quæ occurrunt a Festo Nativitatis Domini usque ad Festum S. Hygini (11. Januar.), vel ad Festum Ss. Nominis Jesu (Dominica II. post Epiph.) exclusive.

Proprium Sanctorum continet Festa Sanctorum, et quidem quasdam Lectiones de vita eorum, quæ in secundo Nocturno leguntur; deinde Orationes atque alia cuique Sancto propria. Incipit hæc pars a Vigilia S. Andeæ Apostoli, si Breviarium uno volumine continetur, secus quodlibet volumen ab alio Sancto incipitur. [1])

---

[1]) Quoad auctoritatem eorum, quæ istis Lectionibus continentur, magna dubia movere et quædam eorum falsitatis arguere temerarium fere est; nam has *Lectiones secundi Nocturni ex Historiis Sanctorum, quas nunc habemus, recognitas fuisse a doctissimis Cardinalibus* Bellarmino

Commune Sanctorum continet omnes officii partes, quæ in Proprio Sanctorum non inveniuntur, scil. Invitatorium, Hymnos et Psalmos, qui non ex Psalterio sumendi sunt, Lectiones tertii Nocturni etc. — Series Sanctorum hoc ordine posita est: 1. Commune Apostolorum, et etiam Evangelistarum, pro quibus Lectiones annexæ sunt; item aliud Commune Apostolorum et Evangelistarum Tempore Paschali; 2. Commune Martyrum, et quidem a) unius Martyris, cui annexum est Commune Martyrum Tempore Paschali; b) plurimorum (plurium) Martyrum; 3. Commune Confessorum, et quidem a) Confessoris Pontificis, cui subjunguntur Lectiones pro Doctoribus; b) Confessoris non Pontificis, cum Communi Abbatum; 4. Commune Virginum, sive Martyrum sive non Martyrum; 5. Commune non Virginum, item sive Martyrum sive non Martyrum; 6. Commune Dedicationis Ecclesiæ, cum Lectionibus infra Octavam ejusdem.

Appendix Breviarii comprehendit varia, quæ sacerdoti vel necessaria vel utilia sunt, scil.: 1) Officium Beatæ Virginis Mariæ in Sabbato, et Officium parvum B. M. V., quæ Officia interdum dicuntur in choro, vel a sacerdotibus propriæ devotionis causa (nam extra chorum ad ea non obligantur); sumuntur autem ex iis plerumque Hymni et Psalmi Nocturno-

---

et Baronio, qui rejecerunt ea omnia, quae jure merito in dubium revocari poterant, et approbatas sub Clemente VIII., narrat Gavantus, testis oculatus, quibus et ipse et post eum Meratus addit, *quod aliqua, quae controversa erant, utpote alicujus gravis auctoris testimonio suffulta, cum aliquam haberent probabilitatem, ideo rejecta non fuerunt, sed retenta eo modo, quo erant, cum falsitatis argui non possent, quamvis fortasse opposita sententia sit a pluribus recepta* (Merati, Observ. ad Gavant. Sect. V. Cap. XII. Nro. 16. et Nr. 10.)

n etc. in festis B. M. V., et quandoque etiam aliım Virginum; sed in Breviariis recentioribus (e. g. gdunensi, Mechlinensi, Campodunensi, Ratisboısi etc.) post Commune Dedicationis Ecclesiæ hoc o habetur Commune B. Mariæ Virginis sub titulo: *Festis B. Mariæ Virginis per Annum*, et postea ficium B. M. V. in Sabbato et Officium parvum M. V. 2) officium defunctorum; 3) Psalmi Gradua- et Pœnitentiales cum Litaniis; 4) Ordo commentionis animæ, apud moribundos adhibendus; 5) benedictio mensæ; 6) itinerarium clericorum; 7) varia ta nova, vel ex Indulto Apostolico pro quibusdam gionibus recitanda. 8) plerumque etiam præparatio Missam *(Accessus)* et gratiarum actio post Missam *ecessus)*, denique 9) interdum etiam Proprium Fe- rum Diœceseos, et alia hujus generis.

Ubi hanc Breviarii notitiam acquisiverit, atıte perlegat Rubricas Breviarii; deinde incipiat ab icio faciliori, in quo nullæ vel paucæ commemoranes, quale v. g. est duplex, et in hoc essentialia ofii divini addiscere studeat.

1. Vesperæ.

1. *Pater noster.* — *Ave Maria* — (totum secreto). inde: 2. ℣. *Deus † in adjutorium meum intende.* ℟. *mine, ad adjuvandum me festina* cum *Gloria Patri*.. Antiphona 1. (de Laudibus) cum I. Psalmo,[1] o cum *Gloria Patri* clauso repetitur Antiphona Antiphona 2. (ex Laudibus): cum Psalmo 110. *nfitebor tibi*..., ut modo (3) dictum est. 5. Antiona 3. (ex Laudibns) cum Psalmo 111. *Beatus* ..., ut supra n. 3. 6. Antiphona 4. (ex Laudibus) m Psalmo 112. *Laudate pueri Dominum*.... ut pra n. 3. 7. Antiphona 5. (ex Laudibus) cum

---

[1]) In festis simplicibus Psalmi dicuntur de feria et a Capitulo fit de festo.

Psalmo 116. *Laudate Dominum omnes gentes....*, 8. Capitulum: ℟. *Deo gratias.* 9. Hymnus; ut proprio loco in Breviario. 10. ℣. ℟. 11. Antiphona ad *Magnificat.* 12. Canticum: *Magnificat anima mea Dominum...* cum *Gloria Patri*, et repetitione Antiphonæ. 13. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 14. Oratio. 15. Commemoratio: Antiphona cum ℣. ℟. et Oratione.) 16. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 17. ℣. *Benedicamus Domino.* ℟. *Deo gratias.* 18. ℣. *Fidelium animæ... requiescant in pace.* ℟. *Amen.* —

Si hic terminatur officium, dicitur *Pater noster;* alias absolute incipitur Completorium.

Notanda: 1. In duplicibus Antiphonæ dicuntur integræ ante et post Psalmos et Cantica; omittuntur commemoratio de cruce et suffragia Sanctorum.

2. In semiduplicibus Antiphonæ ante Psalmos et Cantica solummodo usque ad asteriscum, postea vero integræ dicuntur.

3. Post Capitulum in omnibus Horis respondetur *Deo gratias.*

4. Ad Cantica Magnificat, Nunc dimittis et Benedictus multi se signant sicut ad *Deus, in adjutorium.* *(Cfr. Cœremoniale Episcop. lib. II. 1. 14.* Consuetudo hæc, ubi viget, servari debet. *(S. R. C. 13. Apr. 1867.)*

5. In feriis post Magnificat et Benedictus dicta Antiphona dicuntur Preces in feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, et vigiliis quæ jejunantur, etiamsi præceptum jejunii cessaverit. Post Orationem fit commemoratio de cruce, deinde suffragia Sanctorum. Commemoratio de cruce semper primo loco facienda est, etiamsi inter suffragia dicatur Orato de Titulari, qui dignitate s. crucem antecellat.

6. Ordinarie dicuntur suffragia; omittuntur autem a *I.* Vesperis Dominicæ I. Adventus usque ad octa-

vam Epiphaniæ, a I. Vesperis Dom. Passionis usque ad octavam Pentecostes et per omnes octavas. Loco suffragiorum a feria II. post Dom. in albis usque ad Ascensionem Domini in semiduplicibus extra octavas fit paschalis commemoratio de cruce.

7. Cum plures fiunt commemorationes, servetur hic ordo: de duplici, de Dominica, de semiduplici, de die infra octavam, de feria majori seu vigilia, de S. Maria in Sabbato, de simplici; deinde commemoratio de cruce et suffragia Sanctorum, si dicenda sint.

8. Pro commemoratione diei infra octavam Antiphona, Versiculus cum Responsorio et Oratio semper sumuntur ex II. Vesperis festi; idem valet pro commemoratione Titularis vel Patroni ecclesiæ, quando dicenda sunt suffragia.

2. Completorium.

1. ℟. *Jube, domne* (vel *Domine), benedicere* 2. Benedictio: *Noctem quietam... Dominus omnipotens.* ℟. *Amen.* 3. Lectio brevis: *Fratres, Sobrii estote et vigilate... fortes in fide. Tu autem Domine miserere nobis.* ℟. *Deo gratias.* 4. ℣. *Adjutorium nostrum...* ℟. *Qui fecit...* 5. *Pater noster* — (totum secreto.) 6. Confessio *(Confiteor...)* et Absolutio *(Misereatur...; Indulgentiam...)*, prout habetur in Breviario. — Quando quis solus recitat officium, in Completorio et Prima semel tantum dicit *Confiteor*, omissis verbis *tibi Pater* vel *vobis fratres* etc., et similiter dicit *Misereatur nostri, peccatis nostris, tribuat nobis.* 7. ℣. *Converte nos, Deus...* ℟. *Et averte iram tuam....* 8. ℣. *Deus, in adjutorium...* ℟. *Domine, ad adjuvandum...*, cum *Gloria Patri...* 9. Antiphona unica *(Miserere)*, inchoata tantum. 10. Psalmi quatuor: a) *Cum invocarem....;* b) *In te, Domine...;* c) *Qui habitat...;* d) *Ecce nunc...*, cum *Gloria Patri* post singulos et in fine Antiph. *Miserere...* integra dicta.

11. Hymnus: *Te lucis ante terminum* ..., ut in Bre viario. **12.** Capitulum: *Tu autem in nobis... Deu noster.* ℟. *Deo gratias.* **13.** ℟. breve: *In manus tua Domine,* * *Commendo spiritum meum,* quod eode modo repetitur. **14.** ℣. *Redemisti nos... veritatis. Commendo spiritum meum.* **15.** ℣. *Gloria Patri et Fili et Spiritui sancto.* ℟. *In manus tuas, Domine, comme do spiritum meum.* **16.** ℣. *Custodi nos, Domine*... ℟ *Sub umbra alarum tuarum*... **17.** Antiphona: *Salv nos,* inchoata tantum. **18.** Canticum: *Nunc dimi tis*... cum *Gloria Patri* in fine, et repetitione Ant phonæ: *Salva nos*... Extra festa duplicia et octava dicuntur Preces. **19.** ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cu spiritu tuo.* **20.** Oratio: *Oremus. Visita, quæsumu Domine... sit super nos semper. Per D. N. J. Ch. Per omnia sæcula sæculorum.* ℟. *Amen.* **21.** ℣. *Dom nus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* **22.** ℣. *Bened camus Domino.* ℟. *Deo gratias.* **23.** Benedictio: *B nedicat et custodiat nos... Pater et Filius et Spirit sanctus.* ℟. *Amen.* **24.** Antiphona de B. V. Mari cum ℣. ℟. atque Oratione. **25.** ℣. *Divinum aux lium maneat semper vobiscum.* ℟. *Amen.* **26.** *Pater n ster, Ave Maria* et *Credo* (totum secreto). **27.** Ta dem additur Oratio: *Sacrosanctæ et individuæ Trin tati... per infinita sæcula sæculorum.* ℟. *Amen,* cu ℣. *Beata viscera...* ℟. *Et beata ubera...* **28.** *Pat noster, Ave Maria* (secreto). —

3. Matutinum.

1. Oratio: *Aperi, Domine, os meum*... secreto. - Deinde pro incipiendo Matutino: **2.** *Pater, Av Credo* — totum secreto. **3.** ℣. *Domine, labia m aperies.* ℟. *Et os meum annuntiabit laudem tuam* - totum clara voce et formando crucem minorem i labia. **4.** ℣. *Deus, in adjutorium meum intende.* ℟. *D mine, ad adjuvandum me festina. Gloria Patri et Filio*

tui sancto: Sicut erat in principio et nunc et sem-
:t in sæcula sæculorum. Amen. Alleluja. **5.** Invi-
›rium: quo repetito Psalmus 94. invitatorius
'e, exsultemus Domino... cujus Versibus semper
itur Invitatorium, primo integrum, deinde di-
ım inde ab asterisco. **6.** Hymnus.

A. In primo Nocturno:

'. Tres Antiphonæ duplicatæ cum tribus
.mis, ut in Breviario proprio loco, semper cum
'a Patri in fine eorum. **8.** Versiculus et Re-
ısorium. **9.** *Pater noster* — secreto. **10.** Abso-
› I.: *Exaudi, Domine* etc. **11.** ℣. *Jube, domne*
Domine), benedicere. **12.** ℣. Benedictio 1.: *Be-*
tione perpetua etc. **13.** Lectio 1.; ad finem cu-
›et Lectionis dicitur: *Tu autem, Domine, miserere*
. ℟. *Deo gratias.* **14.** Responsorium I. **15.** ℣.
, *domne* (vel *Domine), benedicere.* **16.** Benedi-
2.: *Unigenitus Dei Filius* etc. **17.** Lectio 2. **18.**
ponsorium II. **19.** ℣. *Jube, domne (Domine),*
licere. **20.** Benedictio 3. *Spiritus sancti gratia*
21. Lectio 3. **22.** Responsorium III.

B. In secundo Nocturno:

23. Tres Antiphonæ cum tribus Psalmis ut
reviario proprio loco. **24.** Versiculus et Re-
sorium. **25.** *Pater noster* — ℣. *Et ne nos...* ℟.
libera... **26.** Absolutio II.: *Ipsius pietas* etc.
℣. *Jube, domne (Domine), benedicere.* **28.** Bene-
io 4.: *Deus Pater omnipotens* etc. **29.** Lectio 4.
Responsorium IV. **31.** ℣. *Jube, domne (Domi-*
›enedicere. **32.** Benedictio 5.: *Christus perpetuæ*
33. Lectio 5. **34.** Responsorium V. **35.** ℣.
, *domne (Domine), benedicere.* **36.** Benedictio 6.:
n sui amoris etc. **37.** Lectio 6. **38.** Responso-
n VI.

C. In tertio Nocturno:

39. Tres Antiphonæ cum tribus Psalmis, ut in Breviario proprio loco. **40.** Versiculus et Responsorium. **41.** *Pater noster* — ℣. *Et ne nos...* ℟. *Sed libera nos...* **42.** Absolutio III.: *A vinculis peccatorum* etc. **43.** ℣. *Jube, domne (Domine), benedicere.* **44.** Benedictio 7.: *Evangelica lectio* etc. **45.** Lectio 7. **46.** Responsorium VII. **47.** ℣. *Jube, domne (Domine), benedicere.* **48.** Benedictio 8. **49.** Lectio 8. **50.** Responsorium VIII. **51.** ℣. *Jube, domne (Domine), benedicere.* **52.** Benedictio 9. **53.** Lectio 9. **54.** Hymnus: *Te Deum laudamus...*

4. Laudes, (immediate sequentes.)

1. ℣. *Deus in adjutorium* cum *Gloria Patri etc.* **2.** Antiphona 1., cum I. Psalmo,[1] quo finito et cum *Gloria Patri* clauso repetitur Antiphona. **3.** Antiphona 2.: cum II. Psalmo. **4.** Antiphona 3.: cum III. et IV. Psalmis sine *Gloria Patri* conjunctis, quibus finitis *Gloria Patri*, et repetitio Antiphonæ. **5.** Antiphona 4. cum Cantico *Benedicite.* quod non clauditur cum *Gloria Patri*, sed post ultimum versum immediate repetitur Antiphona. **6.** Antiphona 5.: cum Psalmis 148. *Laudate Dominum de cœlis...* et 149. *Cantate Domino...*, atque 150. *Laudate Dominum in Sanctis...*, item sine *Gloria Patri* conjunctis, quibus finitis *Gloria Patri*, et repetitio Antiphonæ. **7.** Capitulum: ℟. *Deo gratias.* **8.** Hymnus: ut in Breviario proprio loco. **9.** Versiculus et Responsorium. **10.** Antiphona ad *Benedictus.* **11.** Canticum: *Benedictus Dominus* cum *Gloria Patri*, et repetitione Antiphonæ. **12.** ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* **13.** Oratio: *Oremus*

---

1) In feriis Psalmi dicuntur de feria, in festis vero duplicibus, semiduplicibus et simplicibus de Dominica.

(14). Commemoratio: a) Antiphona. b) Versiculus et Responsorium. c) Oratio: *Oremus.* 15. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 16. ℣. *Benedicamus Domino.* ℟. *Deo gratias.* 17. ℣. *Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.* ℟. *Amen.* 18. Conclusio Laudum, nisi alia sequatur Hora: a) *Pater noster* — (totum secreto.) b) ℣. *Dominus det nobis suam pacem* (ubi nonnulli crucem majorem formant). ℟. *Et vitam æternam. Amen.* Antiphona de B. M. V. cum ℣. ℟. et Oratione. c) ℣. *Divinum auxilium maneat semper nobiscum.* ℟. *Amen,* cui nonnulli addunt *Pater noster*, et *Ave Maria*, (totum secreto.)

5. Prima.

1. *Pater*, *Ave*, *Credo* — (totum secreto). 2. ℣. *Deus in adjutorium*... cum *Gloria Patri*... ut supra in Laudibus. 3. Hymnus: *Jam lucis orto sidere*..., ut in Psalterio. 4. Antiphona (1. ex Laudibus Festi) inchoata tantum. 5. Psalmi tres: a) *Deus in nomine*...; b) *Beati*...; c) *Retribue*..., quibus in festo Ss. Trinitatis et quoties officium recitatur de Dominica additur Symbol. Athanas. *(Quicumque vult...)*, cum *Gloria Patri* in fine singulorum. 6. Antiphona integra repetita. 7. Capitulum: *Regi sæculorum immortali... in sæcula sæculorum. Amen.* ℟. *Deo gratias.* 8. ℟. breve: *Christe, Fili Dei vivi,* * *Miserere nobis.* Repetitur: *Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis.* 9. ℣. *Qui sedes ad dexteram Patris.* ℟. *Miserere nobis.* 10. ℣. *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.* ℟. *Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis.* 11. ℣. *Exsurge, Christe, adjuva nos.* ℟. *Et libera nos propter nomen tuum.* 12. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 13. Oratio: *Oremus. Domine, Deus omnipotens etc.* 14. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 15. ℣. *Benedicamus Domino.* ℟. *Deo gratias.* (16). In Choro

hic legitur Martyrologium. 17. ℣. *Pretiosa in conspectu Domini.* ℟. *Mors Sanctorum ejus.* 18. Oratio: *Sancta Maria et omnes Sancti etc.* 19. Ter dicitur: ℣. *Deus, in adjutorium*... (non fit signum crucis) ℟. *Domine, ad adjuvandum*..., et ultimo additur: *Gloria Patri*... *Sicut erat*..., ut in Breviario. 20. Tum *Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison. Pater noster* — secreto usque ad ℣. *Et ne nos inducas*... ℟. *Sed libera nos a malo.* 21. ℣. *Respice in servos tuos*... ℟. *Et sit splendor.* 22. ℣. *Gloria Patri*... ℟. *Sicut erat in principio*... 23. Oratio: *Oremus. Dirigere et sanctificare etc.* 24. ℣. *Jube, domne* (vel *Domine), benedicere.* 25. Benedictio: *Dies et actus nostros in sua pace disponat Dominus omnipotens.* ℟. *Amen.* 26. Lectio brevis (Capitulum ex Nona festi): 27. ℣. *Adjutorium † nostrum*... (fit signum crucis.) ℟. *Qui fecit cælum*... 28. ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus.* 29. Benedictio: *Dominus nos benedicat*... *requiescant in pace.* ℟. *Amen.*

Notanda: 1. Antiphonæ ad Horas minores si propriæ non assignantur, sumuntur de Laudibus, omissa quarta; ante Psalmos usque ad asteriscum, post eosdem vero integræ dicuntur.

2. Ad Primam de festis dicuntur tantum tres Psalmi; in Prima de feria post primum Psalmum alius additur prout indicat Breviarium, (excepto Sabbato); in Prima de Dominica secundus Psalmus dicitur Confitemini, (omittitur vero a Dom. in albis usque ad Pentecosten;) a Septuagesima usque ad Dom. Palmarum ejus loco dicitur Psalmus *Dominus regnavit*, ex Laudibus.

3. Preces feriales dicuntur, quoties ad Laudes dictæ sunt Preces.

4. Ad finem Primæ pro Lectione brevi in festis sumitur Capitulum Nonæ, cui additur „Tu autem Domine etc.“

6. Tertia.

1. *Pater noster. Ave Maria* — (totum secreto.) 2. ℣. *Deus, in adjutorium...* ut supra ad Primam. 3. Hymnus: *Nunc sancte nobis Spiritus* (ex Psalterio). 4. Antiphona (2. ex Laud.) inchoata tantum. 5. Psalmi tres: a) *Legem pone...;* b) *Memor esto...;* c) *Bonitatem fecisti...* cum *Gloria Patri* post singulos. 6. Antiphona integra repetita. 7. Capitulum ut in Laudibus, 8. ℟. breve. 9. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 10. Oratio (ut in Laudibus). 11. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 12. ℣. *Benedicamus Domino.* ℟. *Deo gratias.* 13. ℣. *Fidelium animæ... in pace.* ℟. *Amen.* —

7. Sexta.

1. 2. Ut supra ad Tertiam. 3. Hymnus: *Rector potens, verax Deus* (ex Psalterio). 4. Antiphona (3. ex Laud.) inchoata: 5. Psalmi tres: a) *Defecit...;* b) *Quomodo...;* c) *Iniquos...* itidem cum *Gloria Patri* post singulos. 6. Antiphona repetita. 7. Capitulum. 8. ℟. breve. 9. — 13. Eodem modo, ut in Tertia.

8. Nona.

1. 2. Ut supra in Tertia et Sexta. 3. Hymnus: *Rerum Deus tenax vigor* (ex Psalterio). 4. Antiphona [5. ex Laudibus [1])] inchoata. 5. Psalmi tres: a) *Mirabilia...;* b) *Clamavi...;* c) *Principes...* itidem cum *Gloria Patri* post singulos. 6. Antiphona integra repetita. 7. Capitulum. 8. — 11. ℣. breve. 12. — 16. Eodem modo, ut in Tertia.

Notanda pro Tertia, Sexta et Nona: 1. Capitulum et Responsorium in festis habentur in Proprio

---

[1]) Quarta Antiphona ex Laudibus prætermittitur, quia est Antiphona pro Cantico (*Benedicite*), non pro Psalmo, ait Gavantus loc. cit. Sect. V. Cap. VII. Nr. 6.

vel in Communi; in Dominicis et feriis si non habentur in Proprio de Tempore, dicuntur in Psalterio.

2. Si fit interruptio post unam ex horis minoribus debet dici Pater noster; addi potest „Dominus det nobis suam pacem" cum Antiphona de B. M. V.

3. Si cum Laudibus immediate junguntur horæ minores, Antiphona de B. M. V. solummodo his absolutis diccenda est.

4. In choro Antiphona de B. M. V. dici debet post quamlibet horam, post quam disceditur e choro.

9. Vesperæ secundæ.

1.—9. Eodem modo, ut in primis Vesperis, præter ultimum Psalmum, qui interdum proprius est festo. 10. Versiculus et Responsorium. 11. Antiphona ad *Magnificat*, quæ dicitur integra ante et post Canticum. 12.—14. Eodem modo, ut in primis Vesperis. (15). Commemoratio: a) Antiphona b) Versiculus et Responsorium. c) Oratio, ut supra in I. Vesperis. 16.—18. Eodem modo, ut in primis Vesperis.

10. Completorium.

Totum eodem modo dicitur, ut supra post primas Vesperas.

Notae quaedam generales.

1. Oratio *Aperi* ante Officium, et *Sacrosanctæ* post Officium dicenda, non sunt de præcepto. Indulgentia orationi *Sacrosanctæ* adnexa non obtinetur, nisi recitetur *flexis genibus*.

2. Rubricæ Breviarii de habitu corporis, quo diversæ partes Officii dicendæ præscribuntur (e. g. stando, flexis genibus), extra chorum non obligant.

3. Rubricæ Breviarii, quibus Psalmi graduales, Officium defunctorum, Psalmi pœnitentiales, certis diebus recitari jubentur, extra chorum non obligant.

Tenentur tamen etiam illi, qui non obligantur ad chorum, a) ad Litanias Omnium Sanctorum cum suis precibus et orationibus die 25. Aprilis et tribus feriis Rogationum; quæ Litaniæ non possunt anticipari, b) ad Officium defunctorum die 2. Novembris, quod potest anticipari.

4. Quod ad tempus recitandi Officii spectat, Matutinum et Laudes dicendæ sunt (a sacerdote) ante Missam, Prima mane, horæ minores ante meridiem, Vesperæ et Completorium post meridiem. Potest etiam Matutinum cum Laudibus anticipari die præcedente; tempus autem anticipandi incipit, postquam effluxit dimidia pars horarum, quæ sunt inter meridiem et occasum solis. Præterea, a Sabbato post Cineres usque ad Sabbatum sanctum, exceptis Dominicis, Vesperæ dici possunt (in choro *debent)* ante meridiem; Completorium debet dici post meridiem.

5. Officium de die infra octavam fit, ut in festo, sed ritu semiduplici, Lectiones I. Noct. (ordinarie) de Scriptura occurrente, 2. et 3. propriæ.

6. In festis dupl. maj. et altioris ritus Lectiones primi Noct. nunquam dicuntur de Scriptura occurrente, sed assignantur propriæ; idem contingit in nonnullis etiam duplicibus. Quodsi in dies hujusmodi simul cadunt in Proprio de tempore Lectiones *de initio* alicujus libri s. Scripturæ, tunc hæ transferuntur in proximum diem similiter non impeditum, et Lectiones huic diei assignatæ omittuntur.

7. Tempore paschali, id est a Dominica in Albis usque ad Nonam Sabbati post Pentecosten pro Apostolis, Evangelistis et Martyribus habetur Officium proprium. In reliquis Officiis hæc servantur:

a) tres Psalmi uniuscujusque Nocturni dicuntur sub una Antiphona scilicet sub prima; b) additur unum „Alleluja“ ad Invitatorium, ad omnes Anti-

phonas, ad Versiculos et Responsoria, ad Responsoria post Lectiones (sed non ad Versus); c) ad Responsoria brevia horarum additur duplex Alleluja; d) ubi autem jam habetur Alleluja, nihil additur. (De Prima ac de Completorio cfr. Rubr. Brev. in locis propriis).

8) *Modus variandi Antiphonam et Versum in occurrentia.* Quando plures commemorationes occurrunt faciendæ de eodem Communi, de qua Antiphona et Versus jam dicta sunt in officio, ita disponendæ sunt commemorationes: *Ad Vesperas* primo accipienda est Antiphona cum Versu Laudum; secunda commemoratio sumetur ex secundis Vesperis cum Versu secundi Nocturni, tertia vero commemoratio fiet desumendo Antiphonam primam ex tertio Nocturno cum Versu ejusdem Nocturni. *Ad Laudes* prima commemoratio fit per Antiphonam et Versum ex primis Vesperis, secunda commemoratio fiat cum Antiphona prima tertii Nocturni et Versu assignatis jam in primis Vesperis; tertia autem commemoratio fiet desumendo Antiphonam et Versum dictos secundo loco in primis Vesperis, nempe Antiphonam II. Vesperarum et Versum secundi Nocturni. *(S. R. C. 5. Maji 1736.)*

Pro commoditate utentium positum est sequens schema:

Ad Vesperas:

1. com. fit per Antiph. et ℣. de Laudibus;
2. „ „ „ Ant. de 2. Vesp. et ℣. 2. Nocturni.
3. „ „ „ Ant. 1. cum ℣. 3. Nocturni.

Ad Laudes:

1. com. fit per Antiph. et ℣. de 1. Vesperis;
2. „ „ „ Ant. 1. cum ℣. 3. Nocturni;
3. „ „ „ Ant. de 2. Vesp. et ℣. 2. Nocturni.

Quando vero facienda est commemoratio de die *infra oct.* alicujus Sancti non habentis Ant. et Vers

prop. et Ant. et Vers. de Communi jam dicta sunt, tunc pro commem. octavæ sumenda est *ad Laudes* Ant. ex 2. Vesp., et *ad Vesperas* Ant. de Laudibus; in utroque casu Vers. ex 1. Vesp. *(S. R. C. 18. Dec. 1779.)*

III. De variis officiis alumnorum in functionibus sacris.

1. De officio ministri in Missa privata.

1. Quoad præparanda in altari, minister pro Missa sequentia observet. Superpelliceo indutus defert ad altare bacile cum urceolis vini et aquæ una cum manutergio et campanula, si hæc ibidem non sint; sumit etiam secum virgam cum candelula in ejus summitate e lampade accensa. Bacili cum ceteris in mensula seu credentia, vel alio loco apto, nunquam vero in altari depositis, candelas altaris duas, prius in cornu Epistolæ, dein in cornu Evangelii accendit, aliaque ad Missam necessaria prævidet et ordinat; nisi hæc omnia a sacrista vel ab æditui, aliove curantur.

2. Tum in sacristiam reversus, ibidem item, nisi interim sacrista id fecit, sacerdotem in vestibus sacris induendis sequenti modo juvat. Ministratis prius ad manus lavandas aqua et manutergio, a sinistra sacerdotis stans, *(Baldeschi p. 137.)* humerale angulis extremis apprehensum in manus ejusdem porrigit, quod, si circa humeros nimis decidat, super eos parum reducit et inter scapulas replicat. Tum albam ambabus manibus accipiens sacerdotem collum submittentem ea induit, et primo manu dextera manicam dexteram, tum manu sinistra manicam sinistram elevat, ut a sacerdote manus intra eas immittantur; et ultra humeros contractum, *ne iterum in* brachia defluat, apte in sca-

pulas colligit. Postea cingulum a tergo eidem in manus tradit, æqualiter dispositum, et albam circumcirca elevat, ne nimis effluat, sed decenter undequaque pendeat, et vestem talarem contegat, nec tamen terram attingat; eamque in plicaturis tam circa scapulas et latera, quam circa cingulum et denique fimbrias circa talos bene adæquat et aptat. Tum manipulum, quod prius in cruce laterali osculatur, osculandum ministrat, et si ligamina in eodem sint, iisdem in brachio sinistro firmat; tum manibus ambabus stolam item cum osculo in crucem lateralem, in cruce media osculandam præbet, quam si opus sit circa collum sic aptat, ut ab eodem non longe distet, crux in medio sit, et a planeta tegatur. Denique casulam seu planetam ambabus manibus elevatam ita ministrat, ut sacerdos facile caput submittere queat, eamque super caput in humeros demittit, ordinatque, in ligando, quoad opus est, adjuvans.

3. Quum tempus est exeundi, minister manibus ambabus librum missalem assumit, et angulis ejusdem inferioribus manus apponens, ejusdemque parte aperienda ad sinistram suam spectante, erectum ambabus manibus ante pectus portat, dein reverentiis cruci et sacerdoti debitis prius factis, tribus vel quatuor passibus, oculis demissis et incessu gravi sacerdotem progredientem præcedit.

4. Si lumen pro libro sit necessarium, hunc in brachium sinistrum, parte aperienda exterius prospiciente, sumens, in parte inferiori media manu corpori admotum tenet, candelabrum vero cum lumine manu dextera portat, ad sacerdotem sequentem quasi semiversus cum lumine relucens, præsertim per gradus et in parietum cornibus. In altari lumen semper ad librum ponitur, quocum etiam a parte una in aliam transfertur. Ministri etiam est, candelas ardentes, si *opus habent*, emungere.

5. Transiens ante tabernaculum vel altare, in quo SS. Sacramentum vel asservatur vel consecratum est, simul cum sacerdote, a latere ejusdem sinistro, paulo post eum flectit unico genu; utroque autem genu, si SS. Sacramentum expositum est, vel elevatur, et genuflexus manet ad utramque elevationem. Transiens ante altare majus, in quo Venerabile non asservatur, facit ad illud debitam reverentiam, i. e. ad illud conversus cruci se inclinat. Obvium habens sacerdotem alium paratum cum ministro in via, eisdem ad dexteram suam locum præbens vel progreditur, vel in locis et viis angustis stans exspectat.

6. Ad altare destinatum perveniens, coram illo in plano ad cornu Epistolæ stans sacerdotem exspectat, cui forte ante se transeunti locum præbens reverenter se inclinat, quocum dein ad altaris gradum aggressus biretum accipit, et unico genu flectit in plano, etiam si non sit altare SS. Sacramenti. *(Baldeschi p. 189. Bauldry p. 41.)*

7. Ascendente sacerdote ad altare minister cum eodem, bireto prius in credentia vel alio loco deposito, a parte Epistolæ per gradus ascendit, libroque clauso super pulpitum seu cussinum ita deposito, ut pars ejus aperienda versus altaris medium aspiciat, versus crucem caput inclinat, descendit, et in plano ad anteriorem gradum in parte Evangelii transit, genuflexione prius in medio facta, quam genuflexionem in medio semper facit, quotiescumque a parte altera in alteram transit, etiamsi in eodem SS. Sacramentum non asservetur, sed crux tantum posita sit.

8. Quum sacerdos ab altari super gradus descendit, et ante eosdem in medio stat, minister paululum retro post eum ad sinistram genuflexus cum eodem cruce a fronte ad pectus se signat, et manibus ante pectus junctis et erectis Psalmum cum Antiphona etc. alternatim *prosequitur*, eadem voce et tono, non irru-

endo in verba sacerdotis, distincte, integre, nec nimis festinanter aut voce nimis remissa.

9. Crucis signum facit, quoties sacerdos id facit; ad *Gloria Patri* et ad *Deus, tu conversus* et cum eodem caput inclinat; dum minister *Confiteor* dicere incipit, tum primum et non ante, corpus profunde inclinat, eumque situm retineat usque dum sacerdos incipit pronuntiare *Indulgentiam;* dum vero dicit *tibi, Pater* et *te, Pater*, modice se versus sacerdotem convertit, et ad *mea culpa* pectus ter dextera modeste et non sonore percutit, sinistra interim pectori admota, quod etiam observat, quando signum crucis facit.

10. Quum sacerdos ad altare ascendit, minister fimbrias anteriores albæ paululum elevat *(Baldeschi p. 141)*, et a plano surgens ibidem in gradu primo genuflectit, faciem ad altare vertit, et sic manens cum eodem ad *Introitum* cruce se signat, nisi in Missis pro defunctis; ad *Gloria Patri* etc. versus crucem se inclinat; alternatim, non præveniendo, neque corruendo *Kyrie eleison, Christe eleison* bis, et *Kyrie eleison* dicit; ad *Dominus vobiscum — et cum spiritu tuo*, et in conclusionibus Orationum post *per omnia sæcula sæculorum — Amen* respondet, ad finem vero Epistolæ *Deo gratias.*

11. Quando sacerdos dicit *Flectamus genua*, minister subdit *Levate;* et dum ille ad populum se vertit dicturus *Dominus vobiscum*, aut serius *Orate fratres*, hic paululum se inclinat. Si plures Lectiones, seu Prophetiæ vel Epistolæ dicuntur, ad quamque *Deo gratias* minister respondet, excepta ultima Prophetia Danielis Sabbato Quatuor Temporum. Ad nomina Jesu, Mariæ et Sanctorum, de quibus dicitur Missa aut fit commemoratio, cum sacerdote profundius vel profunde pro dictarum personarum dignitate se inclinat. Bene notandum est, ut, si sacerdos statim post *Kyrie eleison* ad latus Epistolæ accedat, et varias Orationes et Epistolas recitet, minister neutiquam se

a loco moveat, donec post dictum *Dominus vobiscum* iterum aliquam Epistolam absolverit. Quod si vero sacerdos, dum prosequitur, quæ Epistolæ subjungi solent, genuflexerit, idem facere minister debebit, si tunc stare contigerit.

12. Paulo postquam minister ad finem Epistolæ unicæ vel ultimæ dixit *Deo gratias*, surgit, per planum in medium tendit, ibi genuflectit, ad cornu Epistolæ transit, et retro post sacerdotem ascendit, eoque in medium transeunte, caput versus crucem inclinat Missale cum cussino seu pulpito ambabus manibus assumit, descendit in planum et ad alteram altaris partem in cornu Evangelii portat, et Missale ita locat, ut posterior pars libri respiciat ipsum cornu altaris, et non ad parietem, sive ad partem ejus contra se directam (*Missale, Ritus celebr. Miss. VI. 1.*) dum transit ante medium altaris, genuflectit.

13. Deposito Missali minister caput cruci inclinat et statim directe per gradum anteriorem descendit in planum, et, in medio genuflectens, ad cornu Epistolæ transit, ubi post infimum gradum, ad celebrantem versus stat, eique respondet: *Et cum spiritu tuo* et *Gloria tibi, Domine*, cum eodem cruce se signans in fronte, ore et pectore, nonnunquam etiam caput inclinans vel genuflectens, et dicto in fine: *Laus tibi, Christe*, ibidem in gradu genuflectit.

14. Dum sacerdos in Symbolo ad *Et incarnatus est* etc. genuflectit, minister caput inclinat, et in fine cum eodem cruce se signat.

15. Ad *Dominus vobiscum* minister respondet *Et cum spiritu tuo*; post Offertorium ab illo lectum campanula signum dat, surgit, et genuflexione in medio facta ad credentiam transit, ubi ampullas vini et aquæ super bacile positas caute et elevatas ad altare asportat una cum manutergio, caput cruci inclinat et in cornu Epistolæ super manutergio deponit. Ibidem

tum sacerdoti advenienti ampullam vini apertam in inferiori parte tenens dextera, sinistra interim pectori admota, ita porrigit, ut hic eam per aurem seu manubrium facile capere possit; item eandem manu sinistra recipit, et alteram aquæ apertam statim manu dextera ministrat; offerat autem ampullam vini cum osculis in eam, non vero in manum sacerdotis, quia hic osculum non facile fieri potest.

16. Ampulla aquæ recepta ambas statim in credentiam reportat; deinde ampullam aquæ et pelvim portans ad altare revertitur in cornu Epistolæ et manutergium in altaris mensa paululum elevat, ut a sacerdote facile sumi possit; tum pelvicula in sinistram, et ampulla aquæ in dexteram sumptis, accedenti sacerdoti pelviculam sub manus tenens, super digitos indices et pollices parum aquæ fundit, donec ipse, elevans parum manus det signum desinendi; quam aquam mox in sacrarium vel vasculum, ad id deputatum effundit, et ampullam aquæ cum pelvicula plicatoque manutergio in loco suo priori reponit.

17. Tum statim minister facta in medio genuflexione ad locum suum in cornu Epistolæ transit, et ad sacerdotis *Orate fratres* paululum se inclinat, et postquam hic ad altare reversus finierit, erectus dicit: *Suscipiat Dominus* etc. *(ut supra pag. 349.)*

18. Ibidem genuflexus ad Præfationem respondet, *(vide pag. 349.)*, ad verba *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus* campanulam pulsat, non continuate, sed ter cum aliqua distinctione, et illa dein super gradum secundum ad dexteram celebrantis deposita, ad verba *Benedictus* etc. cum sacerdote cruce se signat.

19. Si ex loci consuetudine pro elevatione SS. Sacramenti intortitium, i. e. candela aliqua, vel duæ, sit accendendum, minister circa *Memento* vivorum lumine ex lampade, vel si hoc minus convenienter fit, postremo e candelabro in cornu Epistolæ sumpto,

illam vel illas accendit, facie quoad fieri potest, semper ad altare versa, et in locum suum redit, quæ candela vel candelæ dein sumpto a sacerdote S. Sanguine, et si qui in Missa sunt communicandi, iisdem communicatis, exstinguuntur.

20. Celebrante incipiente oblata signare cruce minister campanulam pulsat, ad medium altaris transit, et facta ibidem genuflexione super gradus retro paulo post celebrantem ascendit, ubi ad ejusdem dexteram super altiorem gradum genuflectit manibus junctis; ad utramque consecrationem, ad genuflexiones celebrantis, ad utramque elevationem profunde se inclinat; ad elevationes manu sinistra planetam seu casulam, fimbrias posteriores in medio tenens, moderate elevat, ne celebrantem ipsum in elevatione impediat, et manu dextera campanulam pulsat ter, i. e. cum sacerdos adorat, elevat, et reponit, ad unamquamque elevationem. Si forte fiat tunc processio, aut celebretur Missa solemnis, minister ad elevationes campanulam non pulsat. Sacerdote dein post depositionem calicis a genuflexione surgente, vel paulo serius altare deosculante, minister campanula secum sumpta surgit, ibidem descendit, et genuflexione facta ad locum suum in cornu Epistolæ redit, ubi campanula in loco suo deposita genuflectit.

21. Ad verba sacerdotis: *Nobis quoque peccatoribus* minister inclinatus cum eodem pectus percutit, eique ad Orationem Dominicam respondet: (*vide pag. 353.*) tum iterum ad verba sacerdotis post Agnus Dei etc. *miserere nobis* bina, et *dona nobis pacem;* et *Domine non sum dignus,* inclinatus cum eodem pectus percutit.

22. Si in Missa Communio aliorum fiat, minister S. Sanguine a sacerdote sumpto, facta in medio genuflexione, a latere Epistolæ genuflexus inclinatusque *manibus junctis dicit Confiteor* etc. uti in initio.

dein erectus ad *Misereatur* etc. respondet *Amen*, sicuti ad *Indulgentiam;* ad ternum *Domine, non sum dignus* etc. iterum inclinatus ter pectus percutit, campanulam pulsat, et si ad distributionem lumen sit necessarium, idem a sinistra distribuentis ita præbet, ut is bene tam in ciborium ad particulas sumendas, quam ad os sumentis videre possit.

23. Communione fidelium finita, aut si nulla fuerit, celebrante S. Sanguinem sumente, minister surgit, et genuflexione in medio facta, ex credentia ampullas ambas super pelviculam sumptas ad altare in cornu Epistolæ affert, ubi pelvicula deposita facta debita reverentia et ampullis apertis et per manubria sumptis, illa vini in manu dextera, et altera aquæ in sinistra, in calicem prius vinum, dein super digitos indices et pollices in eundem vinum et aquam paulatim infundit, donec sacerdos desinendi det signum; in fundendo et ampullas retrahendo caute observet, ne extra calicem aut supra ejusdem pedem quid defluat. Tum facta cruci inclinatione ampullas clausas et super pelvicula repositas cum hac ad credentiam reportat, et

24. Statim in plano per medium, genuflexione ibidem facta, ad librum missalem in altari accedit, quem genuflexione in medio iterata, ad cornu Epistolæ defert, et collocat ut in initio; et dein juxta cornu Evangelii ut in principio Missæ genuflectit et respondet ad *Dominus vobiscum* sacerdotis *Et cum spiritu tuo;* ad Orationes *Amen;* ad *Ite Missa est* vel *Benedicamus Domino — Deo gratias;* (in Missis a Dominica Resurrectionis usque ad Sabb. in albis incl. adduntur *Alleluja. Alleluja.*); ad *Requiescant in pace — Amen;* ad benedictionem in medio genuflectens et inclinatus cruce se signans *Amen;* et statim ad cornu Epistolæ transiens ad Evangelii initium, stans cum crucis signatione sicut in Missa respondet *Et cum spiritu tuo* et *Gloria tibi Domine*, et ad finem Deo gratias.

25. Si sacerdos post ultimam Orationem pro Postcommunione librum missalem apertum reliquit, minister, postquam ad *Ite Missa est* vel *Benedicamus Domino* respondit *Deo gratias*, librum dictum ab altaris cornu Epistolæ per gradus anteriores in planum descendens et ascendens ad alterum Evangelii cum reverentiis debitis transfert; si translationem ante benedictionem non bene perficere posset, tum ad hanc cum libro in plano ante medium altaris genuflectendum esset; tum ad locum suum redit, et Evangelio lecto Missale item ad cornu Epistolæ reportat.

26. Evangelio finito minister via breviori ad librum ascendit, et librum ab altari biretumque a loco suo sumit, quod dein ad locum suum in plano ante gradus in parte Epistolæ reversus sacerdoti porrigit, et reverentia cum eodem facta, et cum reverentiis aliis, genuflexionibusque uti in aditu debitis in sacristiam redit, ubi reverentiis sacerdoti et cruci debitis factis librum deponit.

27. Tum sacerdotem, stans ad ejusdem sinistram, in exuendo adjuvat, recipiens et reponens primo planetam seu casulam, ligaminibus, si forte adsint, solutis, tum stolam, quam juxta crucem osculatur, et manipulum item cum osculo, dein a tergo cingulum, denique albam, a parte dextera allevans, et super caput exutam in parte sinistra, postremo humerale; quibus omnibus finitis ad manus lavandas aquam ministrat.

28. Denique ad altare reversus lumina exstinguit, ampullas cum campanula super bacile reportat, et se exuit.

29. Si bini fuerint ministri, simul quidem accedere ad altare ante sacerdotem et recedere, simul etiam ad infusionem vini et aquæ se conferre, cereos pro Elevatione accendere, sub ipsa Elevatione casulam sacerdotis elevare et ad omnia sacerdoti respondere poterunt; reliqua vero ita inter se dividant, ut is, cui

11. Quum Episcopus S. Sanguinem sumpturus calicem accipit, ministri item, uti supra, ampullas vini et aquæ asportant porriguntque, iisque receptis ac repositis ad manus nunc postremo lavandas serviunt, denique librum cum lumine transferunt.

12. Pro benedictione ad *Sit nomen Domini benedictum* ministri respondent: *Ex hoc nunc et usque in sæculum*, et ad *Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cœlum et terram.* Post Missam ministrant ad lotionem manuum; deinde ad gratiarum actionem stantes ad Episcopi utramque, uti ad præparationem serviunt.

3. De officio ceroferariorum (acolythorum).

a) Regulæ generales.

1. Ceroferarii duo et robusti, et in statura, quantum fieri potest, æquales eligendi sunt, ut lumina æqualiter teneant et deferant. Electi videant, ut in candelabris suis candelas habeant pares.

2. Candelabra ipsa manu dextera accipiuntur, et portantur ita, ut ceroferarius, qui a parte dextera est, manum sinistram ad pedem candelabri, dexteram vero ad globum ejusdem medium; et qui a parte sinistra, dexteram ad pedem, sinistram vero ad globum eundem ponat; quoties locum mutant, etiam manus mutant; tenentur autem semper manibus nudis et discoopertis, ac recta, i. e. non inclinata, quod præsertim in genuflexionibus, inclinationibus et reverentiis advertendum est, ne cera de lumine defluat. Quodsi, dum cantatur Evangelium, genuflectendum sit, ac propterea omnes genuflectant, ipsi stabunt simul cum subdiacono librum tenente, ac si immobiles essent.

3. Qui a parte dextera est, acolythus primus, et qui a parte sinistra acolythus alter nuncupatur, et uterque partem suam vel dexteram vel sinistram semper obtinere debet.

4. Stando, eundo, et reverentias, inclinationes, enuflexiones aliasque actiones faciendo semper conenire debent eodem tempore et modo, mutuo sese bservantes, corpore recto et firmo et oculis demissis, ari et æquali, gravi et modesto incessu.

5. Quotiescumque aut ad altare aut ad celebranəm seu officiatorem vel accedunt, vel ipsum transunt, vel ab eodem recedunt, prius in medio ante lud vel hunc juncti reverentiam eidem debitam faiunt, dein vel juncti abeunt vel inde se disjungunt.

6. Si ad subdiaconum, vel thuriferarium vel cruiferum accedunt, quem medium inter se habent, el ab eo discedunt, primus vel alter non ante, sed ost eundem accedat vel discedat, eique vel socio se ssociet.

7. In processionibus semper comitantur crucifeım, primus ad dexteram, alter ad sinistram ejusem incedens.

) De officio ceroferariorum (acolythorum) in Missa cantata absque diacono et subdiacono.

(Omissa sunt ea, quæ pariter fiunt in Missa privata.)

1. In sacristia acolythus I. stans retro post celerantem et conversus ad imaginem sacristiæ, se incliat simul cum illo et præcedit manibus junctis; acothus II. stat a latere præcedentis, ipsum imitatur, t procedit a sinistris ejus.

2. Cum pervenerint ad altare, acolythus I. stat a extris sacerdotis, sumit ejus biretum quasi cum osulis *(Baldeschi pag. 139. et 247.)*, genuflectit in plano, efert biretum ad locum destinatum, redit ac genuectit utroque genu ante infimum gradum altaris a ıtere dextro ac respondet; acolythus II. genuflexione cum sacerdote et socio facta statim utroque enu flectit in plano parum post celebrantem a sinitris et cum socio respondet.

11. Quum Episcopus S. Sanguinem sumpturus calicem accipit, ministri item, uti supra, ampullas vini et aquæ asportant porriguntque, iisque receptis ac repositis ad manus nunc postremo lavandas serviunt, denique librum cum lumine transferunt.

12. Pro benedictione ad *Sit nomen Domini benedictum* ministri respondent: *Ex hoc nunc et usque in sæculum*, et ad *Adjutorium nostrum in nomine Domini, Qui fecit cœlum et terram*. Post Missam ministrant ad lotionem manuum; deinde ad gratiarum actionem stantes ad Episcopi utramque, uti ad præparationem serviunt.

3. De officio ceroferariorum (acolythorum).

a) Regulæ generales.

1. Ceroferarii duo et robusti, et in statura, quantum fieri potest, æquales eligendi sunt, ut lumina æqualiter teneant et deferant. Electi videant, ut in candelabris suis candelas habeant pares.

2. Candelabra ipsa manu dextera accipiuntur, et portantur ita, ut ceroferarius, qui a parte dextera est, manum sinistram ad pedem candelabri, dexteram vero ad globum ejusdem medium; et qui a parte sinistra, dexteram ad pedem, sinistram vero ad globum eundem ponat; quoties locum mutant, etiam manus mutant; tenentur autem semper manibus nudis et discoopertis, ac recta, i. e. non inclinata, quod præsertim in genuflexionibus, inclinationibus et reverentiis advertendum est, ne cera de lumine defluat. Quodsi, dum cantatur Evangelium, genuflectendum sit, ac propterea omnes genuflectant, ipsi stabunt simul cum subdiacono librum tenente, ac si immobiles essent.

3. Qui a parte dextera est, acolythus primus, et qui a parte sinistra acolythus alter nuncupatur, et uterque partem suam vel dexteram vel sinistram semper obtinere debet.

4. Stando, eundo, et reverentias, inclinationes, genuflexiones aliasque actiones faciendo semper convenire debent eodem tempore et modo, mutuo sese observantes, corpore recto et firmo et oculis demissis, pari et æquali, gravi et modesto incessu.

5. Quotiescumque aut ad altare aut ad celebrantem seu officiatorem vel accedunt, vel ipsum transeunt, vel ab eodem recedunt, prius in medio ante illud vel hunc juncti reverentiam eidem debitam faciunt, dein vel juncti abeunt vel inde se disjungunt.

6. Si ad subdiaconum, vel thuriferarium vel cruciferum accedunt, quem medium inter se habent, vel ab eo discedunt, primus vel alter non ante, sed post eundem accedat vel discedat, eique vel socio se associet.

7. In processionibus semper comitantur cruciferum, primus ad dexteram, alter ad sinistram ejusdem incedens.

b) De officio ceroferariorum (acolythorum) in Missa cantata absque diacono et subdiacono.

(Omissa sunt ea, quæ pariter fiunt in Missa privata.)

1. In sacristia acolythus I. stans retro post celebrantem et conversus ad imaginem sacristiæ, se inclinat simul cum illo et præcedit manibus junctis; acolythus II. stat a latere præcedentis, ipsum imitatur, et procedit a sinistris ejus.

2. Cum pervenerint ad altare, acolythus I. stat a dextris sacerdotis, sumit ejus biretum quasi cum osculis *(Baldeschi pag. 139. et 247.)*, genuflectit in plano, defert biretum ad locum destinatum, redit ac genuflectit utroque genu ante infimum gradum altaris a latere dextro ac respondet; acolythus II. genuflexione cum sacerdote et socio facta statim utroque genu flectit in plano parum post celebrantem a sinistris *et cum socio respondet.*

3. Ad *Aufer a nobis* acolythus I. surgit, aliquantulum elevat albam celebrantis, et deinde persistit genuflexus in ultimo gradu altaris; acolythus II. imitatur socium.

4. Ad *Gloria*, si est sessio, acolythus I. accedit ad medium et genuflexione facta in plano, accedit in scamnum a dextris, celebranti porrigit biretum cum osculis solitis, deinde stat manibus ante pectus junctis; acolythus II. stat a sinistris scamni, conversus ad socium elevat casulam celebrantis, facitque una cum socio altari inclinationes capitis ad verba, quæ easdem exigunt. Finito *Gloria* acolythus uterque comitatur celebrantem ad altare, ibique in suis locis utroque genu flectunt.

5. Ad ultimam *Collectam* acolythus I. se sistit erectus prope celebrantem, respondet *Deo gratias* et post Graduale defert Missale ad cornu Evangelii.

6. Ad *Offertorium* acolythi surgunt, genuflectunt in medio, ad credentiam tendunt sumptasque ex eadem ampullas deferunt ad altare; primus porrigit celebranti ampullam vini, alter, stans ad sinistram socii, ampullam aquæ. Ad *Lavabo* primus infundit aquam, secundus ministrat manutergium, facta antea et postea inclinatione. Post manuum lotionem genuflectunt ante altare in medio (in plano) et redeunt ad loca sua.

7. Ad *Quid retribuam* acolythus I. accedit ad infundendum vinum et aquam pro ablutionibus; acolythus II. Missale defert ad cornu Epistolæ; transeundo ante medium altaris una cum socio genuflectit in plano; his peractis ambo simul genuflectunt ante altare in medio et redeunt ad loca sua.

8. Post ultimum Evangelium acolythus I. celebranti tradit biretum, genuflectit cum eodem et cum socio, et manibus junctis cum socio præcedit celebrantem in sacristiam.

) De officio ceroferariorum (acolythorum) in Missa solemni SS. Sacramento incluso.

1. Omnibus in sacristia paratis, ceroferarii præident et curant, ut in candelabris suis candelæ acendantur; dein, signo ad exitum dato, reverentiam am cruci (vel imagini), tum celebranti faciunt, et rimi post thuriferarium exeunt, candelabra sua seum sumpta rite portantes.

2. Progredientes ad altare, ad graduum angulos rimus in parte Epistolæ, alter in parte Evangelii ita e sistunt, ut hinc inde ad se invicem versi spectent, c sequentem celebrantem seu officiatorem, cui se ıclinant, cum ministris suis exspectent, quibuscum ein genuflexionem reverentiasque debitas faciunt. lox secundus recedit, quin in medio altaris genuexionem iteret, et dum pervenit ad locum socii in ornu Epistolæ stantis, simul ad credentiam transunt, ubi primus in parte ejusdem dextera et altari ropiore, et alter in parte sinistra et remotiore se istunt, candelabra sua in ejusdem cornibus anterioibus deponunt, et hinc illinc a lateribus credentiæ, andelabris suis collaterales, ad altare conversi maibus junctis genuflectunt.

* Si vero aquæ aspersio facienda sit, tum ceroərarii in locis suis ad credentiam stant.

3. Ad verba celebrantis *In nomine Patris* etc. ıanus jungunt, et genuflexi ad duo latera credentiæ, acie ad altare conversa se signant et inclinant et respondent cum ministris.

4. Ad *Aufer a nobis* surgunt et remanent in loco, acie ad altare conversa manus junctas tenentes.

5. Ad *Introitum* se signant cum celebrante.

6. Ad *Gloria* assistunt ministris, quibus sedere olentibus posteriorem extremitatem dalmaticæ leant; deinde vel stant ad credentiam, vel sedent in camnis. Ad finem *Gloria* surgunt primi et ad creentiam manibus junctis se recipiunt.

7. Ad ultimam *Collectam* acolythus I. genuflexione facta sumptum utraque manu ex credentia librum tradit subdiacono; nisi ex loci consuetudine hoc faciat thuriferarius.

8. Cum thuriferarius incenso pro Evangelio imposito descendit, acolythi candelabra sua assumunt, quibuscum dein illum ad medium altaris transeuntem sequuntur, caput inclinant et eidem ab utraque parte conjuncti stant; finiente musica seu cantu cum thuriferario genuflectunt, et ad locum Evangelii cantandi procedunt, ubi facie ad diaconum conversa, subdiaconum librum tenentem medium sumentes, primus ad dexteram, alter ad sinistram ejusdem se sistunt, nec unquam cum aliis se signant aut caput inclinant aut genuflectunt, stantes, ac si immobiles essent. Evangelio finito retro post subdiaconum juncti ad altaris medium, et facta ibidem genuflexione altari, inde ad credentiam redeunt, ubi candelabris depositis stant.

* In Missis pro defunctis, et Sabbato sancto et Pentecostes, necnon infra hebdomadam majorem in Missis cum Passione ad ejusdem partem postremam, quæ pro Evangelio habetur, sine candelabris, manibus junctis assistunt.

9. Ad *Credo* dum a celebrante recitantur verba *Et incarnatus est*, genuflexione facta, cum eodem surgunt; dum vero a choro cantantur illa verba, utrumque genu flectunt, deinde stant (vel sedent pro loci consuetudine).

10. Ad *Offertorium* acolythus I. imponit velum longum in humeros subdiaconi; alter acolythus velum calicis a subdiacono acceptum plicat et collocat super credentiam. Alter tenens ampullas sequitur subdiaconum ad altare, ibique, profunda inclinatione altari facta, ampullas dat subdiacono illasque ab eodem recipit sine osculis, et repetita ante discessum altari profunda inclinatione, refert ampullas ad credentiam,

bi cum socio stabit manus junctas tenens usque ad nem incensationis altaris. Tunc acolythus I. sumpto ıanutergio et alter sumpta ampulla aquæ cum pelviula a dextris primi ascendunt altaris gradus ac ministrant celebranti ad *Lavabo,* factis reverentiis; deinde mnia referunt ad credentiam, ubi stabunt, manus ınctas tenentes; dum incensantur, respondent inclinationi thuriferarii ante et post.

11. Ad finem *Pater noster* acolythus I. (nisi ex loci onsuetudine hoc pertineat ad thuriferarium), accedit d cornu Epistolæ, ibique stat, accepturus a subdiaono ambabus manibus velum humerale, quod repelita genuflexione refert ad credentiam, ibique plicaum deponit.

12. Post *Communionem* acolythus I. allatas cum elvicula ampullas, facta altari profunda inclinatione, orrigit subdiacono absque osculis, deinde facta nclinatione, ampullas refert ad credentiam. Acolyhus II. assumptum ex credentia velum calicis defert ubdiacono, parte interiori ejusdem ad seipsum conersa; transit per planum presbyterii, et genuflexione n medio facta, per gradus laterales ascendit ad cornu Evangelii. Si est Communio cleri, hoc facit thuriferarius. *(Baldeschi pag. 193. n. 17.)*

13. Ad *Benedictionem* genuflectunt ad credentiam, leinde versus finem Evangelii candelabra sumentes ,ccedunt in medium presbyterii, se sistunt hinc et nde ad thuriferarium, cum eodem genuflectunt et undem sequuntur in sacristiam.

) De officio ceroferariorum (acolythorum) in Missa solemni coram Ss. Sacramento exposito.

Omissa sunt, quæ pariter fiunt in Missa solemni Ss. Sacramento incluso.)

1. Pervenientes ante altare in genua procumbunt, urgunt, ad credentiam tendunt, ibique in genua proolvuntur.

2. Dum incensatur SS. Sacramentum, manent genuflexi.

3. Evangelio cantato antequam accedant ad credentiam, genuflectunt in medio.

4. Dum celebrans recitat Psalmum *Lavabo* acolythi dorsum vertunt ad populum.

e) De officio ceroferariorum (acolythorum) in Missa Pontificali.

1. Episcopus solemniter celebrans quinquies lavat manus; primo in sede, antequam paramenta sumit; secundo iterum in sede dicto Offertorio; tertio ubi, post incensationem oblatorum et altaris, ipse in cornu Epistolæ est incensatus; quarto item in cornu Epistolæ post Communionem, purificatione peracta; quinto finita Missa in sede, depositis paramentis ante gratiarum actionem. In hisce manuum lotionibus acolythus I. ministrat aquam, acolythus II. manutergium; ante altare genuflectunt, ante thronum caput inclinant, ministrant genuflexi. Si vero Episcopo celebrante superior, i. e. Ordinarius, Archiepiscopus adesset, non genuflexi sed inclinati tantum ministrant.

2. Sub precibus a gradibus dictis ad credentiam manent genuflexi.

3. Sub *Gloria* et *Credo* sedent primus juxta diaconum, secundus juxta subdiaconum.

4. Cum diaconus in infimo altaris gradu recitat *Munda cor*, sumunt candelabra, præcedunt subdiaconum ad medium presbyterii, caput inclinant, et sistunt post subcæremoniarium et thuriferarium. Quando diaconus, accepto ex altari libro, descendit, genuflectunt, accedunt ad thronum, (et quidem primo thuriferarius, deinde duo acolythi et ultimo levitæ), et ante eundem ita se sistunt, ut locus sit pro diacono et subdiacono, quibus advenientibus caput una cum iisdem inclinant versus Episcopum et ita se conver-

tunt, ut unus aspiciat alterum. Ubi diaconus de throno descendit, omnes Episcopo faciunt inclinationem, et eodem ordine et modo revertuntur ante medium altaris. (Quia duo acolythi nunquam successive incedere debent, acolythus II., qui ad thronum stabat ante servientem de baculo tam cito inter Episcopum et levitam ad infimum throni gradum debet transire, ut convenienti tempore sit penes socium suum.)

5. Musica finita genuflectunt, et ad servientem de gremiali accedunt, ibique ad altare conversi se sistunt ita, ut subdiacono sit locus.

6. Evangelio cantato ante altare accedunt, diacono præcedente; ibi, quando subdiaconus advenit, genuflectunt et ante levitas incedunt ad credentiam.

7. Dicto *Sanctus* manent genuflexi usque ad finem *Supplices;* iterum genuflexi manent sub *Placeat* et sub Benedictione.

8. Pacem, si per amplexum datur, a thuriferario accipiunt.

f) De officio ceroferariorum (acolythorum) in Missa solemni defunctorum.

1. Ingrediuntur ante ministros, tenentes candelabra cum candelis accensis, quæ deferunt ad credentiam ibique relinquunt.

2. Ad finem *Dies iræ* sine candelabris accedunt ad medium prebyterii, factaque genuflexione sequuntur subdiaconum, stantque in duobus lateribus, manibus junctis, se signantes ut diaconus.

g) De officio ceroferariorum (acolythorum) in Vesperis a Vicario, Canonico et dignitario celebratis.

1. Duo acolythi in superpelliceis cum candelabris et candelis accensis e sacristia præcedunt ad altare et ad cornua ejus se sistunt in linea recta cum ceteris.

2. Ad altare genuflexione facta cum ceteris, genuflexi non remanent ut illi, sed statim ad latera alta-

ris hinc inde discedentes *in medio gradu* candelabra ponunt et lumina extinguunt.

3. Deinde statim ad thuriferarium et cæremoniarium revertentes cum his in linea recta se sistunt ita, ut ad tempus simul omnes genuflexionem et chorireverentiam faciant ad Canonicos ab utraque parte, et statim sine alia ad altare reverentia cum thuriferario in chorum descendunt ad loca sua.

4. Ad quinti Psalmi finem per alium ministrum in candelabris acolythorum candelæ accenduntur, ipsi vero acolythi (simul cum thuriferario, qui in sacristiam vadit) in medio post sedilia genuflectentes ad candelabra sua accedunt cum debita erga celebrantem reverentia. Ad „Sicut erat etc.“ cum candelabris in medium altaris cum pluvialistis convenientes simul genuflectunt in plano et cum illis ad celebrantem accedunt, erga eum inclinationem faciunt, hinc inde in plano se ita sistentes, ut faciem ad invicem vertant. Sic stant ad Capitulum.

5. Facta Hymni intonatione cum pluvialistis in medium altaris recedunt et genuflexione facta ad latera altaris ut supra stant candelabris depositis. — Si ad Hymnum genuflectitur, acolythi genuflectunt in plano ad latus altaris, ubi stant. —

6. Versiculo per pluvialistas intonato et ipsis candelabris relictis in medio altaris conjuncti genuflectunt cum illis simulque vadunt ad celebrantem et, inclinatione erga eum facta, ad credentiam se sistunt.

7. Ad „Sicut erat“ post „Magnificat“ vadunt (erga celebrantem inclinationem facientes) ad altaris medium et genuflexione facta ad candelabra revertuntur. (Si vero incensatio pluvialistarum nondum peracta est, genuflexionem faciunt post sedilia eorum in in medio presbyterii et post pluvialistas revertuntur ad candelabra).

8. Candelabra ferentes revertuntur ad altare, *simul cum Pluvialistis* (hoc est: a singulis lateribus ad cornua altaris) genuflectunt et cum iis ad Orationem se sistunt ante celebrantem ut ad Capitulum.

9. Ad ultimum „Dominus vobiscum" faciunt simul cum thuriferario erga celebrantem inclinationem et in medium chori progressi inclinant et post duos pluvialistas stant ferme inter scabella pluvialistarum et exspectant celebrantem.

10. Ad chori reverentiam stant ut ab initio; deinde statim revertuntur in medium presbyterii, faciunt genuflexionem et chorireverentiam et discedunt in sacristiam.

h) De officio acolythi (thuriferarii) in aspersione aquæ benedictæ.

1. Ante egressum e sacristia sinistra manu tenet vas aquæ benedictæ usque ad pectus elevatum, dextera autem aspersorium super oram ejusdem vasis positum. — Dato signo præcedit et sistit se ante infimum gradum altaris retro post diaconum, et facta genuflexione persistit genuflexus in plano.

2. Celebrante super infimo altaris gradu genuflexo aspersorium madefactum tradit diacono sine osculis, genuflectit cum omnibus et vas portans incedit ex æquo cum cæremoniario, ita ut sit ad dexteram diaconi.

3. Aspersione finita resumit aspersorium a diacono et cantata Oratione eodem modo, quo venerat, redit in sacristiam.

i) De officio ceroferariorum (acolythorum) in festo Purificationis B. Mariæ V.

1. Egredientes e sacristia deferunt candelabra accensa et sequuntur thuriferarium.

2. Pervenientes ad altare genuflectunt, tunc deferunt *candelabra ad credentiam* ibique stant.

3. Si non adsit alius, qui hoc faciat, acolythus I. deferens craterem cum aspergillo, vel utraque manu tenens vas aquæ benedictæ accedit ad dexteram thuriferarii, aut prope illum. Incenso imposito caput inclinat et tradit aspergillum diacono, moxque resumpto aspergillo, factaque altari reverentia, vas aquæ benedictæ reponit in credentia vel alio loco apto.

4. Benedictione finita diacono tradunt candelas, suos cereos convenienti loco deponunt et comitantur sacerdotes ad cancellos, ipsis candelas distribuendas cum osculis tradituri.

5. Post candelarum distributionem alter aquam infundit super manus celebrantis, sinistra tenens pelvim, alter porrigit manutergium aut micam panis.

6. Initio processionis cum candelabris accedunt ad latera subdiaconi, crucem processionalem tenentis, et cum eodem, inclinatione facta procedunt; — dum in chorum regrediuntur, non genuflectunt.

7. Dum cantatur Epistola alter in choro primi cujusque ordinis candelam accendit, alter vero cum solitis osculis cereum celebranti tradit et deinceps iterum recipit.

k) De officio ceroferariorum (acolythorum) in Dominica Palmarum.

1. Ante portam ecclesiæ consistunt hinc et inde juxta subdiaconum, qui portat crucem.

2. Finita Epistola in cornu Evangelii disponunt pulpitos pro cantaturis Passionem, in linea recta, sed ita ut cantantes ad aquilonem sint conversi.

l) De officio ceroferariorum (acolythorum) in feria V. in Cœna Domini.

1. Missa peracta cum subdiacono, qui portat crucem processionis, exeunt ex sacristia et sistunt hinc et inde juxta eum in introitu chori, vel in medio presbyterii; præcedentibus laicis faces ferentibus dedu-

ınt processionem in interiorem partem ecclesiæ a breviori vel longiori, incipiendo illam per cornu vangelii, nullaque genuflexione facta in procedendo.

2. Ubi pervenerunt ad sepulchrum in distantia ›ngruenti consistunt, et aliquantulum retrocedunt, cie versus processionem versa.

3. Ss. Sacramento in sepulchro incensato seıuntur thuriferarios via breviori redeuntes in sacriiam. *(Bauldry pag. 161. n. 26.)*

4. Ad denudationem altaris procedunt manibus nctis; ante altare cum omnibus cruci faciunt genuэxionem.

m) De officio acolythorum in feria VI. in Parasceve.

1. Manibus junctis absque luminaribus sequuntur ıuriferarium, genuflectunt, et accedunt ad locum, bi, celebrante et ministris in faciem provolutis, genflectunt ambobus genibus.

2. Celebrante et ministrantibus surgentibus surınt, amovent pulvinos, et genuflexione præmissa aicam mappam extendunt in altari. Primus sumto libro, genuflexione altari facta, accedit ad cornu pistolæ, ubi cantat Prophetiam sine titulo, ipsemet ›nens librum. Quibus ita peractis, genuflectit, redltoque libro revertitur ad locum.

3. Passione absoluta manibus junctis absque luıinaribus tendunt ad Evangelium.

4. Ultima Oratione post Passionem cantata ex›ndunt tapete violaceum ante gradus altaris, ita ut xtremitas illius sit in superioribus gradibus. In primo radu collocant pulvinum coopertum velo serico albo.

5. Ad denudationem crucis unus accedit sustenıturus librum, dorso ad populum converso; alter elum crucis accipit et reponit in credentia; deinde mbo denudant crucem processionis et omnes cruces cclesiæ.

6. Dum celebrans legit Improperia, alteruter potest tenere librum, quem postea apertum remittit in cornu Epistolæ vel Evangelii.

7. Versus finem adorationis crucis accendunt cereos altaris; deinde adoratione absoluta amovent pulvinum et tapete.

8. Ubi eundum est ad capellam SS. Sacramenti hinc et inde stant juxta subdiaconum tenentem crucem processionis. Discedunt, nulla præmissa genuflexione, et deducunt processionem via breviori, et consistunt in eodem loco, ubi heri, sine genuflexione. Deinceps deducunt processionem via longiori ad altare eodem ordine, quo heri, et referunt candelabra ad credentiam. Deinde alteruter a cæremoniario recipit velum calicis, facta ante et post genuflexione.

9. S. Hostia ex calice in patena posita acolythus primus affert ampullas, genuflexione facta; secundus tenet manutergium.

10. Sumpta per celebrantem ablutione, secundus affert velum calicis more solito.

n) De officio acolythorum in Sabbato sancto.

1. Unus ferens vas aquæ benedictæ cum aspergillo, incedit vel primus, vel in medio, ad sinistram suam habens portantem quinque grana incensi, et ad dexteram habens alium, qui fert vacuum thuribulum et naviculam; et accedunt extra portam, aut consistunt ad aditum ecclesiæ. Primus, vase in mensa deposito, aperit librum coram celebrante, vel se sistit ad dexteram thuriferarii, ad dexteram diaconi stantibus secundo acolytho cum granis incensi et thuriferario.

2. Oratione quarta super grana incensi recitata acolythus primus librum clausum reponit in mensa, resumptoque vase aquæ benedictæ ac mutato loco, *diacono* tradit aspergillum, quod postea resumit.

um deposito vase aquæ benedictæ de novo igne endit candelam, quam ponit in laterna, si opus sit. er ministrat diacono, resumptaque pelvi se sistit lexteram thuriferarii.

3. Incenso imposito et benedicto primus acoly- s portans pelvim cum granis incensi incedit a de- is thuriferarii, secundus cum candela accensa edit a sinistris diaconi; ingressi in ecclesiam con- nt, diaconus inclinat arundinem ad acolythum se- dum, qui unum ex ejus ramis accendit; quando tatur *Lumen Christi*, omnes genuflectunt utroque u. Pervenientes ad altare acolythus I. recedit in ıu Epistolæ, secundus candelam exstinguit, a dia- o accipit arundinem, et sistit ad dexteram primi lythi.

4. Ad *Exsultet*, facta prius genuflexione, acolythi istunt ad sinistram diaconi; qui tenet grana in- si ad verba *curvat imperia* accedit ad diaconum; mo grano infixo redit ad locum, pelvim ponit in lentia et resumit candelam exstinctam; alter aco- ıus mox arundinem ardentem ponit in pede prope re, cereum vero paschale in candelabro, ita ut idem crux ex granis formata aspiciat celebrantem. verba *apis mater eduxit* primus acolythus accensa dela ex cereo vel arundine accendit lampades ri ac lampadem SS. Sacramenti, quæ modo ex- cta est.

5. Finito *Exsultet* discedunt ac sequuntur subdia- um; deinde facta genuflexione ministrant, unus ibranti, alter diacono, dum paramenta violacea ıunt.

6. Prophetiis cantatis unus pluviale violaceum ert ad altare; deinde se sistunt hinc et inde juxta ciferum et processionaliter tendunt ad fontem ba- malem; crucifer cum acolythis ita se sistit ante ibrantem, ut inter eos sit fons.

7. Reversi a fonte baptismali ad altare, dum celebrans et ministri prostrati jacent in gradibus altaris, unus ex acolythis planetas defert in sacristiam, moxque cum sociis in genua provolvitur prope gradus altaris. Ad verbum Litaniarum *Peccatores* surgunt, genuflectunt versus altare, et manibus junctis præcedunt in sacristiam.

8. In Missa ad *Gloria in excelsis* primus pulsat tintinnabulum altaris et alter campanulam sacristiæ; non deferunt candelabra ad Evangelium, sed sistunt a latere subdiaconi, junctis manibus, signantes se etc.

4. De officio funalia ferentium.

1. Funalia ferentes in Missis solemnioribus, et quidem tum Dignitariorum tum Pontificum tantum serviunt, in illis 4, in his 6; in canonicalibus vero non serviunt. In penuria servientium, et ob angustiam loci in presbyterio in Missa Pontificali munere hoc fungi possunt servientes de chirothecis, gremiali, lumine et libro, dictis instrumentis suis depositis, et insuper alii duo; alias, et in Missa non Pontificali singuli ad id deputantur, qui in Pontificali etiam ad manus lavandas serviunt.

2. Si omnes funalia ferentes pares sunt quoad staturam, nullus est ordo ultimo vel primo loco incedendi; si vero sunt inæquales, bini statura minimi incedant primo loco, deinde bini majores et ultimo bini maximi. Funalia deferunt omnes semper æquali altitudine et qui a parte dextera incedunt eadem deferunt manu dextera, palma sinistræ pectori admota; qui vero a parte sinistra incedunt, sinistra tenent funalia, dextera pectori admota. — Inclinari non debent funalia, si caput inclinatur aut genuflectitur, ne cera in pavimentum aut tapete defluat.

3. In Missa Dignitarii ad funalia deputati in choro emanent, in utriusque partis scamno altari propiore rimi, ab initio Missæ usque ad initium Præfationis.

4. In Missis Pontificalibus ad funalia specialiter eputati jam initio, dum Episcopus orat et induitur, i id fiat in sacristia, ibidem; si coram altari et in hrono, in medio coram altari, in linea recta se situnt, ultimo post omnes alios ministros, thuriferaium inter ipsos medium habentes; Episcopo deinde sacristia vel throno ad altare procedente ministri i vel bini post acolythos exeunt, vel statim ad creentiam transeunt, ubi juxta acolythos hinc et illinc ari numero cum iisdem stant vel genuflectunt manius junctis.

5. Præfatione incœpta ad funalia deputati e locis uis in medium ante altare, ad dexteram et sinistram thuriferarii conveniunt, et in linea recta stantes reerentia facta post eum in sacristiam recedunt.

6. Præfatione finita et *Sanctus* ter dicto cum fualibus accensis, hi, qui a dextera procedunt, in manu lextera, et qui a sinistra incedunt, in sinistra, manius aliis sub pectore positis thuriferarium sequentes rogrediuntur in medium ante altare, ubi se invicem xspectantes in linea stant.

7. Tum statim genuflexione ab omnibus simul et um thuriferario inter ipsos medio facta hinc inde a ateribus subdiaconi patenam tenentis, ad latera alaris se collocant, ibique ita ut non impediant, spatiis equalibus inter se distantes, et faciebus ad invicem onversis genuflectunt.

8. Dum hostia et calix elevantur, utrumque genu lectunt, profunde sese inclinant versus Ss., manu ibera pectori apposita, cruce vero se non signant.


9. Mox cum celebrans cum aliis cruce se signat, d cæremoniarii signum iterum in medium conveiunt, et reverentiis ibidem ab omnibus simul factis

post thuriferarium bini in sacristiam recedunt. In diebus jejuniorum, et in Missis pro defunctis, et in quibus S. Communio distribuitur, genuflexi manent usque post S. Communionem peractam, ad *Agnus Dei etc.* et *Domine, non sum dignus etc.* se non percutientes, sed inclinantes tantum; exceptis vigiliá Nativitatis D., sabbatis Paschæ et Pentecostes, et feria 5. in Cœna Domini, quibus diebus post elevationes abeunt.

10. Funalibus in sacristia exstinctis et relictis, statim reversi, facta in medio genuflexione, in locis suis prioribus stant et genuflectunt, prout præscriptum est.

11. Ss. Sacramentum si in processione solemni defertur, funalia ferentes ab utraque parte hinc et inde comitantur, ea observantes, quæ supra dicta sunt.

12. Vide hic ordinem procedendi, redeundi, in medio standi, et ad latera altaris genuflectendi:




5. De officio pluvialistarum sive assistentium ad Vesperas.

a) In Vesperis a Vicario et Canonico celebratis.

1. Alumni ad assistentiam deputati bene prævideant Antiphonas, quarum 2am et 4am assistens primus, (qui est ad dexteram officiatoris), 3am et 5am assistens secundus, (qui est ad sinistram ejusdem) indicare debet. Super superpelliceum induunt pluviale; in sacristiá juxta officiatorem hinc et inde stantes, *bireta in* manibus tenentes, exituri reverentias debi-

tas faciunt; deinde biretis impositis ante officiatorem exeunt, extra sacristiam vero primus ad dexteram, secundus ad sinistram ejusdem incedentes, ejusdem pluvialis fimbrias anteriores parumper elevantes, ad altare comitantur, coram quo, fimbriis dimissis, biretisque desumptis et cæremoniario traditis, in plano genuflexionem et debitas reverentias faciunt, tunc in infimo gradu in genua procumbunt recitaturi Orationem *Aperi*.

2. Oratione *Aperi* recitata, facta altari et choro debita reverentia, cum officiatore inter ipsos medio ejusdem pluvialis fimbrias elevantes, transeunt ad sedem et sedilia, ubi primus ad dexteram, secundus ad sinistram sedem juxta officiatorem ascendunt, ibique stant, usque dum a choro cantatum est *Gloria Patri*. Ad *Deus, in adjutorium* se convertunt ad altare et cruce se signant. Ad *Sicut erat* descendunt, ante officiatorem inclinationem faciunt et ita se sistunt, ut assistens primus pede suo dextero stet immediate juxta infimum gradum sedis officiatoris, secundus vero assistens ad sinistram primi. Sic stantes assistens primus officiatori indicat Antiphonam 1am, quam ille debet intonare, cæremoniario librum tenente.



3. Antiphona 1a ab officiatore intonata, assistentes se sistunt ante ipsum (ita ut primus sit ad sinistram), inclinant, et ad se invicem se convertentes discedunt ad altare, ibique genuflectunt in infimo

gradu et abeunt ad sedilia, sedent et bireta sua imponunt, eadem deposituri, quoties cantatur *Gloria Patri*. Sedent, vel surgunt et stant, aut capita detegunt et versus altare se inclinant cum officiatore; insuper cum alteruter Antiphonam indicaturus se detegit et surgit, alter idem facit.

4. Post Psalmum 5um, quando cantatur *Sicut erat* surgunt, officiatoris surgentis et stantis pluviale ordinant, bireta sua reponunt, accedunt ad altare, genuflectunt una cum duobus acolythis, accedunt ad sedem officiatoris, inclinant, ascendunt et consistunt hinc et inde juxta eumdem.

5. Versus finem *Capituli* descendunt, ante officiatorem inclinant et eodem modo consistunt, quo ad Antiphonam 1am; pluvialista primus officiatori indicat versum primum *Hymni*.

Altare

Ceremon.
I. Acolyth.
Officiator
II. Pluv. I. Pluv.
II. Acolyth.

6. Hymno intonato pluvialistæ cum acolythis in una serie consistunt ante officiatorem, inclinant, recedunt ad sedes suas ibique stant usque ad ultimam stropham Hymni. Si occurrit aliqua stropha, quæ genuflexionem exigat, ad altare accedunt, in infimo gradu genuflectunt, surgunt, genuflectunt in plano, recedunt ad sedilia, se convertunt alter ad alterum.

7. Versus finem ultimæ strophæ accedunt ad altare, genuflectunt, cantant Versiculum, genuflectunt una cum acolythis, accedunt ad sedem officiatoris, inclinant et statim consistunt sicut ad 1am Antiphonam, et primus pluvialista officiatori indicat Antipho-

m ad *Magnificat.* Hac Antiphona per officiatorem
onata, pluvialistæ facta ante eumdem inclinatione,
cendunt et stant hinc et inde juxta eum.

8. Antiphona ad *Magnificat* per chorum cantata,
ıvialistæ cum officiatore se signant cruce, ad altare
re jam indicato accedunt, genuflectunt, ascendunt
suppedaneum, et genuflectunt, dum officiator oscu-
ur altare. Tunc primus pluvialista a thuriferario
mit naviculam, osculatur cochlear et manum officia-
is et dicit *Benedicite, pater reverende;* pluvialista se-
ndus interim officiatoris pluviale aliquantulum ele-
t. Incenso imposito et benedicto pluvialista primus
mit thuribulum, manubrium ejusdem et deinde ma-
m officiatoris osculatur eidemque thuribulum por-
git, et quidem manubrium in sinistram, vas vero in
xteram tradens. Quo facto pluvialistæ genuflectunt
te et post incensationem crucis, parumper recedunt
officiatoris pluvialis fimbrias tenentes eumdem sub
censatione altaris comitantur, et transeuntes in
edio genuflectunt.

9. Altaris incensatione peracta primus pluvialista
cornu Epistolæ cum osculis debitis thuribulum re-
pit idemque thuriferario reddit; ambo officiatorem
mitantur in medium altaris, unde genuflexione facta
scendunt, genuflectunt in infimo gradu et more so-
comitantur officiatorem ad thronum suum. Offi-
torem in throno stantem primus pluvialista triplici
etu incensat. Quo facto thuribulum reddit, omnes
linant versus officiatorem, ad altare accedunt ibi-
e genuflectunt. Dum pluvialista primus tendit ad
lem suam, ante quam stabit, pluvialista secundus
ıdit in chorum, ibi a thuriferario accipit thuribu-
n et singulos canonicos duplici, singulos vero vi-
rios simplici ductu incensat, revertitur ad altare,
nuflectit, accedit ad cornu Evangelii in plano, con-
rtit se ad pluvialistam primum eumdemque (bire-

tum ante pectus tenentem) duplici ductu incensat; quo facto reddit thuribulum, accedit ad sedem suam, sumit biretum, illudque ante pectus tenens stans pariter incensatur.


10. Finito *Magnificat*, quando cantatur *Sicut erat*, pluvialistæ cum acolythis candelabra portantibus accedunt ad altare, genuflectunt, tendunt ad thronum, et inclinatione facta ascendunt ad officiatorem. Oratione ab eodem cantata inclinatione officiatori facta accedunt ad altare, ibique (si commemorationes sint faciendæ, cantant Versiculos convenientes, secus) post *Dominus vobiscum* cantant *Benedicamus Domino*, genuflectunt, accedunt ad thronum, inclinant, ascendunt, accipiunt bireta et officiatorem more solito ad altare deducunt, genuflectunt in plano et facta choro-reverentia eodem modo, quo venerunt, comitantur officiatorem in sacristiam, ante quam eidem ingressum primum cedunt, quem dein primus et ultimo secundus pluvialista sequuntur.

b) In Vesperis a dignitario celebratis.

1. In Vesperis a dignitario celebratis 4 pluvialistæ assistunt, quorum duo primi nihil cantant, sed semper apud officiatorem sunt, excepto tempore, quo cantantur Psalmi, tunc enim in sedibus suis sunt; iidem sub incensatione assistunt officiatori.


2. Egredientes ex sacristia pluvialista 3 et 4 incedunt immediate ante officiatorem et ante infimum altaris gradum ita se sistunt, ut inter eos officiator cum duobus primis pluvialistis commodum locum habeant. Genuflexione in plano facta omnes pluvialistæ cum officiatore in infimo gradu in genua procumbunt, et recitant Orationem *Aperi*. Deinde facta genuflexione et choro reverentia, statim pluvialista tertius et quartus accedunt ad sedilia; officiator cum duobus primis pluvialistis accedit ad thronum. Ad

rba *Sicut erat* (post *Deus, in adjutorium*) duo ultimi ıvialistæ accedunt ad medium altaris, genuflectunt infimo gradu, accedunt ad thronum, et inclinatione ;ta, se consistunt sicut duo pluvialistæ in Vesperis Canonico vel Vicario celebratis, quando officiatori quid debent indicare.



Duo ultimi pluvialistæ nunquam in throno locum cupant; ad omnes functiones deducuntur a subcæ-noniario.

3. Antiphona prima a 3. pluvialista indicata et ab iciatore intonata, pluvialistæ ultimi inclinatione iciatori facta accedunt ad altare, genuflectunt et ita Antiphona intonant Psalmum primum; deinde a cum duobus primis pluvialistis a throno accedenus genuflectunt et ad loca sua discedunt.



4. Post primum Psalmum, quando cantatur *Sicut erat*, subcæremoniarius deducit pluvialistas ultimos ad altare, indeque, facta genuflexione, in chorum, ubi pluvialista quartus canonico digniori indicat Antiphonam ad secundum Psalmum. Quo facto redeunt ad altare intonaturi eumdem secundum Psalmum; idemque faciunt deinceps ad omnes Psalmos.

5. Quando post quintum Psalmum cantatur *Sicut erat*, quatuor pluvialistæ cum acolythis facta genuflexione accedunt ad thronum et inclinationem faciunt; deinde duo primi pluvialistæ ascendunt, ultimi vero se sistunt sicut ad Antiphonam primi Psalmi.

6. Cantato per officiatorem *Capitulo* tertius pluvialista eidem indicat *Hymnum*, quo intonato per officiatorem duo pluvialistæ una cum acolythis faciunt inclinationem et accedunt ad sedilia, ante quæ stabunt.

7. Hymno cantato duo ultimi pluvialistæ sicut in Vesperis a Vicario celebratis cantant Versiculum, deinde cum acolythis accedunt ad thronum. Pluvialista tertius indicat Antiphonam ad *Magnificat*, quo facto ambo iterum accedunt ad altare, ibique intonant *Magnificat*.

8. Intonato *Magnificat* pluvialista tertius paululum recedit, ut officiator cum duobus primis pluvialistis a throno accedentes commode possint ad infimum gradum altaris genuflectere.

9. Genuflexione ab officiatore et omnibus pluvialistis facta, duo ultimi pluvialistæ remanent in locis suis; officiator vero cum duobus primis incensat altare.

10. Finita incensatione omnes genuflectunt super infimo gradu altaris; pluvialistæ primi deducunt officiatorem ad thronum; duo ultimi pluvialistæ sequuntur. Ante thronum consistunt omnes pluvialistæ in una serie, et primus incensat officiatorem; deinde

quatuor pluvialistæ accedunt ad altare, ubi omnes genuflectunt. Quo facto reliquis ad sedilia accedentibus pluvialista quartus vadit in chorum, eumdem incensaturus. Choro incensato pluvialista quartus revertitur ad altare, genuflectit super infimo gradu, aliquantisper recedit versus cornu Evangelii et incensat pluvialistam primum, deinde secundum et ultimo tertium, singulos duplici ductu; deinde et ipse stans ante sedem suam incensatur a thuriferario.

11. Quando post *Magnificat* cantatur *Sicut erat*, quatuor pluvialistæ cum acolythis candelabra ferentibus accedunt ad altare, genuflectunt et tendunt ad thronum, ubi consistunt sicut ad *Capitulum*.

12. Versus finem Orationis duo ultimi pluvialistæ ad altare accedunt, cantaturi (Versiculum, si facienda est commemoratio, secus) *Benedicamus Domino;* quo facto iterum revertuntur ad thronum, accipiunt bireta, accedunt cum officiatore ad altare, genuflectunt in plano, chorum salutant et eodem modo, quo venerunt, revertuntur in sacristiam.

c) In Vesperis ab Episcopo celebratis.

1. Dum Episcopus ad altare orat, pluvialistæ veniunt ex sacristia, consistunt prope thronum, deponunt bireta et genuflectunt; ubi Episcopus advenit, faciunt eidem inclinationem et ascendunt ad thronum et sub assumptione paramentorum, ubi opus est, ministrant. Postquam Episcopus sumpsit mitram, e throno descendunt, ante Episcopum faciunt inclinationem, accedunt ad medium altaris, genuflectunt, et accedunt ad sedilia sua, ante quæ stabunt ad credentiam.

2. Quando post *Deus, in adjutorium* cantatur *Sicut erat*, accedunt ad thronum Episcopi et inclinatione facta primus pluvialista se sistit ad sinistram Episcopi, ipsique tenet librum, ex quo intonabit primam antiphonam. Quo facto descendit et sistit se ad si-

nistram secundi pluvialistæ; ambo faciunt inclinationem, accedunt ad medium altaris, genuflectunt, intonant primum Psalmum, genuflectunt, inclinationem faciunt versus Episcopum et vadunt ad sedilia.

3. Quando post primum Psalmum cantatur *Sicut erat*, idem faciunt, quod supra; sed Antiphonam secundam intonat primus diaconus honorarius; ideoque primus pluvialista stare debet ad ejusdem dexteram. Notandum insuper est, duas inclinationes esse faciendas, sc. quando adveniunt ad thronum, primo Episcopo, deinde illi, qui intonabit Antiphonam; et quando a throno recedunt, primo illi, qui intonavit Antiphonam, deinde Episcopo.

4. Idem faciendum ad *Sicut erat* post secundum Psalmum.

5. Antiphonam tertii Psalmi intonabit presbyter assistens; pluvialista, qui ipsi Antiphonam indicat, stat ad ipsius sinistram.

6. Ad *Sicut erat* post Psalmum tertium pluvialistæ accedunt ad altare, genuflectunt et inclinatione facta versus Episcopum vadunt in chorum ad digniorem, qui intonabit Antiphonam quarti Psalmi. Reversi ad altare genuflectunt, inclinationem faciunt Episcopo, intonant Psalmum quartum, genuflectunt, inclinant Episcopo et vadunt ad sedilia.

7. Antiphonam quinti Psalmi intonabit secundus diaconus honorarius, et pluvialista primus stare debet ad ejus sinistram.

8. Ad *Sicut erat* quinti Psalmi primus pluvialista accipit librum a subcæremoniario, vadit ad medium altaris, genuflectit, inclinationem facit Episcopo et cantat *Capitulum*. Quo cantato libroque reddito ad eum accedit pluvialista secundus, ambo genuflectunt in medio, accedunt ad thronum, inclinationem faciunt Episcopo et pluvialista primus Episcopo indicat *Hymnum*, quo intonato revertuntur ad sedilia.

9. Sub ultima stropha *Hymni* accedunt ad medium altaris, genuflectunt, inclinationem faciunt Episcopo et cantant Versiculum; deinde vadunt ad thronum, et inclinatione facta pluvialista primus Episcopo indicat Antiphonam ad *Magnificat;* deinde accedunt ad altare, genuflectunt, et intonant *Magnificat.* Quo facto ambo parumper recedunt, ut Episcopus commode possit ad altare accedere. Ubi Episcopus advenit, pluvialistæ genuflectunt in gradu; tum pluvialista III. et IV. ascendunt in suppedaneum, genuflectunt, descendunt per gradus et ita se sistunt, ut stantes unus aspiciat alterum; pluvialista I. et II. Episcopo incensanti assistunt, fimbriasque pluvialis ejusdem elevant.

10. Quando Episcopus incensatione peracta descensurus est ante infimum gradum altaris, ubi pluvialista I. et II. stant, pluvialista III. et IV. ascendunt in suppedaneum, caput inclinant et cum Episcopo descendunt, et omnes genuflectunt, deinde secundus pluvialista vadit ad sedile prope credentiam, primus vero sequitur Episcopum usque ad thronum, ibique stat, donec presbyter assistens incensavit Episcopum. Tunc accipit thuribulum, inclinat primo Episcopo, deinde presbytero assistenti huncque incensat; deinde eidem et statim post primo diacono honorario inclinans, hunc incensat; deinde huic et statim post Episcopo et secundo diacono honorario inclinat, et hunc eumdem incensat, deinde iidem et Episcopo facit inclinationem, ad altare accedit, genuflectit et vadit in chorum, eumdem incensaturus. Ex choro reversus ante altare genuflectit, Episcopo facit inclinationem et aliquantulum recedit versus cornu Epistolæ, incensat pluvialistam secundum; deinde stans ante sedile suum et ipse incensatur.

11. Versus finem Orationis accedunt ad medium altaris, genuflectunt et inclinatione versus Episco-

pum facta, cantant (Versiculum pro commemoratione, secus post *Dominus vobiscum) Benedicamus Domino;* quo facto recedunt ad extremas partes infimi gradus altaris et adveniente Episcopo cum reliquis omnibus genuflectunt; deinde elevantes Episcopo fimbrias pluvialis cum eodem ascendunt ad altare et genuflectunt in supremo gradu. Sub benedictione elevant pluviale, descendunt cum Episcopo, genuflectunt, comitantur Episcopum ad thronum, adjuturi ministros in deponendo paramenta Episcopalia. Quo facto descendunt, et inclinatione Episcopo facta recedunt in sacristiam.

6. De officio thuriferarii.

a) Regulæ generales.

1. Thuriferarius sit ceteris altaris ministris aliquanto robustior, ut pondus thuribuli et naviculæ incensi rite sustentare possit. Nam eadem manibus æqualiter elevatis tenere debet, thuribulum videlicet dextera, pollice in manubrium seu annulum majorem immisso, altero manus ejusdem digito annulum minorem catenulæ ad coopertorium elevandum regens et sustinens, sinistra vero pedem naviculæ cum incenso et cochleari caute gestans; cotta super brachia prius reflexa, ne forte contingat illam cum thuribulo aut navicula implicari aut comburi. Incedens non agitet thuribulum, stans vero ante se a dextera ad sinistram idem agitet.

2. Curabit, ut in thuribulo prunas accensas, et in navicula thus sufficiens in granis minoribus cum cochleari mundo habeat; itemque providebit, ut navicula facile aperiri possit; decentius est, eam apertam tradere; incenso imposito bene est claudenda.

3. Ad imponendum incensum thuriferarius modo sequenti ministrat: Accedit cum subcaeremoniario, cui naviculam tradidit, ad dexteram presbyteri assi-

stentis seu diaconi, tum manu sinistra cum annulo minori elevat thuribuli operculum, cujus catenulam digito manus dexteræ sustinet; nunc manu dextera manubrium tenente et pectori applicata, sinistra thuribulum ipsum infra acceptum, apertum, et ad naviculæ, resp. ad manus imponentis altitudinem elevatum tenet, quo thus commode imponi possit, et proxime ad imponentem, facie ad eundem conversa, stat, Episcopo vero imponente genuflectit, donec thus immissum et benedictum fuerit; quibus factis denique thuribulo demisso, dextera naviculam recipit. Curabit, ne catenulæ infra impositionem incensi in aliqua parte thuribuli hæreant, vel implicentur.

4. Thuribulum, si tradendum sit, priusquam tradatur, claudendum est; tum si manu sinistra naviculam tenet, sinistra manubrium thuribuli tradat; si sinistra naviculam tenendo non est occupata, illa adjuvante manubrium in dexteram accipientis, thuribulum vero ipsum resp. catenulæ in summitate ejusdem operculi junctæ in sinistram ponantur; si vero accipiens ipse incensaturus est, manubrium in ejusdem sinistra, et thuribulum in dextra deponatur; denique qui tradidit, recedit. Si sinistra non occupata cæremoniario aut diacono tradat thuribulum, catenularum summitatem in dexteram, thuribulum vero seu catenularum inferiorem partem in sinistram tradit, ut ille deinceps contrario modo thuribulum commode porrigere possit celebranti; si vero manu dextera tenet naviculam, sola sinistra manubrium thuribuli tradit.

5. Tam ante, quam post incensi impositionem, et incensationes, ad quas thuriferarius incensanti assistit, vel quas ipse perficit, imponenti et incensandis secundum dignitatem reverenter se inclinet.

6. Incensatione finita, vel thure tantum imposito, si thuribulum redditur, thuriferarius manu sinistra idem in manubrio recipiat; si multum fumigatur, oper-

culum elevet, ne nimis nigretur, et leniter moveat; item ne ignis exstinguatur, illud leviter agitet; flammam vero solerter evitet. Si per tempus longius genuflectendum sit, navicula deposita thuribuli manubrium in manu sinistra, catenulas fere in summitate operculi junctas in dextera sumere potest, ut ipsum rite et facile movere possit. Thuribulum remotius a terra teneat, ne percutiendo terram prunæ accensæ in tapete excidant.

7. In exitu e sacristia et in reditu in eam thuriferarius quoad ordinem primus et solus est; si vero ad benedictionem aliquam progreditur, ad sinistram habet servientem de aqua; in processione cum Ss. Sacramento duo sunt thuriferarii, et in longioribus insuper duo navicularii assistere possunt; thuriferarii ad se ipsos semiversi procedunt, moventes continue et tractim sua thuribula fumantia, unus manu dextera, alter manu sinistra, altera manu pectori apposita, quasi sternendo viam Ss. Sacramenti cum odore incensi.

8. Incensatio denique ipsa rei aut personæ alicujus fiat modo sequenti: Incensaturus manubrii annulum majorem sinistra infra pectus posita tenet, dextera vero thuribuli clausi catenulas in summitate operculi junctas complectit; tum inclinatione debita præmissa thuribulum ipsum versus rem aut personam incensandam ducit, reducitque semel, vel bis vel ter, prout in casibus singulis dicetur, quin ipse ducendo et reducendo in corpore moveatur; denique inclinationem repetat.

9. Quando reddito thuribulo prorsus non est opus, thuriferarius, facta reverentia erga crucem et celebrantem, per suam dexteram sese vertens linea recta, non obliqua, super gradus latiores descendit, ante quorum infimum genuflectit et deinde in sacristiam recedit, ubi thuribulum reddit ministro.

b) In Missa solemni.

1. Ante exitum signo dato thuriferarius ad incensum imponendum modo præscripto ministrat, subcæremoniario navicula tradita etc. (vide supra n. 3.) dein reverentia cruci facta, portans thuribulum e sacristia progreditur ad altare, coram quo cum ceteris genuflexionem, reverentiasque debitas facit. Ss. Sacramento exposito flexione utriusque genu facta, transit ad credentiam, ibique stat. Dominicis diebus, quibus aqua benedicta aspergitur, impositione incensi omissa thuribuloque relicto, thuriferarius cum ceteris exit, reverentiisque factis (nisi portare debeat aspergillum) ad locum suum apud credentiam transit, unde aspersione finita in sacristiam, et inde thuribulum et naviculam portans, genuflectit in medio et ad locum priorem redit, ubi stat inter duos acolythos moxque ad incensum imponendum ministrat.

2. Sub oratione a gradibus dicta thuriferarius in cornu Epistolæ, in medio ante credentiam stat, qua oratione finita, et celebrante ad altare ascendente ipse præmissa genuflexione in plano cum subcæremoniario per gradus laterales fere ad medium altaris ad diaconi dexteram ascendit, ubi stans incensum imponendum curat, thuribulum clausum tradit, naviculaque recepta per eamdem viam in planum cornu Epistolæ descendit, ubi exspectat, donec incensatio altaris et celebrantis finita fuerit; tum thuribulo recepto in medium altaris, et dein in sacristiam redit, et eisdem ibi depositis, ad altare reversus ad credentiam se sistit. SS. Sacramento exposito ad *Aufer a nobis* genuflexione in plano facta, ascendit super suppedaneum, in quo stans, præsentat thuribulum. Tradito diacono thuribulo descendit, et utroque genu flectit toto tempore, quo incensatur Ss. Sacramentum. Incensatione SS. Sacramenti finita statim surgit, et deinceps accedit recepturus thuribulum, et facta ante

altare in medio presbyterii flexione idem apertum portat in sacristiam.

3. Deficientibus vel alias impeditis assistente et cæremoniario, tempore incensationis hujus ante Introitum, et serius illius ad Offertorium, officium thuriferarii esset, navicula deposita librum cum pulpito seu cussino et lumine forte necessario ab altari removere, posteaque ibidem restituere; nisi hoc ex loci consuetudine facere debeat cæremoniarius.

4. Epistola a subdiacono cantata, thuriferarius in sacristiam recedit, et cum thuribulo reversus in cornu Epistolæ exspectat; tum celebrante ab Evangelio lecto in medium altaris redeunte, modo præscripto incensum imponendum curat, quin tamen thuribulum tradat, naviculaque recepta, per gradus laterales in planum descendit et in medium ante altare redit, ubi cum cæremoniario post levitas, et ante acolythos stat, usque dum musica seu cantus finiatur; tum genuflexione cum levitis facta ad locum Evangelii eosdem sequitur, et post diaconum a sinistris subcæremoniarii stat, facie ad librum Evangelii versa, thuribulum suaviter ducens.

5. Incipiente diacono: *Sequentia* vel *Initium etc.* thuribulum claudit, manu dextera tenet et subcæremoniario porrigit; tum signum crucis pollice signat in frontem, os et pectus, incensatoque libro thuribulum recipit, et manens in eodem loco agitat. Item diacono finiente, subcæremoniario thuribulum offert; dum celebrans incensatur, thuriferarius stat ad sinistram diaconi, thuribuloque recepto in medio genuflectit, et in sacristiam reportat. Si vero *Credo* non dicitur, manet.

6. Dicto ad Offertorium *Dominus vobiscum* thuriferarius in sacristiam recedit, et inde cum thuribulo et navicula accedit, eaque, oblatis benedictis, dia-

cono offert, uti ante Introitum et Evangelium. Navicula recepta ad locum suum in cornu Epistolæ reversus exspectat diaconum, cui celebrantem et assistentem incensanti assistit, descendentique in chorum ad Digniorem præcedit, quocum reverentias altari et incensandis facit, et ad cujus sinistram in incensationibus stat. Quibus finitis cum eodem ascendit, et subdiacono incensato, thuribulo recepto naviculaque in credentia deposita vel subcæremoniario comitanti tradita diaconum incensat, dein reliquos ministros altaris chorumque minorem modo sequenti:

7. Primum ipsum diaconum ductu duplici incensat, dein cæremoniarium, subcæremoniarium et acolythos, quemlibet simplici ductu, prævia et sequente capitis inclinatione modica; tum in medium presbyterii reversus, facta genuflexione, ad clerum minorem in parte Evangelii versus, eundem inclinatione summatim salutatum incensat triplici ictu, scilicet in mediam, ad partem sui ipsius sinistram et dexteram; dein simili modo alium clerum in parte Epistolæ; denique usque ad finem chori regressus in medio, Ss. Sacramento vero exposito fere ad latus Evangelii, ad populum versus eundem modo eodem salutat et incensat, quibus finitis in presbyterium ad locum suum et denique thuribulo naviculaque receptis in sacristiam revertitur.

* Si ante vel inter incensationes suas has musica vel cantus finiretur, celebransque seu officiator cantare inciperet, tum thuriferarius incensato diacono, seu clero minore in altari ministrante, illas sistat, reliquas vero cœptas finiat.

** Item si initio incensationum harum thure jam cremato thuribulum minime fumigaret, a subcæremoniario incensum novum imponendum curare deberet.

8. Præfatione finita post *Sanctus* thuriferarius cum thuribulo rediens in cornu Epistolæ stat. Ad verba: *Quam oblationem etc.* ad subcæremoniarium vadit, eique navicula tradita thuribulum apertum ad incensum imponendum porrigit, naviculaque recepta et prope se reposita, in eodem cornu Epistolæ genuflexus hostiam, dum elevatur, et similiter calicem ter incensat, nimirum cum celebrans adorat, elevat et deponit, ante et post utramque elevationem profunde se inclinans. Tum navicula recepta, quando celebrans in Oratione *Supplices* osculatur altare, recedit in medium presbyterii, ubi, si funalia ferentes adsint, cum eisdem genuflexione facta in sacristiam revertitur, unde, navicula et thuribulo depositis, in locum suum redit, et genuflectit vel stat, uti ceteri, usque ad finem.

c) In Missa solemni a Canonico vel Dignitario celebrata.

1. Quando aquæ benedictæ aspersio præmittenda est Missæ, thuriferarius signo a cæremoniario dato vas aquæ benedictæ portans primus exit ex sacristia, ad altare, ubi quatuor fere passus ab infimo gradu in medio presbyterii se sistit, cum omnibus genuflectit et reverentiam a cæremoniario indicatam choro facit; deinde statim accedit ad diaconum, cui tradit aspergillum. Dum celebrans cantat *Asperges me*, thuriferarius genuflectit retro post diaconum in plano, moxque eumdem sequitur sub aspersione. Recepto aspergillo in medio presbyterii genuflectit et aspergillum portat in sacristiam.

2. Sub *Confiteor* thuribulum portans ex sacristia accedit ad credentiam, ibique se sistit facie ad altare conversa.

3. Ad *Aufer a nobis* genuflectit ad dexteram cæremoniarii, eidem tradit naviculam, in suppedaneum ad dexteram diaconi ascendit etc. (ut supra pag. 560. n. 3.); incenso imposito thuribulum tradit diacono et

absque genuflexione descendit in planum. Dum celebrans incensatur, thuriferarius ad sinistram diaconi stat, paululum retro post eumdem.

4. Thuribulo in sacristiam reportato revertitur ad locum suum ante credentiam, ubi faciem vertit ad altare, quando ibi est celebrans, ad populum vero, quando celebrans est in faldistorio.

5. Inclinationes sub *Gloria* et *Credo* et genuflexio sub *Credo* fiunt versus altare.

6. Si subcæremoniarius vel cæremoniarius absit, vel impeditus sit, sub ultima Collecta subdiacono affert librum Epistolarum (portans eumdem modo supra, pag. 524. descripto); libro tradito, cum subdiacono (retro post eumdem) ante infimum gradum altaris accedit, ibique facta genuflexione tendit in sacristiam, inde thuribulum allaturus.

7. Evangelio per celebrantem lecto modo solito imponitur incensum; quo facto thuriferarius sumit thuribulum in manum dexteram et cum cæremoniario ad medium altaris tendit, ibique cum eodem facit inclinationem etc. (ut supra pag. 561. num. 4.)

8. Ad finem *Credo* cum celebrante et levitis accedit ad altare, genuflectit et vadit ad sacristiam.

9. Ad *Offertorium* oblatis, altari et celebrante more solito incensatis, thuriferarius comitatur diaconum ad chorum. Choro incensato diaconus incensat subdiaconum; deinde thuriferarius duplici ductu incensat diaconum, genuflectit in medio et thuribulum reportat in sacristiam, ibidem mansurus usque ad *Sanctus*.

10. Post *Sanctus* etc. (ut supra pag. 566. num. 8.)

11. Versus finem *Pater noster* una cum subdiacono genuflectit in plano, per viam breviorem ad altare ascendit, et eidem subdiacono aufert velum humerale, quod deinceps, genuflexione cum subdiacono facta, extendit in credentia.

12. Pacem accipit a cæremoniario, eamdemque dat duobus acolythis.

13. Finito ultimo Evangelio cum cæremoniario vadit in medium ante altare, inclinationem, genuflexionem et chori reverentiam facit, et præcedit ad sacristiam, ante quam se sistit.

d) In Missa Pontificali.

Præter dicta notandum, incensum ad initium Missæ, et ad Evangelium in throno imponi, presbytero assistente naviculam, et thuriferario genuflectente thuribulum præbentibus, (si ad altare ministratur incensum, thuriferarius naviculam tradit diacono); tum thuriferarium diaconum ad benedictionem pro Evangelio petendam procedentem sequi debere, et post eum ultimum genuflectere, et benedictione finita in locum redire; denique eumdem ministros altaris minores incensaturum post subcæremoniarium prius servientes de mitra, libro, gremiali, tum illos de pedo, et lumine et chirothecis, dein ceroferarios et funalia ferentes, singulos simplici ductu, denique reliquos in choro more solito incensare debere, quod et in Vesperis observandum est. In Missa hac pacem, si per amplexum datur, a subcæremoniario primus accipit; tum cum eodem ad servientem de mitra, et postea ad alterum de pedo accedit, a quibus, ut pacem accipere et dare possint, mitram et pedum interim tenenda assumit; denique ipse pacem acolythis et ad funalia deputatis, si coram altari adsint, dat.

1. Quando Episcopus ex throno procedit ad altare, thuriferarius venit e sacristia et ante altare se sistit inter servientes de lumine et de libro, ita tamen, ut ad dexteram suam locum habeat subcæremoniarius; cum omnibus genuflectit et ad sinistram subcæremoniarii vadit ad credentiam.

2. Ubi Episcopus ascendit ad altare, illudque osculatur, thuriferarius cum cæremoniario genuflectit ad infimum gradum altaris in cornu Epistolæ, ascendit in suppedaneum, et immediate juxta mensam altaris, ad dexteram cæremoniarii ministrat thuribulum, et incenso more solito imposito et benedicto thuribulum tradit diacono, descendit; dum Episcopus incensatur, stat ad sinistram diaconi, (paululum retro post eumdem), a quo thuribulum recipit.

3. Quo facto statim cum subcæremoniario vadit in medium presbyterii, sistit se inter servientes de libro et de lumine, genuflectit cum omnibus, vadit in sacristiam, unde reddito thuribulo revertitur, genuflectit, et inclinatione versus Episcopum facta vadit ad credentiam.

4. Quando subdiaconus et subcæremoniarius versus ultimam Collectam vadunt ad altare, eos sequitur, in medio genuflectit, et inclinatione Episcopo facta, vadit in sacristiam thuribulum sumpturus.

5. Epistola cantata e sacristia revertitur, thuribulum more solito portans, genuflectit in medio, inclinationem facit Episcopo et se sistit ad credentiam in loco consueto.

6. Ubi diaconus osculatus est annulum Episcopi, thuriferarius vadit ad thronum, inclinationem facit Episcopo, ascendit ad eumdem, tradit naviculam canonico assistenti, genuflectit sub impositione incensi, surgit, et recipit naviculam, descendit, et inclinatione facta vadit in medium, ubi se sistit ad sinistram subcæremoniarii.

7. Cum diaconus librum tenens descendit de altari, thuriferarius genuflectit et duos levitas sequitur ad thronum ubi inclinatione facta sistit; quando diaconus benedictione accepta descendit, thuriferarius inclinationem facit Episcopo et cum subcæremoniario

post levitas revertitur in locum, unde exierunt *(vide fig. 2. in pag. 608.)*; musica finita genuflectunt, et tendunt ad locum, ubi cantaturEvangelium et quidem hoc ordine: præcedunt 2. acolythi, sequuntur duo levitæ, deinde venit thuriferarius thuribulum in dextera portans, qui in loco destinato stat ad sinistram diaconi, (paululum retro post eumdem), et convenienti tempore thuribulum dat subcæremoniario.

8. Evangelio cantato thuribulum iterum tradit subcæremoniario, quocum vadit ad thronum; ubi canonici Episcopum incensantis pluviale elevat; Episcopo incensato cum assistente inclinationem facit et a subcæremoniario recipit thuribulum, vadit cum subcæremoniario in medium, genuflectit, inclinationem facit Episcopo et portat thuribulum in sacristiam, reponit thuribulum, revertitur, genuflectit in presbyterio, et inclinatione Episcopo facta, vadit ad credentiam

9. Versus finem *Credo* thuriferarius vadit in sacristiam, præparat thuribulum et Episcopo ex throno ad altare procedente, revertitur e sacristia, genuflectit in presbyterio, et tendit ad credentiam.

10. Quando subdiaconus patenam tenens de altari descendit, thuriferarius ascendit in suppedaneum etc. *(ut supra n. 3.)* Episcopo incensato ad sinistram diaconi stat, dum hic incensat subdiaconum. Subdiacono incensato thuriferarius recipit thuribulum, duplici ductu incensat diaconum, genuflectit et vadit ad credentiam, inde sumit naviculam, redit in medium presbyterii, genuflectit cum omnibus et ad sinistram subcæremoniarii ceroferarios præcedit in sacristiam *(vide sequentes figuras)*, et eodem ordine inde revertuntur.

Altare

Ceroferarii			Ceroferarii
6. 4. 2.	Thurif.	Subcær.	1. 3. 5.

Sacristia

Subcær. Ceroferarii

1. 3. 5.

2. 4. 6.

Thurif. Ceroferarii

11. Ad *Sanctus* iidem eodem ordine revertuntur, e sistunt in presbyterio ut supra *(fig. 1.)* et genufletunt; dum ceroferarii manent genuflexi, thuriferaius cum subcæremoniario vadit ad credentiam.

12. Ad *Hanc igitur* subcæremoniarius incensum onit in thuribulo; quo facto thuriferarius genuflexus a infimo gradu altaris in cornu Epistolæ ad utramue elevationem triplici ductu incensat SS. Sacraaentum.

13. Ad *Supplices* thuriferarius surgit et cum subæremoniario ante altare se sistit ut supra *(in num. 10. g. 1);* ceroferarii surgunt, omnes genuflectunt et orine supra descripto *(num. 10. fig. 2.)* vadunt in sacritiam, revertuntur, et simul genuflectunt in medio; einde unus post alterum tendunt ad credentiam.

14. Quando subdiaconus calicem ex altari ad crecentiam reportat, thuriferarius velum humerale exendit super eumdem calicem.

e) In Missa de Requiem.

Sine incenso imposito et sine thuribulo et navicula exit manibus ante pectus junctis, et manet ante redentiam; ad Evangelium more solito, attamen ine thuribulo assistit; ad Offertorium tandem thuriulum cum navicula affert, et statim post incensatio-

nem celebrantis refert, et redit. Sanctissimum in elevatione ipse non incensat, sed ad *Quam oblationem etc.* navicula subdiacono tradita eidem thuribulum offert, quod dein navicula recepta, eidem, ut Sanctissimum incenset, tradit, ipso post incensantem genuflectente in plano. Tum thuribulo recepto et in sacristiam relato, vadit in medium et ad credentiam flectit utroque genu usque ad *Agnus Dei.*

f) In Vesperis a Vicario, Canonico et Dignitario celebratis.

1. Thuriferarius ad sinistram cæremoniarii ex sacristia procedit post acolythos ad altare (in Vesperis Canonicorum præcedit cum cæremoniario ante acolythos) et se sistit ante scabellum pluvialistæ secundi celebrantem exspectans, et deinde in medio chori genuflectit et recitat orationem *Aperi.*

2. Quum acolythi ad eum accedunt, surgit et simul cum ceteris genuflectit et salutat Canonicos ab utraque parte capitis inclinatione et statim in chorum cum acolythis descendit in locum suum.

3. Sub finem quinti Psalmi cum acolythis iterum ascendit et, genuflexione post sedilia facta, in sacristiam ad præparandum thuribulum vadit.

4. Egredietur e sacristia ad finem Hymni et post pluvialistas genuflectit et inclinatione erga celebrantem facta ante credentiam se sistit.

5. Pluvialistæ, præmissa in plano genuflexione, primo naviculam in altaris predella stans porrigit et eadem recepta thuribulum. Incensatione altaris peracta thuribulum de manu pluvialistæ recipit, reddit eidem vero ad sedem pro thurificatione celebrantis; post cujus incensationem thuribulum recipit, vadit cum pluvialistis ad medium altaris et, genuflexione a tergo eorum facta, descendit cum secundo pluvialista ad dexteram ejus in chorum ad incensandos Canonicos; thuribulum ei porrigit et pluviale elevat. Reversus,

luvialista primo per secundum incensato, hunc incensat duobus duplicibus ductibus stans ad cornu Evangelii.

6. Incensatione pluvialistæ facta vadit post scaella pluvialistarum ad medium presbyterii, facit genuflexionem et vadit statim in sacristiam. Si vero cantus nondum finitus est, vadit (genuflexione in medio facta) ad dexteram pluvialistæ primi et hic stans incensat cæremoniarium unico ductu et acolythos unico ictu et, si fieri potest, ceteros clericos, et, genuflexione in medio chori facta, populum per modum unius. Deinde redit in medium presbyterii, genuflectit et statim recedit in sacristiam.

7. Relicto thuribulo revertitur ad credentiam (ut ad n. 4.). Ad ultimum *Dominus vobiscum* facit cum acolythis inclinationem erga celebrantem et vadit cum iis in medium altaris, genuflectit et in medio inter acolythos se sistit.

8. Ad finem genuflectit, chorireverentiam cum ceteris facit et recedit in sacristiam (ut ad num. 1.). [*Vide offic. acolyth. pag. 539. n. 13.*]

9. Episcopo assistente tantum seu præsente ad Vesperas et Missam, et non celebrante, thuriferarius, quoties incensum imponendum est, toties ad eumdem in throno suo, ut imponat, accedit, naviculaque ejus assistenti tradita etc.

g) In functionibus in festo Purificationis B. M. V.

1. Indutus superpelliceo præcedit, nudo capite, manibus junctis; genuflexione ante altare cum ceteris facta, se sistit ad credentiam.

2. Dum ultima Oratio recitatur, sumptis sinistra navicula et dextera thuribulo, accedit ad cornu Epistolæ prope diaconum; genuflexione facta in plano ascendit ad diaconum; benedicto incenso more so-

lito parum recedit, deponit naviculam super credentiam, traditque thuribulum diacono absque osculis.

3. Celebranti tradit candelas distribuendas, osculando cereum tantum; ipse post acolythos suum recipit cereum.

4. Distributione candelarum finita præparat thuribulum. Post Orationem *Exaudi, quæsumus, Domine* modo consueto ministrat incensum, et facta genuflexione stat retro post subdiaconum, facie versa ad altare.

5. Dum diaconus cantat *Procedamus in pace*, genuflectit et incedit primus post cantores (si sint laici) thuribulum fumigans gestans; dum in chorum regreditur, genuflectit.

h) In functionibus feriæ V. in Cœna Domini.

1. Peracta Missa duo thuriferarii cum navicula, genuflexione præmissa accedunt ad dexteram diaconi, prior propius ad illum stans; hic accepto thure parum retrocedit, alter appropinquat, dein accepto thure, ac genuflexione facta accedit ad cornu Epistolæ, in plano. Primus genuflexione facta redit ad diaconum, a quo accipit naviculam, et thuribulo eidem tradito, paululum se retrahit, dorso non verso ad SS. Sacramentum. Thuribulo resumpto ac genuflexione facta, accedit ad cornu Evangelii, in quo in plano flectit utroque genu.

2. Dum celebrans intrat sub baldachinum, ipsi stant in anterioribus angulis baldachini, tenentes thuribulum et naviculam primus quidem manu sinistra, secundus vero manu dextera; agitant alternatim thuribula, continue dirigentes ictus versus SS. Sacramentum, addentesque incensum, si opus est.

3. Pervenientes ad sepulchrum incensare desinunt et paulisper retrocedunt; dum cantatur *Genitori Genitoque* primus accedit ad celebrantem, qui thus imponet in thuribulum.

4. SS. Sacramento incensato, brevique adoraone instituta, redeunt primi ad sacristiam, et quidem reviori via.

i) In functionibus feriæ VI. in Parasceve.

1. Ad altare præcedit omnes, manibus junctis, bsque thuribulo, genuflectit et accedit ad locum, ubi ectit utroque genu.

2. Celebrans et ministri surgunt, ipse removet num ex pulvinis.

3. Ad Evangelium non defert incensum.

4. Absoluta crucis adoratione duo thuriferarii um thuribulis et navicula accedunt ad medium chori, el extra cancellos, et vertunt se ad altare; discesuri ad capellam SS. Sacramenti genuflectunt.

5. Ante fores capellæ facta flexione utriusque enu cum inclinatione, discedunt ad latus sinistrum, bi flectunt utroque genu.

6. Sub impositione incensi et in processione eaem observant, quæ heri.

7. Dum processio pervenit ad altare, primus ad ornu Epistolæ accedit, secundus ad cornu Evangelii; nox primus præmissa genuflexione accedit ad deteram diaconi, cui porrigit thuribulum.

8. Quando celebrans ascendit ad altare, primus edit in locum suum; alter genuflexione facta discelit in sacristiam moxque revertitur et flexis genibus enet naviculam.

9. SS. Hostia per celebrantem ex calice super orporale posita, thuriferarius cum socio ferente naviculam, præmissa genuflexione, accedit et ministrat huribulum. Incensatione peracta (celebrans non inensatur) thuribulum refert in sacristiam, redit et facta genuflexione, flectit utroque genu ad credentiam.

10. Officio absoluto discedit primus, manibus unctis.

k) In functionibus Sabbati sancti.

1. Vacuum thuribulum et naviculam portans ad dexteram acolythi procedit extra ecclesiam, ibique se sistit retro post diaconum a dexteris ejus, aut retro post acolythum, qui defert grana incensi.

2. Finita novi ignis benedictione ponit carbones benedictos in thuribulo, quod porrigit more solito.

3. Incenso benedicto præit processioni, thuribulum leviter agitans, ad sinistram habens deferentem naviculam.

4. Ecclesiam ingressus consistit, et dum cantatur *Lumen Christi*, flectit utroque genu.

5. Quando celebrans bireto tradito ascendit in suppedaneum, recedit ad cornu Evangelii, ibique stat prope gradus.

6. Diacono accedente ad pulpitum, in quo cantabit *Exsultet*, ipse, præmissa genuflexione incedit cum illo, qui defert naviculam et cum illo, qui defert grana incensi, et se sistit ad dexteram subdiaconi.

7. Finito *Exsultet* discedit primus, genuflexione facta, et redit ad sacristiam, aut retro post altare.

8. Prophetiis cantatis cereum paschalem accensum utraque manu sumit, et absque genuflexione et inclinatione in medio presbyterii se sistit prope alios, cum iisdem processurus ad fontem baptismalem, unde absoluta benedictione primus discedit.

9. Ante *Introitum* ad *Offertorium* et ad *Magnificat* thuribulum et incensum ministrat more solito. Sub *Magnificat* thurificat diaconum, acolythos et populum, facta genuflexione thuribulum reportat in sacristiam, deinde redit ad locum suum.

7. De officio cruciferi.

1. Si requiritur in processionibus crucifer *paratus*, sit in ordine subdiaconatus; alias sit in ordine acolythatus constitutus et cotta indutus.

2. Crucem ambabus manibus ita tenet et portat, ut imago Crucifixi non respiciat ad deferentem vel ad officiatorem, sed prospiciat ad populum, qui antecedit. *(S. R. C. 18. Maii 1675.)*

3. Si crux ante Archiepiscopum aut alium cruce utentem fertur, ipsa crux immediate ante Archiepiscopum per aliquem capellanum (clericum) defertur, imagine Crucifixi ad Archiepiscopum conversa, inter quam et Archiepiscopum nullus omnino incedat; est enim insigne ipsius; quando vero Archiepiscopus procedit ad Missam celebrandam, crux eodem modo defertur per subdiaconum paratum et quidem ante Canonicos paratos tantum, non autem ante alios de clero; quando Archiepiscopus in Vesperis solemnibus dat benedictionem, crux tenetur per aliquem capellanum genuflexum. *(Cærem. Episcop. I. 15. 2., II. 8. 27., II. 2. 11.)*

4. In progressu, processione, et regressu est cleri primus, et inter 2 acolythos cum candelabris et candelis accensis incedit; si vero thuriferarius et aquam benedictam portans adsunt, illis relinquit primum locum.

5. Transiens ante crucem aliquam vel ipsum SS. Sacramentum, in quibus casibus omnes alii genuflectunt, ipse non genuflectit, sed tantum caput inclinat.

6. In benedictionibus et aliis functionibus congruenti spatio stat vel versus benedicentem seu officiatorem, vel ita, ut ille crucem habeat ad suam sinistram, facie et Crucifixo ad ipsum prospicientibus.

7. Coram cruce alia exposita, e. g. in altari, crucifer cum cruce sua abeat; excepto, quod ad benedictionem et indulgentias Archiepiscopi vel Privilegiati adversus eumdem spatio congruenti cum cruce sua, imagine ad eumdem versa, stat, sub benedictione genuflectit, eaque data abit.

8. De officio servientis de chirothecis et annulo.

De chirothecis et annulo in Missa tantum Pontificali et solemni, sed non nigri coloris servitur.

1. Serviens de his accipit pelviculam argenteam, in qua chirothecæ explicatæ jacent.

2. Postquam Episcopus sumpsit tunicellam, serviens hic diacono pelviculam suam offert ad annulum deponendum; antequam Episcopo imponatur planeta, minister hic accedit cum dicta pelvicula et ministris chirothecas ministrat, dexteram scilicet diacono, sinistram subdiacono cum debitis reverentiis altari et Episcopo ante et post; quando Episcopus sumpsit planetam, minister de chirothecis presbytero assistenti in pelvicula offert annulum; quo facto pelviculam ponit in credentia, quæ est prope thronum, et sistit se prope pedum ferentem, locum relinquens ferenti lumen.

3. Procedit et redit cum serviente de gremiali, et stat vel genuflectit coram altari ad sinistram ejus, qui pedum defert; et in throno vel faldistorio ad sinistram servientis de lumine.

4. Offertorio ab Episcopo dicto ad eumdem cum pelvicula sua accedit eique reverentiam facit; tum coram eodem sedente genuflexus pelviculam præbet diacono assistenti ad chirothecas reponendas, quibus impositis surgit et descendit, et reverentia unacum acolythis advenientibus Episcopo facta recedit; si annulus quoque hic depositus sit, ad eum assumendum pelviculam presbytero assistenti porrigit, et reverentia facta recedit.

5. Pacem, si per amplexum datur, serviens hic in loco suo ad credentiam a lumen ferente accipit.

6. Eodem modo in Missis pro ordinibus conferendis ante inunctiones chirothecas accipit, quas unctionibus finitis et manibus lotis statim reddit, et iterum

blationibus factis ante manuum lotionem accipit, uas postea non reddit, quia non amplius sunt usui.

7. In fine cum Episcopus exuitur, stola deposita erviens de chirothecis cum pelvicula annulum accipit, quem vero presbytero assistenti statim, vel si nanuum lotio fiat, post eamdem reddit.

9. De officio servientis de gremiali.

Serviens de gremiali in Missa tantum Pontificali it solemni, cum Episcopus planeta utitur, adest.

1. Serviens hic accipit gremiale, cum Episcopus paramentis induitur, et complicatum ante pectus manibus ambabus tenet.

2. Procedit et redit cum serviente de chirothecis ad ejus dexteram, ante servientem de libro; et stat vel genuflectit coram altari ad dexteram ejus, qui mitram; et in throno vel faldistorio ad dexteram llius, qui librum fert.

3. Imponitur gremiale Episcopo sedenti hoc modo: Serviens cum illo ad Episcopum accedit, cui reverentiam facit; tum ad eumdem super gradus ascendit, et coram sedente genuflectit; dein gremiale osculatur, et explicatum gremioque Episcopi per assistentem a dextris impositum ordinat, interim vel postea, si bene fieri potest, ejusdem manum dexteram resp. annulum osculans, quibus rite factis surgit, et descendit, reverentiaque facta recedit; cum Episcopus surgit, antequam mitra eidem auferatur, ipsum gremiale per assistentem a sinistris de gremio Episcopi ablatum reverenter accipit et complicatum ante pectus ambabus manibus tenet.

4. Imponitur autem illud casibus sequentibus: a) dicto ab Episcopo cum suis *Kyrie;* b) item post dictum Hymnum *Gloria;* c) ad Epistolam; d) post dictum Symbolum *Credo:* — nisi forte musica seu cantus mox ad finem suum veniret; post lotionem manuum Epis-

copi, lecto *Offertorio*, gremiale super abaco reponitur, cum eo amplius utendum non sit.

5. Musica ad casus dictos finiente iterum accedit, reverentiam Episcopo facit, et antequam mitra eidem aufertur, gremiale reverenter recipit, prius manum, dein gremiale osculans, quod dein, reverentia Episcopo iterata, reportat et complicatum tenet.

6. De pace accipienda vid. pag. 507.

7. Cum Episcopus insuper in ordinibus conferendis, in oblationibus recipiendis, in unctionibus seu consecrationibus, in candelis et ramis olivarum tradendis, sicuti in cineribus distribuendis pro gremiali mappa linea utitur, de eadem minister idem serviet.

10. De officio servientis de lumine.

Serviens de lumine Episcopo in omnibus functionibus solemnibus ministrat et quidem lumen stans tenet, quoties Episcopus stans legit ex libro, genuflexus vero, quoties Episcopus sedens legit.

1. Sinistra aperta pectori admota, dextera in instrumento argenteo, quod bugiam seu palmatoriam vocant, candelam accensam tenet et defert, etiamsi aër sit lucidus et clarus, ita ut lumen ad videndum non sit necessarium, et omni loco et tempore, quo Episcopus e libro aliquid legit vel cantat, lumen ad altitudinem libri offert, ad dexteram librum tenentis, et ad sinistram Episcopi.

2. Procedit cum lumine in bugia, a sinistris de libro servientis; et stat, si in munere suo non sit alibi necessarius, in faldistorio seu throno ad sinistram pedum ferentis et coram altari ad dexteram ferentis baculum.

3. Quotiescumque serviens de libro, aut subcæremoniarius cum alio libro ad Episcopum accedit, pari passu cum illo et ipse advenit, et sicut ille stans vel

;enuflexus cum lumine suo servit, ante et postea ›rofunde se inclinans.

4. In Missa, si Offertorio lecto et altari thurificato nissale in altari positum est, bugiam cum candela ubcæremoniario tradit, et manibus junctis in loco uo stat vel genuflectit, donec eamdem in fine, libro :lauso, ab eodem recipit.

5. Pacem, quæ per amplexum datur, in loco suo , mitram ferente accipit.

6. Has regulas generales nunc speciales quæ-lam sequuntur de candela offerenda, quæ offertur

a) in Missa α) cum Episcópus ante Missam accessum, et post eamdem recessum dicit, serviente de lumine ad Episcopi sinistram genuflexo.

β) iterum in throno seu faldistorio, cum Introitus, Gloria, Orationes, Epistola cum sequ., Evangelium, Credo et Offertorium dicuntur, ministro ad unumquodque accedente et postea recedente; (dicto Offertorio lumen ponitur in altari juxta Missale).

b) in Vesperis α) in throno vel faldistorio, cum Episcopus 1mam Antiphonam, Hymnum et Antiphonam ad Magnificat intonat;

β) ibidem cum Orationem cum commemorationibus forte necessariis e libro cantat;

7. Episcopo assistente tantum et non celebrante ›erviens de lumine locum suum habet in throno ad ›inistram canonici, qui ipse ad sinistram Episcopi est, ›t coram altari post Episcopum, ad servientis de ibro sinistram; et in throno cum lumine suo ad Epis-;opum accedit, quotiescumque serviens de libro ad-'enit, ad cujus officium in sequentis paragraphi n. 12. 'espiciendum est.

11. De officio servientis de libro.

Serviens de libro Episcopo in omnibus functionibus solemnibus adesse debet.

1. Prævideat librum suum, ex quo Episcopus aliquid intonaturus, cantaturus et lecturus est; signaculaque ejus in locis suis recte disposita bene observet, et accurate teneat, ne, cum dicendum aliquid erit, indecenter huc illuc folia vertere cogatur.

2. Episcopo ante Missam ex libro Canon dicto accessum orante, serviens de libro ad orantis dexteram stans cum socio ad sinistram stante librum ad orantis commoditatem elevat ac tenet.

3. Quum Episcopus oratione sua ex libro hoc finita surgit, serviens hic libro secum sumpto genuflectit et ad credentiam vadit. Episcopo dalmaticam induente librum ad altare portat, ad thronum revertitur et inclinatione facta ibi stat ad dexteram Episcopi.

4. Liber, si alias manibus tenetur et defertur, semper sit clausus, et parte ea, quæ aperitur, ad sinistram respiciat. Si cum serviente de lumine ad Episcopum accedit, reverentiam eidem facit; quod etiam fit, si ab eo recedit; attendat vero, ut cum serviente dicto in accessu et regressu bene in faciendis reverentiis conveniat.

5. Si cum libro ad Episcopum accedit, reverentia prius facta librum aperit, et ab inferiori parte manibus ambabus tenet, communiter usque ad frontem suam inclusive, et capiti suo imponendo, pro statura legentis altius vel demissius ad illius commoditatem, regulariter stanti stans, et sedenti genuflexus.

6. Librum hoc modo tenens numquam se movet, neque inclinando, neque genuflectendo, etiamsi Episcopo et omnibus aliis tale quid facientibus, cum pulpiti instar sit.

7. In Ordinibus conferendis, et omnino in functiobus pontificalibus, quando Episcopus extra altare ad ordinandos vel populum conversus ex libro aliquid legere debet, eodem modo, ut supra, librum tenet, sed aliquantulum ad ejusdem sinistram stans vel genuflexus, ut Episcopus commodius benedicere possit ordinandis vel aliis.

8. Lectis legendis descendit, et libro clauso reverentiam Episcopo facit, dein in locum suum recedit.

9. Procedit et redit librum portans cum serviente de lumine, et stat vel genuflectit coram altari ad sinistram, in sede vero semper ad dexteram servientis de mitra.

10. In Missa si pax per amplexum datur, eamdem in loco suo a thuriferario accipit.

11. Accedit autem cum libro specialiter in Missa ad Introitum, Orationes, Epistolam cum Sequentia, Evangelium et Offertorium; in Vesperis ad Orationem tantum et commemorationem forte addendam; et in Completorio, ab initio usque ad primum Psalmum et ad Orationem post *Nunc dimittis.*

12. Episcopo assistente tantum et non celebrante serviens de libro in throno ad dexteram assistentis, coram altari vero post Episcopum stat vel genuflectit; dein librum suum modo supradicto Episcopo ministrat, in Vesperis ad Orationem et in Missa ad Introitum, Epistolam, Evangelium et Offertorium, ab Oratione *Deus, qui humanæ* usque ad *Agnus Dei.*

12. De officio pedum seu baculum ferentis.

1. In receptione Episcopi et ejusdem reductione fungi potest officio cruciferi; Episcopo ante paramenta sumenda orante, stat ad credentiam; dum Episcopus paramentis induitur, ipse ultimus omnium accedit, baculum accipit, quem manu dextera cottæ extremitate cooperta tenet; nudum, nulloque panni-

culo appenso, cum opus fuerit, ad Episcopum defert et deinceps manibus ambabus ita tenet, ut ejusdem pars curva, i. e. aperta semper ad latus Episcopo oppositum, et ad populum respiciat.

2. Pedum si Episcopo offert, dextera sola sine velo, et parte ejusdem aperta ab Episcopo aversa, in manum sinistram præbet; sicque recipit, in offerendo prius pedum dein manum, in recipiendo autem prius manum dein pedum osculans; quæ oscula coram Ss. exposito omittuntur.

3. Procedit cum socio serviente de mitra ad ejusdem sinistram, et coram altari semper stat; sub elevatione vero et benedictione genuflectit; apud thronum vel faldistorium stat ad sinistram cæremoniarii, facie ad populum conversa.

4. Offerendum est autem pedum Episcopo, quotiescumque e throno ad altare accedit, vel ab hoc ad illud recedit; ad Evangelium a diacono cantandum, et ad benedictiones solemnes; necnon si Episcopus in throno incensatur, uti post Evangelium et post Magnificat. Peracta tali incensatione, sicuti quando Episcopus in loco, quo tetendit, pervenerit, serviens de pedo pedum statim accipit.

5. Pacem accipit a subcæremoniario.

6. Ceterum genuflectit et inclinat se cum celebrante, et in benedictionibus in gradu supremo medius inter diaconum et subdiaconum genuflectit.

7. In Missa inde ab Offertorio cum serviente de mitrà stat ante altare; quando Episcopus est in throno, stat ad dexteram cæremoniarii facie ad servientem de mitra conversa.

8. In processione viæ longioris pedum manibus ambabus a terra elevatum ante Episcopum portat, nisi is ipse idem deferret; eodem modo in processionibus cum Ss. Sacramento, immediate ante Episcopum solus præcedens portat baculum.

9. In functionibus pro defunctis usus baculi cessat.

10. Specialiter autem pedum casibus sequentibus offertur et recipitur:

In Missa: a) offertur in throno ante progressum ad altare et recipitur coram altari (reverentiis factis);
b) offertur incensatione finita, postquam Episcopus in planum descendit, et recipitur postquam ad sedem transgressus ascendit;
c) offertur progrediente diacono ad Evangelium cantandum et recipitur Evangelio finito post incensationem Episcopi;
d) offertur quum Episcopus Offertorio lecto et manibus lotis a sede ad altare procedit, et recipitur cum ibidem pervenit;
e) offertur ante et ad benedictionem, quæ in fine Missæ datur, si Episcopus ad populum se vertit et recipitur post benedictionem;
f) offertur cum descendit ab altari in planum et recipitur cum redierit in locum, unde prodiit.

In Vesperis: a) offertur postquam Episcopus antiphona ad *Magnificat* intonata incensum imposuit et recipitur cum ad altare pervenerit;
b) offertur cum Episcopus incensatione finita ab altari ad sedem revertitur et recipitur quum *Magnificat* cum *Gloria Patri etc.* in choro finitum fuerit;
c) offertur Orationibus finitis sub *Benedicamus Domino* et recipitur cum Episcopus ad altare pervenit;
d) offertur ante et ad benedictionem et recipitur in fine post reditum ad sedem; deinde reportatur ad altare, reddendum cæremoniario.

13. De officio mitram ferentis.

1. In receptione Episcopi portat aspersorium; dum Episcopus, antequam paramentis suis induitur, orat, minister ad mitram deputatus stat ad creden-

tiam, et suo tempore, velo humerali et chirothecis indutus accedit ad cæremoniarium in suppedaneum accepturus mitram.

2. Ad thronum stat a dextris presbyteri assistentis; quando Episcopus est ad altare, serviens de mitra cum serviente de baculo stant ante altare.

3. Quoties Episcopus manus lavat, tam in sede, quam ad altare, quoties in altari incensatur, quando benedictionem impertitur, utitur mitra pretiosa, nisi sit Archiepiscopus vel alius Episcopus utens privilegio crucis; ad Tertiam, si paramentis jam indutus exspectat finem Psalmorum, dum a choro cantatur Hymnus *Gloria*, dum legit *Epistolam*, *Tractum* vel *Graduale*, vel *Alleluja*, vel *Sequentiam* et *Munda cor* et *Evangelium*, item dum a choro cantatur *Credo*, utitur mitra simplici.

4. Mitram si tenet, eam semper manibus ambabus, et ad oculos usque elevatam ita teneat, ut ejusdem partem illam, in qua vittæ seu infulæ pendentes sunt, versus se ipsum habeat; si illam reddit, advertat, ut vittas dictas versus se habeat; si super altare vel credentiam deponit, vittæ semper exterius dependeant.

5. Ordo eundi in accedendo ad altare et abhinc recedendo est ei post cæremoniarium, in processionibus vero immediate post Episcopum; et locus standi apud thronum vel faldistorium ad dexteram presbyteri assistentis; apud altare vero in plano, a medio ad partem Epistolæ, versus altare, ut inter ipsum et gradum primum intersit spatium quoddam.

6. Mitram imponere Episcopo et auferre, in throno et faldistorio regulariter diaconi primi ad honores, (eo absente diaconi Missæ, et hoc absente presbyteri assistentis) est; ad altare diaconi ad honores primi, (et hoc absente assistentis), quibus serviens de mitra attendat, ut ad præbendam eamdem seu recipiendam

semper sit ad manus; cui eorum mitram præbuerit, ab eodem etiam recipiat.

7. Imponenti imponendam tali modo præbeat, quali ille eam facile possit imponere; similiter modum advertat, quo ab illo, cum amovet, eam recipere debeat, semper lateri illius adhærendo, et diligenter attendendo, ut cum res postulaverit, facile eam præbere et recipere possit; statim ac receperit vel præbuerit, ad locum suum redit, nisi spatio brevi imponenda vel recipienda esset, quia tunc non descendit ad locum suum, sed paulisper se retrahit, exspectans, donec eam præbuerit vel receperit.

8. Pacem accipit a subcæremoniario.

9. Specialiter mitra in casibus sequentibus offertur et aufertur

In Missa: a) offertur cum Episcopus paramentis indutus casulam seu planetam accepit, et aufertur cum coram altari reverentia facta est;

b) offertur cum post altaris incensationem ipse ibidem incensatur, et aufertur cum in sede pervenit;

c) offertur cum, Introitu Missæ lecto, sedet, et aufertur, cum musica finita, surgit;

d) offertur item dum Hymno Gloria lecto, sedet, et aufertur, cum musica finita, surgit;

e) offertur quum Orationibus finitis sedens Epistolam et Evangelium legit, et aufertur, cum diaconus Evangelium incipit;

f) offertur, si post Symbolum *Credo* dictum sedet, et aufertur, cum musica finita surgit;

g) offertur iterum si Offertorio dicto sedet, et aufertur cum ad altare pervenit;

h) offertur thurificatione in altari finita, antequam ipse thurificatur, et aufertur postquam Psalmus *Lavabo* finiit;

i) offertur post Communionem ad manuum lotionem, et aufertur post lotionem;

k) offertur in benedictione finali, postquam *Placeat etc.* dixit, et aufertur benedictione data;

l) offertur cum in planum descendit et aufertur in loco, unde rediit..

In Vesperis: a) offertur postquam Episcopus pluviale accepit, et aufertur cum a sede surgit;

b) offertur cum Antiphonam 1mam intonavit, et aufertur capitulo lecto;

c) offertur postquam Episcopus Antiphonam ad *Magnificat* intonavit, et aufertur cum ad altare pervenerit;

d) offertur cum incensatione finita ab altari ad sedem redit, et aufertur cum cantus ad *Magnificat* finietur;

e) offertur Oratione ultima finita sub *Benedicamus Domino*, et aufertur in fine post reditum in sedem.

14. De officio caudatarii.

1. Cum Episcopus rei divinæ ritu Pontificali peragendæ, vel assistendi causa in sede sua cum pluviali, ad ecclesiam venturus sit, caudatarius, talari veste et cotta indutus, ejus caudam sustinet ac defert.

2. Cum Episcopus in ecclesiam intraverit, recipit caudatarius, priusquam porrigitur aspersorium, ab eo caudam, — quam ille ipse usque adhuc tenebat; — ejus extremitates tenet, et sequitur tanto spatio remotus ab Episcopo, ut cauda terram non tangat, nec nimis contenta, eum ingredientem impediat. Caudatarius præcipue animadvertere debet, ut cauda sit late explicata et speciem formosam oculis aspicientium præbeat.

3. Cum Episcopus genuflectit, ipse statim caudam ad terram extendit, ipseque etiam genuflectit post caudæ extremitates. Episcopo surgente, eodemque ad populum vel ad chorum se convertente ipse caudatarius ad latus dexterum paululum recedit.

4. Si Episcopus pervenerit ad sedem, caudam deponit post eam ad ejusdem dexteram, donec erit tempus cappam deponendi; nisi jam finitis precibus præparatoriis caudam tradiderit uni ex Episcopi familiaribus.

5. Si Episcopus sit Cardinalis, ejus caudatarius indutus erit veste talari violacea et cotta; observet, quando Cardinalis debeat uti cappa rubea aut violacea; utitur autem regulariter rubea, quando Episcopus non Cardinalis utitur cappa violacea.

15. De officio subcæremoniarii.

a) Regulæ generales.

1. Cæremoniale Episcoporum Lib. I. Cap. V. de muniis cæremoniariorum agens, n. 3. pro cæremoniario altero juniore, quem subcæremoniarium hic vocamus, habet: „... in sacro ordine sit constitutus, præcipuam curam geret circa personam celebrantis, ac ministrorum illius; cumque opus erit, aliquos ducere, aut reducere, faciat id modeste, et discrete submissa voce, ac solo nutu si fieri possit, quæcumque agenda sint, demonstrans; non discurrat velociter, non caput volvat, aut manus jactet indecenter; caveat demum, ne in suis actibus affectationis vitio notetur; sed quidquid aget, cum gravitate et congruenti mora, ac cum decoro corporis gestu ita peragere curabit, ut ceteris devotionem, et reverentiam pariat, ipseque ab omnibus commendari mereatur. Unus tamen alterius defectum, cum opus erit, modestia ac silentio corrigere, et supplere studeat; ambo simul conveniant, antequam in ipso rei actu sint; prævideant, quæ sint agenda, ac onera inter se partiantur, concordesque sint, ne reprehendi ab aliis jure possint, qui docere et instituere omnes debent.“ Quibus addo:

2. Subcæremoniarius in omnibus tam canonicalibus, quam episcopalibus functionibus adesse debet, et

in sui ipsius, ac sibi commissorum officiis ministeriisque bene instructus (ad juvandam ipsius memoriam infra pag. 607—621. positæ sunt variæ stationes), perspectumque habeat, quot et quales alumni ad varias functiones in variis officiis sint necessarii, scilicet:

a) Ad officia seu Missas solemnes:

α) Canonicorum, nonnunquam etiam vicariorum: thuriferarius, duo acolythi, subcæremoniarius, ergo 4.

β) Dignitarii, scilicet Præpositi et Decani: Ad 4 supradictos alii 4 pro funalibus, ergo 8.

γ) Suffraganei in pontificalibus celebrantis: Ad 8 supra sub β dictos alii 6 pro chirothecis, gremiali, lumine, libro, baculo et mitra; ergo 14, qui tamen in necessitate ad 10 reduci possunt.

δ) Episcopi Ordinarii: Omnes et iidem supradicti 14, et insuper 2 pro funalibus, qui item in casu necessitatis ad 12 reduci possunt.

b) Ad Vesperas omnes figuratas et solemnes:

α) Vicariorum: duo assistentes;

β) Canonicorum et Dignitariorum: thuriferarius, duo acolythi, subcæremoniarius, ergo 4.

γ) Mitrati, Suffraganei et Ordinarii: Supra 4 sub β dicti et insuper alii pro lumine, libro, pedo et mitra.

3. Sicuti cæremoniarii est, præcipue celebranti seu officiatori ejusque assistentibus et levitis in omnibus attendere iisque tacite innuendo, auxiliando adesse, eos modeste monendo, ubi opus est; ita subcæremoniarii erit, ministris reliquis in omnibus functionibus suis invigilare, nutu vel signo prævenire, et auxiliari, eosque a sinistra comitans ducere et reducere, et genuflexiones reverentiasque debitas præveniendo cum ipsis facere; propterea non solum ipse sciat et recognoscat omnium ministrantium officia et functiones, et

ingulas singulorum in variis functionibus stationes, (cf. pag. 607. seq.) sed etiam prout opus est, illos mature et instruat, et moneat, et adjuvet. Si de qua re pse in dubio est, cæremoniarium mature interroget, it ipsi in omnibus consentiant. Nonnunquam etiam evitæ aut assistenti aliquid facturo vel facienti tempore, quo cæremoniarius circa celebrantem seu officiatorem occupatus est, assistere debet, uti in casibus singulis infra dicetur.

4. Videns aliquem errorem seu defectum in functionibus seu actionibus inferiorum ministrorum suorum ipse statim corrigat et ordinet prudenter, ne malum majus fiat, vel in fidelium scandalum, vel in ministri errantis injuriam; errorem vero majoris ministri cæremoniario mox indicabit, qui modo et tempore suo curet, et disponat.

5. Omnibus prævisis, quæ sibi ipsi et suis necessaria sunt, e. g. de libris, candelabris cum candelis, cymbalis etc., si opus fuerit, diaconum et subdiaconum in vestibus induendis juvat.

6. Progredientibus ex sacristia, vel in eam redeuntibus, processionaliter quoque omnibus incedentibus, semper cum cæremoniario ad ejus sinistram eat, et reverentiis factis ad locum suum procedit, qui in ordine et regula semper apud credentiam ante ejusdem medium est, ut ibidem et ministris suis semper adesse, et a cæremoniario forte necessaria audire possit, cui in inclinationibus, genuflexionibus et crucisignationibus sese accomodat. Si bireta auferenda, reponenda et afferenda sunt, curat ut suum quisque recipiat.

7. In Missis solemnibus a Decano, Præposito et Episcopo celebratis cæremoniarius et subcæremoniarius munere suo funguntur. Cæremoniarius in exitu et reditu incedit post acolythos; ante altare stat ante subcæremoniarium et indicit reverentias choro fa-

ciendas. In cornu *Epistolæ* stat inde ab oratione a gradibus dicta, usque ad impositionem incensi post Offertorium, et a Pace usque ad finem Missæ; in cornu *Evangelii* stat inde ab incensatione altaris post Offertorium usque ad Pacem; quoties vero celebrans cum levitis ad sedilia accedit, cæremoniarius vadit ad credentiam, ibique stat ante subcæremoniarium et dat signum surgendi. Sub incensatione altaris ipse tenet librum. Presbyterum assistentem, qui pacem accipit a celebrate, etn choro dare debet, comitatur. Cum assistente ex choro in presbyterium reversus, cum eodem genuflectit in primo gradu altaris, ab eodem accipit pacem et dat accedenti subcæremoniario in cornu Epistolæ.

Ordinarie *stat;* sed sub oratione a gradibus dicta, post *Sanctus* usque ad osculationem altaris in Oratione *Supplices,* et sub benedictione genuflectit in infimo gradu.

8. Si adest cæremoniarius, subcæremoniarius a dextris thuriferarii ex sacristia ad altare incedit, bireta reponit et vadit ad credentiam; tempore congruo subdiacono debita cum inclinatione tradit librum Epistolarum, cum eodem accedit ad medium altaris, ibique genuflectit. Quando diaconus incensat celebrantem, chorum et subdiaconum, stat a dextris ipsius, (paululum retro); antequam cum eodem in chorum descendit, et postquam inde reversus est, una cum diacono genuflectit in infimo gradu altaris; quando diaconus incensatur, subcæremoniarius stat a dextris thuriferarii. Incensatione peracta vadit ad credentiam, inde in medium ante altare, ibi genuflectunt una cum clericis ex choro advenientibus (funalia ferentibus); quo facto subcæremoniarius et thuriferarius clericos dictos binos incedentes præcedunt in sacristiam. Post *Sanctus* eodem ordine revertuntur in presbyterium et genuflectunt in medio; deinde sub-

cæremoniarius cum thuriferario vadit ad credentiam. Post *Supplices* cum thuriferario accedit in medium, inter funalia ferentes; omnes genuflectunt, more solito in sacristiam tendunt et mox revertuntur. Post *Pater noster* subcæremoniarius subdiacono aufert velum humerale, genuflectit et extendit illud in credentia. Pacem in cornu Epistolæ a cæremoniario accipit et dat thuriferario et reliquis clericis in choro.

b) De officio subcæremoniarii in Missa solemni.

1. Induit superpelliceum curatque, ut omnia convenienter disponantur.

2. Celebrante et ministris indutis imponitur incensum, (quæ incensi impositio omittitur, si ante Missam aspersio aquæ benedictæ est facienda), quo facto simul una cum aliis profundam inclinationem cruci facit, et aperto capite manibus junctis incedit post acolythos, ante subdiaconum; ante altare stat a dextris thuriferarii, genuflectit cum omnibus, et facta choro reverentia, accipit bireta, et iisdem in sedibus positis, vadit ad credentiam. — Si aquæ benedictæ aspersio facta est, subcæremoniarius diacono tradit librum, ex quo Oratio cantanda est, et genuflexione facta stat retro post celebrantem, librum Oratione cantata recipit, genuflectit et dum celebrans cum levitis vadit ad sedilia sumpturus paramenta, ipse vadit ad credentiam.

3. Dum chorus incipit Introitum, accepta bireta defert in scamnum, in quo celebrans sedere debet, aliumve in locum aptum.

4. Initio Missæ ad verba celebrantis *In nomine Patris* genuflectit utroque genu, ubi vult; melius tamen ad latus Epistolæ, et quidem in infimo gradu, si tres adsunt gradus, secus in plano, facie ad cornu Evangelii conversa, se signans ac respondens; deinde ad *Confiteor* etc. cum aliis se inclinat etc.

5. Choro ad *Aufer a nobis* surgente a thuriferario accipit naviculam, genuflectit cum eodem, ascendit a sinistris ejusdem ad superiorem partem altaris, et quando celebrans osculatur altare, naviculam apertam tradit diacono,[1]) absque osculis, et si thuriferarius minus expertus sit, sustinet coram celebrante thuribulum apertum ac erectum.

6. Acceptam a diacono naviculam reddit thuriferario, sumit Missale cum cussino, descendit in planum versus cornu Epistolæ stansque ad dexteram thuriferarii librum sustentat ambabus manibus, in cornu Epistolæ, vertens se ad altare, usque dum incensatio in hoc latere absolvatur; tunc ascendit in suppedaneum, Missale reponit, caput cruci inclinat, (SS. Sacramento exposito genuflectit) et rursus descendit.

7. Quando celebrans incensatur, stat retro post diaconum, se inclinans ante et post celebrantis incensationem.

8. Ad *Introitum* stat prope angulum altaris conversus ad celebrantem, cui indicat Introitum in Missali, se signans cum illo.

9. Post ultimum *Kyrie*, celebrante ad medium altaris accedente, ipse descendit in planum.

10. Ad *Gloria* erectus ad altaris angulum stat capitisque inclinatione facta, signo indicat ministris, ut ascendant. In fine *Gloria*, ad verba *cum sancto Spiritu* se signat invitatque celebrantem, ut sedeat; genuflexione facta, prior descendit, sumptoque ex scamno celebrantis bireto, retrahit se ad altare, facie ad populum versa, spatioque libero dato ministris, ut transeant. Datis diacono et celebranti biretis, stat in cornu Epistolæ prope credentiam, aut sedet in humiliori aliquo scamno a sinistris subdiaconi et ita collo-

---

[1]) Decentius est, ut thuriferarius ipse porrigat naviculam diacono et sustineat thuribulum coram celebrante. (*Bauldry pag. 2. n. 10.*)

ato, ut a celebrante et sacris ministris videri possit; edet autem facie ad populum versa. Inclinationes ub *Gloria* a choro cantata faciendas, una cum minitris facit ad altare conversus. Paululum surgit, inicatque manu capiteve celebranti, quando debeat ut caput detegere aut se inclinare.

11. Quando chorus cantat *cum sancto Spiritu* prinus surgit, signoque facto diacono atque subdiacono, e sistit ad sinistram hujus. Antecedit ad altare miistros, se inclinans celebranti, statque retro post llum. Cantato *Dominus vobiscum* genuflexione cum evitis facta ad altare, per planum Epistolæ ascendit d secundum altaris gradum vel suppedaneum et inlicat Orationes, vertit folia celebranti et cum eo se nclinat.

12. Versus finem ultimæ Orationis inclinatione ruci facta, per gradus Epistolæ descendit in planum, x credentia accipit librum Epistolarum (nisi ex loci onsuetudine hoc pertineat ad thuriferarium) et tradit ubdiacono, deinde ad sinistram subdiaconi parumper retro, accedit ad inferiorem altaris gradum, in quo enuflectit, reditque eodem modo ad Epistolæ cornu. uo in loco stat paululum retro a sinistris subdiaconi e inclinans cum illo et vertens folia libri.

13. Epistola cantata ut antea comitatur subdiaconum ad altaris medium, factaque genuflexione, paumper a sinistris, in primo gradu, transit cum eo ad ngulum altaris ad cornu Epistolæ, eoque in loco enuflectit utroque genu. Acceptum librum, factis onsuetis salutationibus, tradit diacono.

14. Evangelio a celebrante lecto, ascendit in supedaneum altaris, et porrigit apertam naviculam iacono. Incenso benedicto, ipse non accipit thuriulum, sed receptam a diacono naviculam reddit thuiferario et a dextris ejusdem descendit per gradus Epistolæ in planum ante altaris medium.

15. Deductis ministris inferioribus in medium presbyterii, venit vel ad sinistram subdiaconi, vel ad dextram thuriferarii. Genuflexione facta, præit cum thuriferario, et stat a dextris diaconi, parum retro post illum, porrigens thuribulum ac vertens folia.

16. Ad verba diaconi *Sequentia S. Evangelii* se signat, non osculatur neque manum neque thuribulum, quod tradit diacono vel ab eo accipit. Evangelio cantato thuribulum tradit diacono, et celebrante incensato redit primus, et accedit ad latus, ubi cantatur Epistola, et præmissa parva capitis inclinatione librum a subdiacono acceptum, facta in medio coram altari genuflexione, defert ad credentiam et accedit ad cornu Epistolæ.

17. Cantato *Et incarnatus est* surgit, et se vertit ad diaconum, cui tradit bursam.

18. Ad verba chori *Et vitam venturi* surgit primus et signum dat. Tunc redit vel ad credentiam vel ad librum ad cornu Evangelii.

19. Cantatis post Credo, *Dominus vobiscum* et *Oremus* imponit velum in humeros subdiaconi, eumque in accipiendo et tegendo calice juvat et comitatur a sinistris usque ad altare, deinde redit ad suum locum, vel assistit subdiacono. Post hæc manet in cornu Epistolæ.

20. Incenso ad *Offertorium* imposito transit ad cornu Evangelii, genuflexione in medio facta, et assumpto ex altari libro, descendit in planum. — Remisso Missali, ibi stat, genuflexione facta, vel accedit ad diaconi sinistram. Incensato diacono subcæremoniarius a thuriferario incensatur.

21. Ad *Orate, fratres,* genuflexione facta in plano accedit ad celebrantem, cui assistit, dum *Secretas* legit et *Præfationem* cantat.

22. Ad finem Præfationis inclinatione facta, descendit per gradus in cornu Evangelii, in planum

ante altare, ibi una cum thuriferario ex sacristia veniente genuflectit, et transit ad cornu Epistolæ, ubi genuflectit in infimo gradu.

23. Ad verba *Quam oblationem* surgit, vadit ad credentiam, indeque, imposito thure, revertitur et flectit utroque genu in infimo gradu cornu Epistolæ ad sinistram thuriferarii, et ad utramque elevationem profundam facit inclinationem.

24. Quando celebrans in Oratione *Supplices* osculatur altare, surgit; ad verba *Per quem hæc omnia* retro post subdiaconum, genuflexione facta in medio, transit in cornu Evangelii, acceditque per gradus ad librum ad sinistram celebrantis, genuflectitque cum celebrante et diacono.

25. Ad verba *Pax Domini* genuflectit et discedit in gradum ad cornu Evangelii.

26. Ad primam Orationem post *Agnus Dei* genuflexione facta, revertitur ad librum.

27. Quando danda est pax, genuflectit, et subdiaconum comitatur; quo facto in plano genuflectit a dextris subdiaconi, paululum retro post eumdem, et ab eo, se inclinans ante et post, pacem accipit, quam, genuflexione repetita, dat thuriferario. Deinde secedit ad cornu Epistolæ.

28. Ad Postcommunionem facta prius una cum levitis genuflexione in plano, assistit celebranti, et claudit librum, vel apertum relinquit subdiacono casu, quo Evangelium particulare esset legendum. Sub benedictione genuflectit in infimo gradu.

29. Dicto *Et verbum caro factum est* genuflexione una cum acolythis facta in cornu Epistolæ, disponit bireta; si vero post Missam Oratio dicenda est, (v. g. pro rege) diacono ab altari descendenti tradit librum; Oratione finita, vel si non sit dicenda, versus finem ultimi Evangelii ex sedilibus sumit bireta, vadit ad credentiam indeque cum thuriferario, sequentibus

acolythis, tendit in medium presbyterii, ubi una serie simul genuflectunt; genuflexione facta, dat diacono biretum ipsius et celebrantis et subdiacono etiam suum. Quo facto genuflectit et una cum celebrante et ministris choro facit reverentiam et post acolythos vadit in sacristiam. Adjuvantibus ministris inferioribus, refert ex credentia, quæ præparata fuerant et in sacristiam reponit. Postea exuuntur superpelliceis.

c) De officio subcæremoniarii in Missa Pontificali.

1. In processione, quando Episcopus ad portam ecclesiæ solemniter recipitur, subcæremoniarius multis in locis medius inter caudatarium et ferentem aspersorium præcedit; ad portam principalem stat ad sinistram ferentis aspersorium; redeunte processione a porta ad altare SS. Sacramenti una cum ferente aspersorium omnes præcedit; dum Episcopus orat, stat in latere Evangelii; quando Episcopus inde procedit in sacristiam, subcæremoniarius pari modo procedit, ibique ministris singula paramenta distribuit et deinde eosdem ministros adjuvat tradentes et imponentes paramenta. Quando Episcopus ad altare accessurus est, subcæremoniarius libro Evangeliorum cum manipulo incluso secum sumpto, (nisi hoc faciat cæremoniarius) ministros a throno ad altare deducit, cum iisdem genuflectit, bireta levitarum accipit et ad sedilia portat, et sub oratione a gradibus dicta genuflectit retro post diaconum.

2. Confessione a ministris dicta, subcæremoniarius subdiacono manipulum sustinet; et Episcopo cum suis ad altare ascendente, genuflexione facta ad cornu Evangelii transit, ubi mox librum Canonis dat presbytero assistenti, et bugiam ponit juxta ostiolum tabernaculi; et ubi Episcopus illum osculatus est, eumdem in credentia reponit. Ordinarie cæremoniarius in cornu Epistolæ stans Episcopo librum Evan-

geliorum osculandum porrigit, eodem absente vel impedito, hoc facit subcæremoniarius; quo facto librum secum retinet, ibidem manens.

3. Inter altaris incensationem subcæremoniarius Missale a credentia sumptum servienti de libro tradit, Introitusque signaculo ostenso et genuflexione una cum reliquis ministris facta ad Episcopum eum adire jubet, ipse vero in locum suum ad credentiam recedit, dum ministri ad thronum accedunt.

4. Musica ad *Kyrie* finiente, librum *Canon* dictum ad Episcopum asportat, (nisi hoc faciat cæremoniarius) et pro Hymno *Gloria* apertum offert, quo dicto cum libro recedit.

5. Quum Episcopus Orationem incipit, subcæremoniarius librum Epistolarum subdiacono tradit, eumque ad altare comitatur, cum eo genuflectit, caput Episcopo inclinat, et in loco consueto eidem legenti assistit, quem dein ad Episcopum sequitur; deinceps ad credentiam revertitur.

6. Osculata per subdiaconum manu Episcopi subcæremoniarius (nisi hoc faciat cæremoniarius) eidem Canonem ad *Munda cor, meum etc.* præbet, quibus lectis statim ad credentiam recedit, in qua librum reponit.

7. Mox librum Evangeliorum diacono tradit, quem ad altare et ad Episcopum sequens bis comitatur, et quidem quando annulum Episcopi osculatur, et quando petit benedictionem pro Evangelio.

8. Ritum Evangelii cantandi vide supra pag. 538. et infra pag. 643.

9 Libro Evangeliorum ad credentiam reportato statim Canonem ad *Credo* Episcopo offert, quo dicto librum ad altare asportat, in cujus medio illum apertum collocat, et dein recedit.

10 Quando Episcopus lecto Offertorio ad altare procedit, subcæremoniarius ministros ex throno ad

altare deducit, ibidem cum iisdem genuflectit, ministros de libro, de lumine, de gremiali et de chirothecis ad credentiam ire jubet, tunc ipse librum cum pulvinari portat in cornu Evangelii.

11 |
12 |
13 | vide supra pag. 595. et 596. in Missa solemni.
14 |

15. Velum longum a subdiacono ablatum statim in credentia reponit, et mox ad eumdem accedit in planum et ad ipsum conversus, prævia capitis inclinatione genam sinistram suam ejusdem sinistræ genæ admovens, simulque eum sub brachia manu utraque amplectens, ab eodem pacem accipit.

16. Pacem sic acceptam nunc reliquis dat modo supra (pag. 507.) descripto.

17. Ministris autem pacem dat ordine hoc: primum thuriferario, dein ferentibus mitram et pedum, denique in choro præsentibus, incipiendo a parte Evangelii, primo cuique in scamnis.

18. Ad altare reversus, calicis velum ad subdiaconum asportat, candelam, si in altaris parte Evangelii forte remanserit, secum sumens ad librum in cornu Epistolæ; ante benedictionem ipse (vel cæremoniarius) librum *Canon* ponit ante ostiolum tabernaculi; in fine Canonem et candelam servientibus de eisdem reddit; tum baculum et mitram et denique paramenta recipit et reponit in altari.

d) De officio subcæremoniarii in Vesperis a Vicario, vel Canonico celebratis.

1. In Vesperis Vicarii et Canonici subcæremoniarius inclinatione cruci sacristiæ facta ad dexteram thuriferarii, librum Antiphonarum portans, post acolythos ex sacristia procedit ad altare, sistit se ante sedile I. pluvialistæ, facie ad thuriferarium conversa, exspe-

tans Officiatorem. Si Officiator et pluvialistæ perransierunt, una cum thuriferario accedit in medium resbyterii ante altare, genuflectit, accipit bireta luvialistarum, quæ reponit in eorum sedilibus, et um thuriferario et acolythis interim advenientibus, lum recitatur *Aperi* stat in una serie, genuflectit cum mnibus, facit reverentiam choro debitam et post)fficiatorem et pluvialistas ad suum sedile accedit, um debitis osculis accipit biretum Officiatoris quod n suo sedili reponit.

2. Quando cantatur *Gloria Patri* Officiatorem et luvialistas ad capitis inclinationem versus crucem ltaris faciendam invitat; quod faciet quotiescumque antatur *Gloria Patri;* dum cantatur *Sicut erat etc.* ccedit ad sinistram Officiatoris, librumque tenens psi indicat Antiphonam primam mox intonandum; uo facto librum tenens revertitur ad sedile suum, umit biretum, quod osculans tradit Officiatori, quan-.o incepto Psalmo primo sedet; deinde ipse quoque edet.

3. Quoties cantatur *Gloria Patri et Filio,* subcæemoniarius surgit et inclinando caput Officiatori inicat, caput esse discooperiendum; tum ipse stans aput inclinat versus altare.

4. Cantato post Psalmum quintum *Sicut erat etc.* b Officiatore accipit biretum, cui (nisi habeat Breiarium) præbet librum Capitulorum et deinceps canato Capitulo librum Antiphonarum, ex quo intonabit Iymnum et postmodum eumdem librum porrigit, ad ntonandam Antiphonam ad *Magnificat.*

5. Quando intonato *Magnificat* Officiator ad altare ccedit, eodem momento, quo Officiator et pluvialistæ n medio altaris in infimo gradu genuflectunt, subcæemoniarius una cum thuriferario in parte Epistolæ enuflectit, cum eodem ascendit in predellam, ubi nore solito imponitur incensum.

6. Finita altaris incensatione thuribulum recipit et genuflexione una cum reliquis in cornu Epistolæ facta, ad sedile Officiatoris reddit pluvialistæ I. (stans ad ejusdem sinistram) et extremitatem pluvialis elevans, dum incensat Officiatorem.

7. Cantato ultimo *Dominus vobiscum* subcæremoniarius cum thuriferario et acolythis caput inclinat Officiatori, accedit cum ministris in medium presbyterii, inter scabella, et inclinatione facta (remanentibus ibidem ministris) sumit bireta ex sedilibus pluvialistarum, post quos stabit; deinde cum iisdem cantato *Benedicamus Domino* genuflectit, eosque sequitur ad sedile Officiatoris, ubi inclinatione facta pluvialistis tradit bireta.

8. Cantato *Fidelium animæ* Officiatori tradit biretum eumdemque sequitur ante altare, ubi cum reliquis genuflectit, reverentias choro debitas facit cum omnibus et cum thuriferario sequitur acolythos usque ad portam sacristiæ, ubi stabit et post Officiatorem et pluvialistas in eamdem intrat.

e) De officio subcæremoniarii in Vesperis a Dignitario celebratis.

1. In Vesperis Dignitarii præter subcæremoniarium adest cæremoniarius, qui post acolythos accedit ad altare, ubi se sistit ante subcæremoniarium, reverentiam choro faciendam indicat et deinde se sistit post Officiatorem ad suum sedile. Quando Officiator Antiphonam vel Hymnum intonare, vel Capitulum aut Orationem cantare debet, eidem porrigit librum. In reditu ad sacristiam sequitur acolythos.

2. Subcæremoniarius a dexteris thuriferarii omnes præcedit ex sacristia ad altare, ubi se sistit ante sedile pluvialistæ I. exspectans reliquos advenientes; quatuor pluvialistarum bireta accipit et in eorum sedilibus reponit, deinde cum omnibus facit reverentiam choro debitam et vadit ad suum sedile.

Altare

Cæremon.

IV. Pluvial. II. Pluvial. I. Pluvial. III. Pluvial.

Officiator

Subcær.

3. Quoties pluvialistæ indicaturi Antiphonam in chorum tendere debent, subcæremoniarius per eorum sedilia transit ante medium altaris, genuflectit una cum pluvialista III. et IV. (retro post eosdem) et vadit cum iisdem ad Officiatorem vel in chorum; in presbyterium reversus ante gradus genuflectit cum pluvialistis; retro post eosdem stat, dum Psalmos intonant, deinde cum iisdem genuflectit et ad sedile vadit vel ad Officiatorem, prout opus fuerit.

4. Dum incensum imponitur, more solito ministrat, mox tradit thuribulum pluvialistæ I., Officiatorem in sede sua incensaturo, et elevat ejusdem pluviale, dum incensat. Officiatore incensato subcæremoniarius thuribulum recipit, ante altare retro post quatuor pluvialistas una cum iisdem genuflectit et cum pluvialista IV. (ad ejusdem dexteram) descendit in chorum, eidem tradit thuribulum et assistit, dum chorum et pluvialistas incensat; pari modo mox assistit thuriferario in parte Evangelii, dum incensat pluvialistam IV.; quo facto retro post sedilia redit in medium presbyterii, genuflectit et vadit ad sedile suum.

5. Ad finem ultimæ Orationis pluvialistas a sede Officiatoris deducit ad altare; dum pluvialistæ cantant *Benedicamus Domino*, eorum bireta ex sedilibus sumit, una cum iisdem genuflectit et post eosdem vadit ad Officiatorem, tradit iis bireta, revertitur ad sedile suum, et quando omnes tendunt ad altare, ipse

se sistit ad dexteram thuriferarii, et cum eodem præmissa genuflexione et reverentia choro debita, præcedit ad sacristiam.

f) De officio subcæremoniarii in Vesperis Pontificalibus.

1. In credentiam portat libros Antiphonarum, Capitulorum et Canon; librum et candelam ponit in scabello in medio presbyterii.

2. In receptione Episcopi deducit ministros.

3. Quando Episcopus oratione finita tendit ad thronum, subcæremoniarius ascendit altare, genuflectit una cum adveniente acolytho I. et distribuit paramenta more solito Episcopo transferenda et induenda, scilicet: amictum, albam, cingulum, stolam, pluviale, mitram et baculum, postremo servienti de lumine tradit candelam; deinde ministros in paramentis tradendis et imponendis adjuvat, quo facto tendit ad credentiam.

4. Cantato *Gloria Patri etc.* post *Deus, in adjutorium* pluvialistas intonatores ad Episcopum deducit, post eosdem stans caput inclinat, et Antiphonarium tradit pluvialistæ I.; quando Episcopus Antiphonam primam intonavit, subcæremoniarius cum eodem pluvialista caput inclinat, in medium presbyterii ante altare procedit, genuflectit, ibique manet stans usque dum pluvialista intonavit primum Psalmum; quo facto genuflectit, caput inclinat Episcopo et vadit ad credentiam. Eadem observat, quando presbyter assistens secundam Antiphonam, diaconus I. honorarius tertiam, canonicus dignior in choro quartam et diaconus II. honorarius quintam intonat; sed ante et post reverentiam intonatori faciendam caput inclinare debet Episcopo.

5. Quando post Psalmum quintum cantatur *Sicut erat*, subcæremoniarius ad credentiam pluvialistæ I. tradit librum Capitulorum, post eumdem procedit in

medium presbyterii, genuflectit, caput inclinat Episcopo et stat a sinistris pluvialistæ Capitulum canentis in latere Epistolæ. Cantato Capitulo librum iterum accipit, post pluvialistam procedit ante altare, genuflectit cum eodem et pluvialista II. adveniente et vadit ad credentiam, in qua librum deponit. (Interim cæremoniarius pluvialistas deducit ad Episcopum et pluvialista I. eidem indicat Hymnum.)

6. Intonato *Magnificat* more solito imponitur incensum et altare incensatur. Altari incensato subcæremoniarius ministros ad thronum reducit, ubi Episcopus incensatur per presbyterum assistentem, cui subcæremoniarius thuribulum tradit et pluviale elevat. Episcopo incensato subcæremoniarius thuribulum tradit pluvialistæ I., stat ad ejusdem dextram et elevat pluviale, dum incensat presbyterum assistentem, et deinde diaconos honorarios. His incensatis subcæremoniarius cum pluvialista I. et thuriferario procedit ad gradum infimum altaris, ibi omnes genuflectunt et deinde discedunt in chorum, qui incensatur more solito. Quando revertuntur ex choro, genuflectunt in infimo gradu, inclinationem faciunt Episcopo et deinde incensatur pluvialista II.

7. Versus finem Orationis subcæremoniarius (nisi cæremoniarius hoc faciat) librum *Canon* ponit ad ostiolum tabernaculi; sub benedictione genuflectit in cornu Epistolæ in infimo gradu.

8. Episcopo ad thronum revertente subcæremoniarius ascendit in predellam recepturus paramenta; deinde deducit ministros, quando Episcopum comitantur ad portam.

g) De officio subcæremoniarii in festo Purificationis B. M. V.

1. Manibus junctis ac nudo capite, accedit primus omnium, vel post acolythos, acceptisque biretis more solito, discooperit candelas.

2. Benedictione finita, genuflexione facta altari, vadit, factis salutationibus solitis, ad invitandum digniorem ut accedat, sine stola ad dandam candelam celebranti, illumque comitatur a dextris ejus. Cum pervenerint ad altare, genuflectunt; dignior, reverentia celebranti facta, ascendit super gradum suppedaneo proximiorem, et acceptam a diacono pulchriorem candelam, osculatur et tradit celebranti; dein genuflectit super predellam, si potest, vel in gradu proximiori, et manum celebrantis, dein candelam, quam ab eo recipit, osculatur. Cum descendit, cavet, ne terga vertat celebranti, et postquam una cum cæremoniario, celebrantem ac altare salutaverit, eo modo, quo venerat, redit ad locum suum. Post ministros, omnes de choro singuli accedunt ad recipiendas candelas, ea, quæ dicta sunt servantes.

3. Thure pro processione imposito, subdiacono crucem, celebranti vero et diacono suas candelas præbet; deinde capite discooperto incedit, curatque ut omnes cerei sint accensi, manuque extima deferantur. Procedunt omnes bini per latus Epistolæ ad latus Evangelii.

4. Cum revertitur processio in presbyterium, curat, ut amoveatur pallium violaceum, modo non sit cantanda Missa de Dominica.



Quo melius subcæremoniarius munere suo fungatur, infra positæ sunt variæ stationes pro functionibus Pontificalibus.

I. Stationes in Missa solemni ab Episcopo celebrata.

1. Statio ad Confiteor.

Chiroth. Lumen

Credentia

Liber Gremiale

Altare

Subdiac. Diaconus Episcopus Presbyt. Assistens.

Subcærem. II. Diac. hon. I. Diac. hon. Cæremon.

Baculus Mitra

Thuriferarius

I. Acolyth. Credentia II. Acolyth.

Cerof. 5. 3. 1. 2. 4. 6. Cerof.

2. Statio ad Evangelium ante altare, priusquam accedunt ad thronum.

Altare

Subdiac. Diacon.
Thurif. Subcærem.
II. Acol. I. Acol.

...Evangelium.
...ubdiac. II. Acol.
Diacon.
Subcærem.
Thurif.

Grem. Lib. Lum. Mitra

Credentia

...us Episc.
...c. petit benedictionem.
Diac. genufl.
...l. Subdiac. I. Acol.
Thurif. Subcær.

Grem. Lib. Thurif. Lum. Chiroth.

Credentia

5. Statio ab Offertorio usque ad finem Missæ.

Altare

Assistens Episcopus

II. Diacon. hon. Diaconus I. Diacon. hon.

Subdiaconus


Baculus Mitra

II. Acolyth. Credentia I. Acolyth.

2. 4. 6. Ceroferarii Ceroferarii 5. 3. 1.

II. Stationes in Missa solemni coram Episcopo celebrata.

1. Si Episcopus est in throno.



2. Immediate antequam Episcopus accedit ad Confiteor.

| Altare |

Subdiaconus Diaconus Celebrans Presbyt. assist. celebrantis

3. Quando Episcopus accessit ad altare ad dicendum Confiteor etc.

| Altare |

Subdiaconus Diaconus Celebrans Episcopus Presb. assist. Episc. Presb. assist. celebr.

II. Diac. hon. I. Diac. hon.

Subcæremoniarius Cæremoniarius

Baculus Mitra

| Credentia | Lum. Lib.


4. A Sanctus usque ad peractam Consecrationem.

| Credentia | Lum. Lib.

Diaconus | Altare | Subdiac. Subcær. Cærem.


Presb. assist. Celebrans

5. Sub benedictione.




III. Stationes in Vesperis Pontificalibus.


1. Statio in presbyterio, priusquam processionalite vadunt ad portam, ut recipiant Episcopum.




2. Statio ad portam.




o ad altare dum Episcopus recitat orationem præparatoriam.



4. Statio dum Episcopus assumit paramenta.



5. Statio sub Vesperis.



6. Statio sub benedictione.

		Altare		
	Presb. assist.	Episcopus		
Credentia / Liber / Lumen	2. Pluv.		1. Pluv.	Cærem. / Subcærem. / Thurif. / 1. Acol. / Credentia / 2. Acol.
	II. Diac. hon.		I. Diac. hon.	
	Bacul.		Mitra	

16. De modo Episcopum Missam solemnem celebraturum recipiendi ad portam primariam ecclesiæ cathedralis, paramentis ipsum induendi et post Missam ad eamdem portam comitandi.

(Cærem. Episcop. lib. I. cap. 15. et lib. II. cap. 8.)

1. Cæremoniarius præcedit, portans aspersorium; sequuntur duo acolythi portantes candelabra et cereos accensos, medius inter ipsos incedit crucifer, imagine Crucifixi prospiciente; deinde veniunt Canonici, postremi Dignitarii. Si Episcopus jus habeat pallii et eo die uti velit, minister de eo serviens cotta indutus præcedit ante cruciferum.

2. Ubi pervenerunt ad portam primariam, acolythi cum crucifero ita sese sistunt ante portam, ut inter ipsos et illam Canonici sint; imago Crucifixi debet esse conversa ad ingredientem Episcopum; Canonicus, (Dignitarius) qui Episcopo assistet in Missa, quia debet eidem porrigere aspersorium, stat ad sinistram ingredientis. Minister de pallio a capellano Episcopi pallium ita recipit, ut manum sinistram infra pulvinum, dexteram vero extensam super velum, quo pallium velatum est, firmiter positam teneat, ne capsula et tres spinulæ pallii decidant.

3. Episcopus, ubi dignior ex capitulo cum osculo ipsi porrexit aspersorium, primo aspergit seipsum, detecto capite, deinde Canonicos et alios circumstantes incipiendo a digniori; deinde praecedentibus caeremoniario, ministro de pallio, dictis acolythis et crucifero (qui imaginem Crucifixi convertere debet ad Episcopum), et comitantibus et sequentibus Dignitariis et Canonicis pergit ad altare SS. Sacramenti, ubi genuflexus super pulvino, aut genuflexorio ibi parato orabit; sed ante dictam genuflexionem genuflectet prius in plano solo absque pulvino; et similiter cum voluerit discedere ab oratione.

4. Mox (oratione finita) recta via ibit ad sacristiam, vel alium locum praeparatum intra ecclesiam, et ibi, facta cruci reverentia, orabit, sedebit aliquantulum donec Canonici extra illum locum capiunt sacra indumenta, remanentibus duobus diaconis assistentibus; canonicis paratis atque in eumdem locum ingressis, Episcopus surgit, et stans capite detecto versus altare dicet secreto *Pater noster* et *Ave Maria*. Tunc faciens sibi crucis signum a fronte ad pectus, altiori voce incipit Tertiam, dicens *Deus, in adjutorium etc.* choro prosequente *Domine, ad adjuvandum etc.* et Hymnum *Nunc, sancte nobis Spiritus;* quo Hymno finito cantor dicit Antiphonam; atque incepto Psalmo *Legem pone mihi, Domine etc.* Episcopus sedebit, sedentibus etiam Canonicis, exceptis his, qui Episcopo ministraturi sunt; chorus autem prosequetur Psalmos.

5. Tunc minister de libro serviens, cotta indutus, una cum altero candelam accensam tenente accedent cum libro ante Episcopum, et qui de libro serviet, genuflexus manebit, dum Episcopus legit sedens; Episcopus vero sedens legit Antiphonam *Ne reminiscaris etc.* et Psalmos consuetos, duobus Canonicis, qui debent per totam Missam deservire, sibi a lateri-

ssistentibus et alternatim respondentibus. In- subdiaconus cantaturus Epistolam, qui simul iacono Evangelium cantaturo, et aliis Canonicis m subdiaconalibus paramentis indutus, dempto alo, manibus velo coopertis afferet ex creden- er bacili sandalia et caligas, alio velo cooperta, ius manibus elevata ante Episcopum illaque atibus duobus Episcopi scutiferis, qui ad aba- lent assistere, genuflexus induit primo in dex- leinde in sinistro pede Episcopi, detractis prius atiferum ordinariis calceis, eodemque tempore il octo acolythi cum cottis genuflexi fimbrias circumcirca elevant, et dilatant, cooperiendo conum et scutiferos, quo commodius et decen- ficium suum peragere possint; quibus expeditis, conus et scutiferi recedunt ad loca sua; aco- aptatis in gyrum cappæ Pontificalis fimbriis, are redeunt, ut præsto sint, pro paramentis po deferendis. Episcopus prosequitur lectio- 'salmorum, (qui dici solent in præparatione ad n); quibus dictis usque ad *Kyrie eleison*, surgens, o capite, versus altare dicit Orationes, usque ationem, quæ pro lotione manuum dicitur, ex- e.

Tunc (Episcopus), deposita cappa, incipit le- el memoriter dicere Orationes, quæ pro para- s induendis ordinatæ sunt, dicendo singulas nes ad singula paramenta, cum illis induitur, ta Oratione, quæ dicitur ad manipulum, quæ post alias dicenda erit, cum dici non possit eo re, quo accipit manipulum.

Dicta Oratione *Da, Domine etc.* pro lotione im, extractisque ei per assistentes diaconos an- Episcopus lavat manus et tunc clerici omnes r Canonicos debent genuflectere, nisi adesset us aut alter dignior Episcopo; presbyter autem

assistens porriget Episcopo mantile ad tergendum manus, quibus tersis reponuntur ei annuli ab eodem presbytero assistente; et hæc forma lotionis manuum servatur semper, quando Episcopus intra Missarum solemnia et in aliis quibusdam sacris actibus publice lavat manus.

8. Statim lotis manibus adsint acolythi, qui afferunt ex altari paramenta Episcopi per ordinem unus post alium, videlicet: ceroferarius 5.3.1.2.4.6. deinde ministri de chirothecis, de gremiali, de mitra et de baculo successive per partem Epistolæ ad medium altaris ascendunt, ubi quisque genuflectit, a cæremoniario accipit sacram vestem vel suppellectilem, (et quidem hoc ordine: amictum, albam, cingulum, crucem pectoralem, stolam, tunicellam, dalmaticam, chirothecas, planetam, mitram, baculum) descendit recta per suppedaneum ante infimum gradum altaris, ibique in medio genuflectit (eodem momento debet sequens minister genuflectere in suppedaneo). Se sistunt ante infimum gradum altaris, 3—4 passus retro ab eodem, primus ad cornu Evangelii, facie ad altare conversa. Ad signum cæremoniarii omnes genuflectunt versus altare, faciunt inclinationem versus Episcopum et seriatim, unus post alterum tendunt ad sedem Episcopi.

9. Hisce paramentis Episcopus induitur per diaconum a dextris et subdiaconum a sinistris paratos, hoc modo: diaconus et subdiaconus capientes singula hujusmodi paramenta de manibus acolythorum, quisque eorum, a latere suo adjuvat vestiendo Episcopum, sed principaliter diaconus omnia operatur; subdiaconus vero solummodo coadjuvat, ubi opus est; et primo offerunt Episcopo amictum osculandum in medio, ubi est designata parva crux, quam in parte prius osculatur etiam diaconus, mox illum diligenter aptant circa collum Episcopi, ita ut vestiam summi-

ites, quæ vulgo collaria vocantur, omnino tegat, einde cordulas ex eo pendentes post tergum ductas, nte pectus reductas, stricte colligant.

10. Accipiunt deinde albam, eamque circa colum, humeros, et brachia distendunt, et aptant; tertio loco cingulum, quo albam constringunt, incipienes a tergo, et ante corpus illam religantes, tum ibæ extremitates circumcirca acolythi sublevant, et ptant, ita ut æqualiter defluat, et vestes contegat.

11. Diaconus postea, sumpta cruce pectorali, amque etiam in parte prius osculatam, ipsi Episcopo sculandam præbet, et ejus collo imponit, ita ut ante ectus pendeat; stolam deinde etiam in parte deosulatam, Episcopo deosculandam offert, eamque super ejus humeros applicat, ita ut, nec ejus collum egat, nec transversa sit in modum crucis, sed æqualiter ante pectus pendeat: quod commodius fiet, si ei ordulæ retro, et ante sint annexæ, quibus firmari ossit, ne huc et illuc vagetur.

12. Demum diaconus, vel subdiaconus imponunt Episcopo pluviale, et mitram, deinde recedunt ad camnum suum, et si Psalmi Tertiæ non sint perfecti, edet Episcopus exspectans, donec perficiantur: quius finitis, et repetita Antiphona, subdiaconus, vel lter, cui ex consuetudine ecclesiæ competit, in habitu, in quo reperitur, Capitulum cantabit in loco, bi legi solet Epistola, sibi ipsi librum tenens, dummodo nec altari, nec Episcopo humeros vertat.

13. Tunc Episcopus surgit cum mitra, surgentibus omnibus, versa facie ad ipsum subdiaconum cantantem Capitulum: et sic stat, donec cantores cantent Responsorium ultimi Versiculi. Finito Capitulo, subdiaconus reddit librum cæremoniario, et vadit ad ocum suum.

14. Interea vero duo acolythi, acceptis duobus andelabris cum cereis accensis, versis invicem fa-

ciebus, dummodo nec altari, nec Episcopo renes vertant, accedunt.

15. Presbyter vero assistens paratus, in eorum medio, tenebit librum supra caput; et finito Responsorio, Episcopus, deposita tunc mitra, stans, ut erat, cantat in tono festivo *Dominus vobiscum*, et Orationem; et dicto per chorum *Benedicamus Domino*, ipse Episcopus, deposito pluviali, a diacono et subdiacono induitur tunicella, qui constringunt cordulas hinc inde super humeros positas, et deinde eodem modo dalmaticam.

16. Tum Episcopus sedet, et imponuntur ei chirothecæ per diaconum in dextera, et per subdiaconum in sinistra, manibus illi prius, et mox chirothecis per eosdem deosculatis. Mox surgit Episcopus, et induitur ab eisdem planeta, quæ hinc inde super brachia aptatur, et revolvitur diligenter, ne illum impediat.


17. Si Episcopus pallio uti possit, et eo die uti conveniat, affertur per aliquem subdiaconum ex altari ambabus manibus velo aliquo supposito, quod diaconus capiens, Episcopo offert osculandum in cruce posteriori; et advertat, dum illud capit, ut partem duplicem pallii capiat dextera manu, simplicem vero sinistra, et dum illud imponit, subdiaconus manu dextera elevat partem, quæ a tergo pendere debet, illudque aptat, ut humeros Episcopi æqualiter ambiat, et pars duplex pallii ponatur super sinistro humero Episcopi. Quo facto, idem diaconus capit unam ex tribus spinulis per aliquem acolythum anteriori pallii ante pectus existenti, aliam in cruce sinistri humeri, tertiam subdiaconus infigit cruci posteriori, quæ omnia ita infigantur, ut tertio transeant per crucem, in qua sint ocelli tres, seu ansulæ tres sericæ, ejusdem coloris nigri; ita tamen, ut nec crucem, neque pallium perforent, neque planetam tangant; et

mmæ spinulis appositæ, remaneant ad dexteram igentis.

18. Tum sedenti Episcopo imponitur per diacom mitra pretiosa, sumpta de manibus capellani, de ı servientis, subdiacono vittas elevante.

19. Demum imponitur per presbyterum assistenn annulus Pontificalis annulari digito dexteræ mas Episcopi, annulo prius, et manu postea deosculs. Episcopo parato, accedunt ad eum archidiaıus, et alter diaconus, seu duo digniores Canonici ıconi, parati dalmaticis, qui ei a lateribus assistunt rincipio.

20. Ubi acolythi paramenta tradiderunt, sex ceroarii facta Episcopo inclinatione revertuntur ad erentiam, reliqui occupant suum quisque locum ad iem Episcopi hoc modo:



Diaconus vero, et subdiaconus recedunt, et caınt suos manipulos, et accedente acolytho thuriario cum thuribulo et navicula, ministranteque

presbytero assistente naviculam, Episcopus imponit, et benedicit thus. Deinde Episcopus cum suis ministris, facta reverentia cruci super altari in dicto sacello, seu secretario existenti, processionali ritu procedunt ad altare, in quo Missa est celebranda, hoc ordine: thuriferarius cum thuribulo, deinde ceroferarii cum candelis accensis, medium habentes alterum subdiaconum paratum tunicella, crucem deferentem: deinde clerici, et beneficiati ecclesiæ cum suis cottis, bini et bini, incipiendo a junioribus, seu minus dignis; hos sequitur reliquus clerus illius ecclesiæ suo ordine, ita ut digniores semper sint posteriores in processione; Canonici vero, qui sunt parati, antecedent Episcopum immediate.

21. Finito ultimo Evangelio sex ceroferarii se sistunt seriatim post ministros de baculo et mitra et genuflectunt una cum reliquis omnibus; tunc una serie unus post alterum, præcedente ministro de baculo, tendunt ad thronum, accepturi singula paramenta, et quidem hoc ordine: primus post ministrum de mitra accipit casulam, secundus dalmaticam, tertius tunicellam, quartus cingulum, quintus stolam, sextus albam et amictum; singuli statim abeunt ante infimum gradum altaris, genuflectunt in medio, ascendunt ad altare, tradunt paramenta, genuflectunt et descendunt per cornu Epistolæ sistuntque se ad credentiam.

22. Dum Episcopus gratiarum actionem instituit, crucifer (serviens de baculo) sumit crucem et sistit se in presbyterio sex fere passus retro post Episcopum; duo acolythi hinc inde juxta cruciferum; post Episcopum stat caudatarius, ad dextram Episcopi, paululum retro stat minister de libro, ad sinistram pariter paululum retro stat minister de candela; retro post cruciferum stat cæremoniarius.

Gratiarum actione per Episcopum finita genu- omnes, (exceptis crucifero et acolythis, qui inclinationem) et eodem ordine deducunt im ad portam principalem, quo eum recepe- d portam crucifer ita se sistit, ut crux sit ad a Episcopi et imago Crucifixi ad eumdem sit a.

officio ministrorum inferiorum in Missa olemni coram Episcopo celebrata.

'ræter presbyterum assistentem et duos dia- ssistentes necessarii sunt ministri de mitra, o, de libro et de lumine.

Episcopus induitur sicut in Vesperis amictu, gulo, cruce pectorali, stola, pluviali et mitra

Minister de baculo una cum ministro de mitra, iscopus induitur, inclinatione facta in locum ndit; quoties Episcopus ex throno vadit ad el in medium presbyterii, indeque revertitur ıum, deinde ad Evangelium et ad benedictio- re solito baculum recipit et reddit.

Mitram Episcopus accipit, quando ex throno l altare, et inde revertitur ad thronum, porro in throno sedet post *Introitum*, dum *Gloria* a ; *Epistola* a subdiacono cantatur, a *Credo* per ıtem recitato usque ad *Sanctus;* quando vero nsecrationem usque ad *Agnus Dei* genuflexus o orat, mitra non utitur; a *Pace* vero usque edictionem eadem utitur; Evangelium ulti- pite detecto legit in throno.

Ministri de libro et de lumine ad Episcopum t ad Introitum, Epistolam, Graduale, Alle- quentiam sive Tractum, Evangelium, Offer- t Communionem, quas partes ex libro legit, rviens de eodem ipsi tenet; dum Episcopus

Gloria in excelsis; Deus, qui humanæ substantiæ, Sanctus, et *Agnus Dei* ex libro *Canon* legit, quem eidem cæremoniarius tenet, serviens de lumine ad thronum accedere debet; sub benedictione serviens de libro manet in suo loco, quia cæremoniarius librum tenet; serviens vero de candela juxta librum debet stare.

6. Thuriferarius observet ante Introitum, ante Evangelium, ad Offertorium per Episcopum incensum imponi in throno, altare vero et oblata thurificari per celebrantem; post Evangelium solum Episcopum per suum presbyterum assistentem incensari; post Offertorium, celebrante per diaconum incensato, Episcopum in throno a suo presbytero assistente incensari.

7. Acolythi eadem observare debent, quæ in Missa solemni a Dignitario celebrata, præter inclinationes in principio et in fine post genuflexionem Episcopo (non vero choro) faciendas; ad Evangelium vero omnia peragere debent sicut in Missa Pontificali.

18. De officio ministrorum in Missa Pontificali Ordinationis.

1. Necessarii sunt 2 acolythi, serviens de mitra, serviens de baculo.

2. Duo acolythi more solito ministrant ad lotionem manuum, et deinde una cum duobus aliis ministris paramenta Pontificalia ex altari more solito portant ad thronum, ubi Episcopus induitur.

3. Postquam Episcopus omnia paramenta assumpsit, omnes cum eodem accedunt ad altare, ubi sistunt hoc modo:

		Altare		
II. Acol.	Subcærem.	Episcopus	Cærem.	I. Acol.
	Baculus		Mitra	

4. Baculo et mitra statim depositis incipit Missam, duobus acolythis ministrantibus more supra

r. 532.-534.) descripto; de libro autem serviet unus ;æremoniariis.

Serviens de baculo advertat, Episcopum in Lita-post Versiculum *Ut omnibus fidelibus defunctis etc.* ulum sumere sub benedictione.

5. Quando incipit Ordinatio, (tonsura post *Kyrie*, tuor ordines minores post *Gloria*, subdiaconatus t ultimam Orationem, diaconatus post *Epistolam*, sbyteratus post *Graduale* conferuntur) acolythus I. credentia Pontificale, acolythus II. lumen sumit altari et se sistunt in cornu Epistolæ; quando scopus mitra imposita sedet, ad ejusdem sinistram edunt, ibique sub Ordinatione genuflectunt vel ıt, quoties Episcopus sedet vel stat. Serviens de ra stat in plano cornu Epistolæ, serviens de ba-› vero in planò cornu Evangelii, faciebus ad invi-ı conversis.

6. In collatione tonsuræ Episcopus tonsione finita, ›ollatione presbyteratus vero post unctionem, ma-lavat. Ordinatione finita serviens de libro Ponti-le portat ad credentiam, serviens de lumine can-am ponit juxta Missale — deinde ambo stant in no cornu Epistolæ, usque dum Episcopus in medio ıris dicit *Munda cor.* Tunc acolythus I. sumit Mis-ɜ, acolythus II. vero incedens ad sinistram socii, ɔit lumen, ambo genuflectunt eundo et redeundo.

7. Ad Offertorium candelæ offeruntur ab Ordina-Episcopus mitra imposita easdem accipit; deinde ·lythus I. sumit vas aquæ et bacile, acolythus II. ɒit pelvim cum manutergio et pelvim, in qua po-ıtur chirothecæ Episcopi. Ubi Episcopus manus it, mitram deponit; tum acolythus I. ampullas i et aquæ portat ad altare, acolythus II. remanet credentiam.

8. Post Offertorium Episcopus mitra imposita at manus, *et deinceps* usque ad Communionem

acolythi ministrant, ut supra *(pag. 533.-534.)*. Ad Elevationes cæremoniarius et subcæremoniarius elevant casulam Episcopi. Post Communionem (sumpto SS. Corpore) acolythi vadunt ad credentiam, primus ampullas portat ad altare, secundus interim stat ad credentiam; ablutione peracta acolythi ministrant, dum Episcopus manus lavat; subcæremoniarius librum una cum lumine portat in cornu Epistolæ.

9. Dum Episcopus dicit *Placeat*, duo acolythi sumunt Pontificale et lumen et sub benedictione, sub qua Episcopus mitra et baculo utitur, genuflectunt in infimo gradu in cornu Epistolæ.

10. Sub Admonitione acolythi librum et lumen tenentes genuflectunt ad sinistram Episcopi in supremo gradu altaris; post Admonitionem acolythus I. Pontificale ad credentiam, acolythus II. vero lumen ad cornu Evangelii defert, deinde uterque locum suum occupat.

11. Dicto ultimo Evangelio omnes comitantur Episcopum ad thronum et singula paramenta more solito accipiunt et deferunt ad altare; deinde acolythi ministrant ad ultimam lotionem manuum et dum Episcopus instituit gratiarum actionem, acolythus I. ad ejusdem dextram, acolythus II. ad ejusdem sinistram stat.

19. De officio ministrorum in Missa Pontificali de Requiem.

1. Episcopus non utitur in hac Missa sandaliis et chirothecis, nec baculo pastorali, non dicit Psalmos et Orationes præparatorias ad Missam, sed dicit tantum Orationes ad paramenta, quæ sumere debet, incipiendo ab ea *Exue me, Domine etc.*, et tunc deponet cappam et lavabit manus, ac parabitur, dicendo ad aquam et indumenta consuetas Orationes, exceptis iis, quæ dicuntur pro sandaliis et chirothecis. Epis-

copus capiet manipulum ante crucem pectoralem, et cum accedet ad altare, finita confessione, non osculabitur librum, sed tantum altare, et statim sine incensatione redibit ad sedem suam cum mitra, ubi stans nudo capite versus altare leget Introitum, producens signum crucis super librum.

2. Adsunt capellani soliti cum superpelliceis, et scutiferi, sicut in aliis Missis. Ministri aliquid dantes vel recipientes ab Episcopo in tota Missa, numquam ejus manum aut rem deosculantur. Quando dicuntur Orationes tam ante Epistolam, quam post Communionem, omnes genuflectunt præter celebrantem, presbyterum assistentem, diaconum et subdiaconum et servientes de libro et de lumine. Epistola et Evangelium non leguntur in ambone, sed in presbyterio in loco convenienti. Subdiaconus, cantata Epistola, non osculatur manum Episcopi.

3. Diaconus non petit benedictionem, nec incensum, nec luminaria deferuntur ad Evangelium. Finito Evangelio, Episcopus non osculatur librum, sed statim dicit *Dominus vobiscum*, *Oremus*, et Offertorium; tum lavat manus more solito, et ad altare accedit. Non benedicit aquam ponendam in calice, benedicit tamen incensum, incensat oblata et altare, postea solus thurificatur a diacono.

4. In fine Missæ non datur per celebrantem benedictio, nec publicantur Indulgentiæ, sed Episcopus, dicto in altari *Placeat tibi etc.*, incipit more solito Evangelium sancti Joannis, quod prosequitur sine mitra, redeundo ad sedem suam; et ibidem deposita planeta, ac etiam manipulo, dalmatica et tunicella, quæ non in altari, sed in credentia reponenda sunt, capiet pluviale nigrum, diacono et subdiacono paratis remanentibus, depositis tamen manipulis, et Episcopum ad exuendam planetam, et induendum pluviale, adjuvantibus.

5. Si sermo habendus sit in laudem defuncti, pro quo Missa celebratur, tunc, ea finita, ante absolutionem, accedet sermocinaturus vestibus nigris indutus, sine cotta, et facta oratione ante medium altaris, nulla petita benedictione ab Episcopo, sed facta ei profunda reverentia, ascendet pulpitum panno nigro tectum, ubi facta iterum Episcopo reverentia, signans se signo crucis, sermonem faciet. Quo finito, vel si sermo non sit habendus, statim, finita Missa, accepto pluviali per Episcopum, ante infimum gradum solii extendetur pannus niger pro absolutione facienda, nisi alias lectus mortuorum, vel castrum doloris esset in medio ecclesiæ; pro casu Episcopus pluviali paratus ibidem, vel solus vel cum aliis quatuor absolventibus accedere deberet; subdiaconus portat crucem, diaconus comitatur assistentem. Si vero Episcopus erit in faldistorio, tunc pannus niger ante infimum gradum altaris extendetur, vel ibidem portabitur lectica mortuorum, pro absolutione facienda.

6. Interim, dum extenditur pannus, vel portatur lectica, Episcopus sedet, et legit *Non intres;* cantores incipiunt Responsorium *Libera me etc.*, et dum repetitur dictum Responsorium, accedunt ad Episcopum duo acolythi, unus cum thuribulo et navicula, alius cum aspersorio et vase aquæ benedictæ. Tunc Episcopus, ministrante naviculam presbytero assistente a dextris sine osculis, imponet thus in thuribulum cum benedictione, et statim, si est in faldistorio, accedet ad altare, ubi, antequam a choro dicatur *Kyrie eleison*, deponet mitram, et stans versus altare, dicet intelligibili voce *Pater noster*. Si vero erit in sua sede, surget, et deposita mitra, dicto ultimo *Kyrie eleison*, versus altare dicet similiter *Pater noster*, quod secreto complendo, ministrante eodem presbytero assistente aspersorium, et elevantibus hinc inde assistentibus oras pluvialis, Episcopus stans, asperget ter super

nnum nigrum, vel lecticam mortuorum, et reddito
ɔersorio presbytero assistenti, et ab eo accepto
ıribulo, thurificabit eodem modo, ter thuribulum
cens super pannum, vel lecticam, ministris oras
ıvialis similiter elevantibus. Tunc Episcopus, ex
ro sibi per ministrum solitum in capite posito, le-
t Versiculum *Et ne nos etc.*, et alios Versiculos, et
ationem Missæ, et in fine repetet Versiculum *Re-
iem æternam etc.*, et cantores dicent *Requiescant in
ce;* et Episcopus tunc producet signum crucis ver-
ı pannum; inde, depositis paramentis, ubi fuerunt
cepta, factaque oratione, discedet.

. De officio ministrorum in Missa solemni de Requiem coram Episcopo celebrata.

1. Si Episcopus noluerit celebrare, sed hujus-
ıdi Missæ pro defunctis, per alium celebratæ inter-
ıe, eadem norma in omnibus servabitur, quæ supra
pressa est; ipse vero Episcopus, cum cappa, vel
m pluviali nigro, seu violaceo, facta confessione
m celebrante, ibit cum suis assistentibus ad sedem
am, quæ debet esse parata ex panno violaceo, non
tem ex serico.

2. Cum celebrans dicit *Dominus vobiscum*, ante
ationem, Episcopus venit ad faldistorium ante al-
re, et ibi ad *Oremus* genuflectit capite detecto, sic
ıanens usque ad finem Orationis. Qua finita, redit
. sedem suam, et tunc, et non prius, presbyter assi-
ɔns ibit ad scabellum assistentiæ prope Episcopum.

3. Ad Offertorium Episcopus, more solito mini-
ante naviculam presbytero assistente, imponit
us in thuribulo, dicens: *Per intercessionem etc.*, et
urificatis oblatis et altari, thurificabitur celebrans
diacono, et Episcopus a presbytero assistente,
ore solito.

4. Dicto *Sanctus etc.*, Episcopus ibit ad faldistorium, ubi genuflexus permanebit usque ad *Agnus Dei* exclusive, et tunc redibit ad sedem, et dicet *Agnus Dei etc.*, cum suis assistentibus, non percutiendo pectus; et iterum ad Orationem post Communionem redibit ad faldistorium et genuflectet, similiter omnibus genuflectentibus, quoties Episcopus genuflectet.

5. Finita Oratione, Episcopus redibit ad sedem, et non dabit benedictionem, nec publicabuntur Indulgentiæ.

6. Finita Missa, si sermo habendus sit, sermocinator accedet, et absque aliqua benedictionis petitione, facta tantum altari debita reverentia et Episcopo, ibit ad pulpitum, ubi sermonem recitabit. Quo finito, si Episcopus voluerit ipse absolvere, deposita cappa apud sedem, capiet amictum supra rochettum, crucem pectoralem et stolam, et demum pluviale nigrum, et mitram simplicem, et omnia fient, quæ superius dicta sunt.

21. De officio ministrorum in solemni absolutione ad tumbam per Episcopum facienda.

(Cærem. Episc. lib. II. cap. 11. n. 13—24.)

1. Si aderit in ecclesia lectus mortuorum, seu castrum doloris, finita Missa, et sermone, si habitus sit, quatuor Dignitates, vel Canonici accedant ad sacristiam, vel alium locum convenientem et propinquum, ubi quilibet eorum accipiat super rochettum, amictum, stolam et pluviale nigrum et biretum; et omnes sic parati conveniant apud Episcopum paratum, quocum ibunt ad feretrum, seu castrum doloris hoc ordine:

2. Præcedunt duo acolythi, unus cum thuribulo et navicula, et alius cum vase aquæ benedictæ et aspersorio; tum duo alii acolythi cum duobus candelabris et candelis accensis, in quorum medio erit sub-

diaconus, qui in Missa cantavit Epistolam, paratus, deferens crucem; post eum Canonici parati; ultimo loco incedet Episcopus celebrans, inter duos assistentes, et ante eum presbyter assistens indutus pluviali nigro, et alii capellani cum cottis.

3. Cum pervenerint ad castrum doloris, seu locum destinatum pro absolutionibus faciendis, thuriferarius cum alio acolytho deferente aquam benedictam, consistunt in capite loci a parte dextera; ceroferarii vero ac subdiaconus cum cruce ibunt ad pedes loci, et subdiaconus cum cruce collocabit se in medio eorum: nisi fiat absolutio præsente corpore, quo casu subdiaconus cum cruce collocabitur ad caput defuncti, quicumque ille sit, prout in Rituali Romano. Celebrans vero sedebit in faldistorio in capite loci in medio, ita ut crucem directe semper respiciat.

4. Omnibus sic ordinatis, surget celebrans, et, detecto capite, omnibus similiter surgentibus, presbytero assistente librum ante pectus tenente, incipiet in tono Lectionis absolute Orationem *Non intres in judicium etc.;* qua finita, omnes sedebunt, coopertis capitibus, et cantores incipient Responsorium *Subvenite, Sancti Dei etc.;* tunc duo acolythi cum thuribulo et navicula, aqua benedicta et aspersorio, una cum diacono accedent ad angulum dexterum capitis. Præcedet eos cæremoniarius, et ille, qui librum defert, et hic stabit ad sinistram Prælati.

5. Incepto Versiculo *Requiem æternam etc.*, acolythus dabit naviculam diacono, et ipse accedet cum thuribulo ante Prælatum, qui, ministrante diacono naviculam, et dicente *Benedicite, Reverendissime Pater,* imponet thus in thuribulum, more consueto, dicens: *Ab illo benedicaris etc.*, producens signum crucis super incensum thuribulo impositum. Cum per chorum dicetur primum *Kyrie eleison*, surgent omnes, detectis capitibus; et Prælatus voce intelligibili dicet Pater

noster, quod secrete complebit; et interim accepto aspersorio cum aqua benedicta de manu diaconi, asperget lectum circumcirca ambulans, incipiens a sua parte dextera, ter aspergens quamlibet lecti partem lateralem, diacono a dextris comitante, et fimbrias pluvialis sublevante: et dum transibit ante crucem reverentiam faciet. Idem faciet diaconus, annuente cæremoniario, qui procedet a sinistris Prælati, vel eum præcedet, si via sit angustior.

6. Postquam cum aspersorio circumivit lectum, et ad locum suum redivit, reddit aspersorium diacono, et accipit ab eodem thuribulum, et lectum similiter circumcirca thurificat, ter in qualibet parte laterali thuribulum ducens, hoc est in duobus lateribus lecti.

7. Cum rediit post thurificationem ad locum suum, ante scabellum stans, non conversus ad altare, dicit Versiculum, *Et ne nos inducas in tentationem etc.*, et alios Versiculos et Orationem *Deus, cui omnia vivunt etc.*, ut in Pontificali, ex libro, quem minister serviens de eo sustinet stans ante eum.

8. Qua finita, Episcopus sedet cum mitra, et cantores incipiunt Responsorium *Qui Lazarum etc.*; dum dicent Versiculum *Requiem æternam etc.*, ministri accedent ad Prælatum, qui imposito thure, deposita mitra, surget, et dicto a choro *Kyrie eleison*, dicet *Pater noster*, asperget et thurificabit lectum ut supra, et demum dicet Versiculos et Orationem *Fac, quæsumus etc.*; qua finita, cantores cantabunt Responsorium, *Domine, quando veneris etc.*, et demum dicet Episcopus Orationem.

9. Demum cantato a choro Responsorio, *Libera me, Domine, de morte æterna etc.*, Episcopus celebrans, imposito thure in thuribulo, dicto *Pater noster*, asperget et thurificabit lectum, et in fine dictis Versiculis, dicet Orationem, *Absolve, quæsumus, Domine etc.*, *ut*

defunctus sæculo tibi vivat etc., et responso per chorum *Amen*, ipse Episcopus dicet *Requiem æternam etc.*, benedicens lectum, ut in Missali, et demum duo cantores dicent: *Requiescant in pace.*

10. Quo dicto, receptis ab omnibus biretis, omnes eo ordine, quo venerant, revertuntur ad sacristiam, vel alium locum deputatum, et ibidem depositis paramentis, quilibet recedit ad propria.


12. De officio ministrorum in collatione S. Sacramenti Confirmationis.

1. Præter cæremoniarium, subcæremoniarum et presbyterum Episcopo assistentem necessarii sunt 4 acolythi, quorum duo primi officio acolythorum funguntur, tertius de mitra et quartus de baculo servit.

2. Communiter Episcopus non recipitur modo solemni.

3. More solito *(cfr. pag. 616. et 617.)* Episcopus instituit præparationem, paramentis induitur, ad altare accedit, Missam incipit et celebrat sicut supra *(pag. 624. exceptis iis, quæ ad Ordinationem pertinent).*

4. Quodsi Episcopus non celebrat Missam, post Missam a sacerdote celebratam paramenta assumit, ad altare accedit, in suppedaneum ascendit et ad populum se convertit; ministri stant hoc modo:



5. Episcopus conversus ad confirmandos stans recitat Orationem ex Pontificali, quod tenet acolythus primus, dum socius tenet lumen.

6. Oratione hac dicta Episcopus adhuc in eodem loco stans accipit mitram et baculum; interim acoly-

thus serviens de libro quam celerrime Pontificale deponit in credentia, inde sumit bacile cum S. Chrismate et accedit ad primum confirmandum, ad dexteram Episcopi, cui sub tota Confirmatione S. Chrisma ita præbet, ut commode pollicem in vas illud immittere possit; serviens de lumine pariter Oratione finita lumen deponit in credentia, inde sumit pelvim cum globulis bombacii, accedit ad primum confirmandum ad sinistram Episcopi, et quos ille confirmavit, eorum frontes ipse extergit et desiccat; serviens de mitra statim ubi presbytero assistenti tradidit mitram, ad sinistram Episcopi accedens et incedens ejusdem pluviale elevat et parumper sustinet; (nisi hoc faciat aliquis canonicus, decanus aut parochus) serviens de baculo postquam pedum tradidit presbytero assistenti, accedit ad credentiam, inde sumit schedulas Confirmationem acceptam testantes, quas deinceps singulis confirmatis tradit (insinuans simul unicuique, orationem a tergo impressam statim esse recitandam).

Statio sub Confirmatione.

Confirm. Confirm. Confirm. Confirm. Confirm.
serv. de bacul. serv. de lum.
(schedulæ) (extergit) serv. de mitra Episc. serv. de libro
(S. Chrisma)
Presb. assistens

7. Omnibus confirmatis omnes servientes curare debent, ut quam primum fieri potest, præsto adesse possint, quando Episcopus statim, ubi ultimum confirmavit, pollicem mica panis extergit, manus lavat super pelvim ad altare. Serviens igitur de libro pelvim suam deponit in credentia indeque sumit pelvim cum micis panis, et bacile cum manutergio, accedit ad Episcopum, cui genuflexus porrigit micas panis; serviens de lumine bombacio in credentia deposito, inde sumit pelvim aquæ, accedit ad Episcopum et genuflexus ad dextram servientis de libro fundit aquam super ma-


nus Episcopi micis jam extersas. Quo facto serviens de libro porrigit Episcopo manutergium, et deinceps statim cum socio revertitur ad credentiam, unde serviens de lumine candelam, serviens de libro vero Pontificale sumit, et simul per gradus altaris ex cornu Epistolæ accedunt ad Episcopum sicut in principio. (in num. 4.)

8. Manibus extersis et lotis Episcopus ante infimum gradum reddit baculum, et mitram retinens ascendit ad altare et sedet, ad populum conversus. Antiphona cantata vel a ministris lecta et repetita Episcopus deposita mitra surgit et stans versus ad altare, junctis ante pectus manibus dicit Versiculos; deinde junctis adhuc ante pectus manibus et omnibus confirmatis devote genua flectentibus dicit Orationem. Qua dicta accipit mitram et baculum, dat benedictionem, ex altari descendit et more solito paramenta deponit.

23. De officio ministrorum in benedictione campanæ.

1. Necessarii sunt crucifer, duo acolythi, thuriferarius, serviens de lumine, de libro, de mitra et de baculo, et diaconus sacris vestibus albi coloris paratus pro Evangelio in fine cantando.


2. Episcopus non recipitur solemniter; omnes ministri initio stant ad credentiam, sicut ante Missam Pontificalem indeque tendunt ad altare accepturi paramenta ad Episcopum more solito deferenda.



3. Quo facto servientibus de baculo et de mitra ad thronum remanentibus, reliqui ministri tendunt ad credentiam, acolythi sumunt candelabra, serviens de lumine sumit candelam, serviens de libro librum; Episcopus cum omnibus ministris ad altare accedit ibique omnes sic sunt constituti et eodem ordine præmissa genuflexione resp. inclinatione procedunt ad locum, ubi est campana.

	Altare	
Diaconus	Episc.	Cæremon.
Baculus		Mitra
Lumen		Liber
2. Acol.	Crucifer.	1. Acol.
Thurifer.		Subcærem.

4. Ad campanam crucifer et thuriferarius stant ante credentiam; duo acolythi candelabris in credentia depositis stant hinc et inde juxta cruciferum; Episcopus vero cum reliquis ministris vadit ad thronum, ubi deposito baculo sedens cum ministris recitat Psalmos.



5. Sub Psalmo septimo *(De profundis)* duo acolythi ex credentia afferunt salem et aquam, quæ finito Psalmo stans cum mitra benedicit.

6. Aqua et sale benedictis Episcopus accipit mitram et cum dicta aqua lavat campanam et ministri

prosequuntur lotionem lavantes eam totaliter intus et extra; deinde cum linteo mundo extergunt, Pontifice interim cum mitra sedente; lotione finita ministri ad credentiam revertuntur.

7. Sequuntur sub lotione sex Psalmi, quibus finitis Episcopus surgit cum mitra et cum pollice dextræ manus facit ab extra supra campanam de oleo sancto infirmorum signum crucis in locis prius a cæremoniario signatis; quo facto deposita mitra dicit Orationem.

8. Hac Oratione finita Pontifex accepta mitra extergit cum linteo mundo crucem a se factam.

9. Sequitur (cantatur) Psalmus *Afferte Domino* cum Antiphona; interim Episcopus cum mitra stans facit cum pollice dexteræ manus de oleo sancto infirmorum septem cruces exterius super campanam et intus cum chrismate quatuor; deinde stans, deposita mitra, dicit Orationem; interim thuriferarius ex sacristia affert thuribulum.

10. Unctione finita Episcopus sedet in throno accepta mitra lavat manus et deinde incensum imponit; (quando Episcopus campanam incensat, thuriferarius elevat fimbriam pluvialis, nisi cæremoniarius hoc faciat;) quo facto thuribulum supponitur campanæ, ut totum fumum recipiat; deinde thuriferarius thuribulo recepto vadit ad credentiam.

11. Sequitur Psalmus *Viderunt te aquæ*, quo cantato deposita mitra Episcopus surgit et dicit Orationem; quo facto diaconus ad sinistram Episcopi genuflexus osculatur annulum et recitat *Munda cor*, interim Episcopus imponit incensum et deinceps omnia fiunt, sicut ad Evangelium in Missa solemni; Evangelium autem cantatur ad sinistram Episcopi, et loco subdiaconi librum tenet serviens de libro.

12. Finito Evangelio Episcopus osculatur librum Evangeliorum per servientem de libro sibi porrectum, et a diacono incensatur; quo facto producit

super campanam benedictam signum crucis et reassumpta mitra discedens revertitur ad locum, ubi paramenta accepit, eodem ordine omnes procedunt, quo venerunt.

24. De officio ministrorum in Benedictione Apostolica ab Episcopo danda.

1. Acolythi et crucifer, si finita Missa solemni impertitur benedictio Apostolica (Papalis) per Archiepiscopum vel Episcopum habentem privilegium crucis, hæc observent: acolythi dicta Oratione pro Rege, si dicitur, recedunt facta debita reverentia ab angulis infimi gradus altaris in eumdem locum in plano, ubi erant infra benedictionem; si ea Oratio non dicitur, manent acolythi, et crucifer post benedictionem in fine Missæ in eodem loco stantes et non recedunt; crucifer autem iterum in eodem loco medius inter acolythos cum cruce sistit. Deinde, si Episcopus ad sedem pervenerit, omnes simul se vertunt ad eumdem, stantes tamen linea obliqua in medio plano; imago crucifixi sit ad eumdem conversa. Dum chorus ad Orationem: „Indulgentiam" respondet: „Amen," omnes, etiam crucifer, genuflectunt et manent genuflexi, inclinato capite, — sed cruce sese non signant, — per totam benedictionem. Qua data surgunt et manent, ut antea, stantes, donec concessio plenariæ Indulgentiæ latino et vulgari idiomate est publicata. Deinde facta altari et Episcopo reverentia (genuflexione, si est expositum SSmum), recedunt ad credentiam, super cujus angulos priores acolythi deponunt candelabra et accipiunt aquam et manutergium; crucifer autem manet juxta credentiam usque ad reditum acolythorum a lotione manuum. Si datur benedictio Apostolica per Episcopum privilegium crucis non habentem, acolythi dicta Oratione pro Rege, vel si ea non dicitur, immediate finita Missa recedunt ad credentiam, ubi depositis candelabris hinc

et inde infra benedictionem genuflectunt et cruce se signant. Data benedictione surgunt et porrigunt ut supra aquam et manutergium; crucifer manet in choro, donec Episcopus revertitur ad portam.

2. Ministri de mitra et baculo finita Missa vel dicta Oratione pro Rege recedunt ad loca juxta sedilia, et stant retro post diaconos assistentes junctis manibus; demum recitatis litteris Apostolicis ante Orationem: „Precibus et meritis" mitra pretiosa et baculus deponuntur. Infra benedictionem ministri genuflectunt in loco, et alter immediate post datam benedictionem se erigens porrigit mitram a diacono assistente I. Episcopo imponendam, si ille est Archiepiscopus vel Episcopus utens cruce. Perlecta concessione Indulgentiæ in sermone vulgari accipit iterum mitram a diacono assistente. Minister de baculo vero semper finita Oratione: Indulgentiam porrigit diacono assistenti II. baculum et genuflectit in loco. Promulgata Indulgentia, etiam in vulgari idiomate, recipit baculum. Si benedictio impertitur coram exposito SSmo, minister de mitra stat post diaconum assistentem I. mitram semper tenens, quia ea hoc casu nec unquam benedictionem impertienti imponitur. Infra benedictionem genuflectit capite inclinato in loco; qua data sese erigit.

3. Ministri de libro et bugia infra promulgationem litterarum Apostolicarum stant. Quibus recitatis et deposita mitra per diaconum assistentem I. accedunt solito modo. Unus minister librum, in quo est forma benedictionis altius sustineat, quia Episcopus eam stans legit; infra benedictionem maneat stans librum tenens immobilis ante Episcopum. Minister de bugia vero genuflectit in loco. Data benedictione surgit iterum et recedit facta Episcopo reverentia, cum socio librum clausum deferente, ad locum solitum. Quando deinde Episcopus depositis para-

mentis cappa indutus est, iterum accedunt ad legendam gratiarum actionem. Si SSmum est expositum, ante accessum et post recessum ab Episcopo ante SSmum genuflectunt.

4. Diaconus et subdiaconus Missæ finita Missa vel cantata Oratione pro Rege pergunt ad sedilia (in cornu Epistolæ) collocata. Ibi semper stant junctis manibus, excepto momento benedictionis, infra quod ante sedilia genuflectunt et cruce se signant. Data benedictione surgunt et promulgata Indulgentia ad exuendum Episcopum accedunt.

25. De officiis subdiaconi et diaconi.

a) In aspersione aquæ benedictæ.

1. In sacristia diaconus a dextris, subdiaconus a sinistris celebrantis stantes, absque manipulo, profunde se inclinant, reverentiam eidem faciunt et caput tegunt.

2. Diaconus ad dexteram celebrantis incedens, dextra manu super pectus posita, sinistra anteriores fimbrias pluvialis sustinet; subdiaconus pro sua parte idem facit ad sinistram celebrantis incedens.

3. Ubi ad altare pervenerunt, diaconus cum solitis osculis a celebrante accipit biretum, quod statim cum suo tradit cæremoniario; subdiaconus pariter biretum suum tradit; deinde omnes simul unico genu exhibent genuflexionem unico genu, qua facta in infimo gradu in genua procumbunt.

4. Diaconus osculatur aspersorium ad inferiorem partem et tradit celebranti, cujus manum pariter osculatur.

5. Sub aspersione elevant anteriores fimbrias pluvialis.

b) In Missa solemni, SS. Sacramento exposito et incluso.

1. Celebrante vestito sumunt manipulum; deinde incenso imposito et benedicto inclinationem faciunt

ruci sacristiæ et celebranti, et capite cooperto junctisque manibus procedunt (unus post alterum) ad altare. Subdiaconus, ad altare perveniens, non etiam accedit ad locum suum, sed consistit paucos passus ante eumdem, ac manibus biretum tenens, ad celebrantem conversus exspectat, usque dum diaconus et celebrans ante se transierint. Tunc ante infimum gradum altaris stantes, diaconus a dexteris et subdiaconus a sinistris celebrantis cum eodem genuflectunt in plano; si vero SS. Sacramentum in eodem altari est expositum, omnes debent genuflectere in plano capellæ utroque genu, et simul caput profunde inclinare. Quibus factis, more solito fit confessio. Facta vero confessione absque ulla genuflexione ascendunt ad altare, ubi deinceps genuflectunt unico genu, ut expeditiores sint. *(Gardellini et Gavant. part. II. tit. 14. n. 5.)*

2. Dicto *Oramus te, Domine* et osculato altari celebrans ponit incensum in thuribulum, ministrante diacono naviculam et thuriferario thuribulum. (SS. Sacramento exposito hoc non fit in medio altaris, sed tantillum conversis humeris ad cornu Evangelii, facie vero ad cornu Epistolæ versa. *Gardellini.)* Diaconus parum inclinatus versus celebrantem dicit: *Benedicite, pater reverende,* et osculatur[1]) cochlear et manus

---

[1]) Communiter tenetur, omittenda esse oscula manus, cochlearis et thuribuli, quando celebrans infra Missam coram exposito SS. Sacramento impositurus est incensum in thuribulum. Quamvis vero exposito Sacramento omitti debeant oscula manus et rerum, quæ celebranti porriguntur, nihilominus subdiaconus, dicta Epistola osculabitur manus celebrantis more solito et ab ipso benedicetur; diaconus vero recipiet benedictionem ante Evangelium de more et manum celebrantis osculabitur, sicut et ipse celebrans osculari debet librum Evangelii a subdiacono ipsi delatum. Rursus diaconus ad Oblationem osculabitur patenam, calicem et manum celebrantis, tum in fine Orationis Dominicæ easdem patenam et manum similiter osculabitur. Unde patet, illa tantum omitti debere oscula, quando faciendum aliquid est, quod specialiter Sacramentum expositum dumtaxat respiciat,

celebrantis ante et post. Celebrans ter incensum ponit in thuribulum, dicens interim: *Ab illo benedicaris etc.*, et deposito cochleari producens manu dextra signum crucis super thus in thuribulo, illud benedicit. Postea diaconus, dimissa navicula, accipit thuribulum et dat celebranti, osculata prius catenularum summitate et manu illius dextra. Diaconus et subdiaconus hinc inde assistunt celebranti, dum incensat, et cum transeunt ante crucem, semper genuflectunt.

3. Deinde celebrans, diacono a dextris ejus, subdiacono a dextris diaconi stantibus in cornu Epistolæ legit *Introitum* et *Kyrie eleison.* Cum vero intonat Hymnum *Gloria in excelsis Deo* diaconus et subdiaconus unus post alium stant a tergo celebrantis; postea[1]) ascendunt ad altare et hinc inde, diaconus a dextris, subdiaconus a sinistris cum celebrante Hymnum submissa voce prosequuntur usque ad finem;[2]) (quod etiam servatur, cum dicitur *Credo)* et cum dicitur *Dominus vobiscum*, *Oratio*, *Præfatio*, *Pater noster* diaconus et subdiaconus similiter stant unus post alterum a tergo celebrantis *Flectamus genua* dicitur a diacono, a subdiacono vero *Levate;* illo primum genuflectente, hoc primum surgente; celebrans vero non genuflectit.

4 Subdiaconus circa finem ultimæ Orationis accipit ambabus manibus librum Epistolarum, deferens illum supra pectus et facta altari genuflexione in medio, vadit ad partem Epistolæ contra altare et cantat Epistolam, quam etiam celebrans interim submissa

---

non illa, quæ ad ritum Missæ solemnis proprie spectant. (*Gardellini Comment.* §. 30. *n.* 14. *S. R. C.* 12. *Aug.* 1851.)

1) Facta ad verbum *Deo* inclinatione et deinde genuflexione. Idem valet de *Credo.* (*Auctores.*)

2) Celebrans inter diaconum et subdiaconum sedere potest a cornu Epistolæ juxta altare, cum cantatur *Kyrie eleison, Gloria in excelsis* et *Credo.* (*Rubr. gen. Miss. tit.* 17. *n.* 6.) — Romæ etiam exposito SS. Sacramento fit sessio, detecto tamen capite.

egit, assistente sibi diacono a dextris, et item
ale, Tractum etc. usque ad *Munda cor meum.*
la cantata subdiaconus facit iterum genufle-
n altari in medio ac redit ad celebrantem, et
ectens osculatur ejus manum, et ab eo benedi-
præterquam in Missis defunctorum. Postea
subdiaconus accipit Missale celebrantis, defert
rnu Evangelii in altare et ibi ministrat cele-
, qui in medio altaris submissa voce dicto
a cor meum etc., et deinde lecto Evangelio, quod
non osculatur, delato etiam per diaconum libro
geliorum ad altare, imponit incensum in thuri-
. Postea diaconus genuflexus ante altare dicit
a cor meum; et accipiens librum Evangeliorum
ari petit benedictionem a celebrante, similiter
exus in superiori gradu altaris, et osculata illius
, præcedentibus thuriferario et duobus acolythis
andelabris accensis de credentia sumptis vadit
ubdiacono a sinistris ad locum Evangelii contra
versus populum, ubi subdiacono librum te-
, medio inter duos acolythos, tenentes cande-
, dicit *Dominus vobiscum*, junctis manibus. Cum
Sequentia etc. signat librum in principio Evan-
frontem, os et pectus, postea ter librum incen-
oc est, in medio, a dextris et a sinistris, et pro-
tur Evangelium junctis manibus. Interim cele-
post datam diacono benedictionem retrahens
cornu Epistolæ, ibi stat junctis manibus. Et
diaconus dicit *Sequentia sancti Evangelii*, sacer-
tiam signat se; et cum nominatur *Jesus*, caput
at versus altare. Finito Evangelio sacerdos
atur librum a subdiacono sibi delatum dicens:
vangelica dicta etc., et a diacono ter incensatur.
coram Prælato in sua residentia, liber defertur
ælatum, ut supra, et ille incensatur, ut in Cæ-
niali. Postea stans in medio altaris versus cru-

cem, incipit, si dicendum sit, *Credo*, stantibus post eum diacono et subdiacono, deinde ad altare accedentibus et cum eo prosequentibus, ut dictum est ad *Gloria in excelsis.* Cum vero in Symbolo cantatum fuerit *Et incarnatus est*, diaconus accepta bursa de credentia, ambabus manibus eam defert elevatam cum solitis reverentiis ad medium altaris, in quo explicat corporale et revertitur [1]) ad celebrantem. Cum non dicitur *Credo*, subdiaconus defert bursam simul cum calice, ut infra dicetur.

5. Dicto *Oremus* diaconus et subdiaconus accedunt ad altare in cornu Epistolæ, diaconus amovet calicem, si est in altari, vel si est in credentia, ut magis decet, accipit eum de manu subdiaconi, qui illum cum patena et hostia coopertum palla et velo a collo sibi pendente manu sinistra tenens, et alteram manum superponens velo, ne aliquid decidat, de credentia detulit, comitatus ab acolytho ampullas vini et aquæ portante; ipse diaconus calicem detegit et dat patenam cum hostia celebranti, osculando ejus manum; subdiaconus extergit calicem purificatorio, diaconus, accepta ampulla vini de manu subdiaconi, imponit vinum in calice, subdiaconus interim ampullam aquæ ostendens celebranti, dicit *Benedicite, pater reverende*, qui facto versus eam signo crucis, dicit Orationem *Deus, qui humanæ etc.* Interim subdiaconus infundit paululum aquæ in calicem, diaconus illum celebranti dat, et pedem calicis tangens, seu brachium dexterum celebrantis sustentans, cum eo dicit *Offerimus tibi, Domine etc.*, quem postea positum in altari, ut supra, palla cooperit. Subdiacono deinde stante in cornu Epistolæ ponit in dextera manu patenam, quam cooperit extremitate veli ab ejus humeris pendentis; qui vadit post celebrantem ante medium altaris et facta genuflexione ibi stat susti-

[1]) Supponitur sessio.

ns eam elevatam usque ad finem Orationis Domicæ. In Missis autem defunctorum et in feria VI. ırasceves patena non tenetur a subdiacono.

6. Ubi a subdiacono tenetur patena, hæc obser-nda sunt: apud credentiam ab acolytho humeris sius imponitur velum sericum oblongum, et manu nistra calicem, cujus velum in credentia relinquir, ad nodum accipit una cum patena et hostia ac ctum palla; calicem dein extrema parte veli ad xtram dependentis cooperit, eumque dextra desur posita ad cornu Epistolæ defert, ubi a dextris ıconi omnia perficit, quæ supra indicata sunt. Fa-ı oblatione calicis diaconus patenam abstergit pulcatorio et dextræ subdiaconi immittit ita, ut pars ısdem concava ad pectus subdiaconi vertatur, et tremitate veli ad dextrum subdiaconi latus dependntis eamdem contegat. Subdiaconus patenam tens ante pectus mox caput inclinat, descendit de ari et vadit retro post celebrantem, ubi genuflectit erectus sustinet patenam ad faciem usque elevam, sinistra sua vel ante pectus posita, vel brachium xtrum sustentante. Subdiaconus patenam tenens, n inclinat caput, nec genuflectit infra incensatiom cum diacono, neque transit cum celebrante de dio, nequidem ad lotionem manuum; inclinat tan, cum ipse incensatur. Quotiescumque autem innat, uti porro ad verba *Deo nostro,* post *gratias amus* et ad *Oremus* ante Orationem Dominicam, mper patenam supra pectus demittit. Sub finem æfationis ascendit ad sinistram celebrantis, (*Rit. ebr. Miss. VII. n. 11.*) patenam ante pectus tenens, inclinatus cum celebrante dicit *Sanctus,* erectus se n signat neque ostendit *Canonem,* sed mox facta linatione vel genuflexione, ad planum retro post lebrantem revertitur. Dicente celebrante Oratiom: *Quam oblationem,* cum diaconus descendit ad

suppedaneum, utrumque genu flectit in loco suo, tenens patenam ante pectus et caput inclinans, dum sacræ elevantur species. Peracta Consecratione subdiaconus se erigit simul cum celebrante et diacono, atque elevata usque ad faciem patena stat usque ad finem Orationis Dominicæ; tum enim sub verbis: *et dimitte nobis*, patenam ante pectus demittens, flectit unum genu cum diacono, et ascendit ad cornu Epistolæ, ubi a dextris diaconi, eidem offert patenam nondum discoopertam, quam tunc discooperit diaconus et purificatorio extra corporale abstergit. Dimissa patena acolythus aufert velum ab humeris subdiaconi, qui dein facta genuflexione retro post celebrantem in planum redit.

7. Dicto *Veni, Sanctificator*, ut supra celebrans ministrante diacono naviculam et dicente *Benedicite, pater reverende*, ponit incensum in thuribulum, dicens: *Per intercessionem etc.* ut in Ordine Missæ. Deinde accepto thuribulo per manum diaconi, nullam tunc faciens cruci reverentiam, incensat oblata, ter ducens thuribulum super calicem et hostiam simul in modum crucis et ter circum calicem et hostiam, scilicet bis a dextra ad sinistram, et semel a sinistra ad dextram, (diacono interim pedem calicis tenente manu dextra) dispensans verba in qualibet incensatione, hoc modo: in prima incensatione: *incensum istud*, in secunda: *a te benedictum*, in tertia: *ascendat ad te, Domine*, in quarta: *et descendat super nos*, in quinta et sexta: *misericordia tua.* Deinde facta reverentia, incensat crucem et altare, ut dictum est supra, assistente eodem diacono, interim dicens: *Dirigatur, Domine, oratio mea etc.*, et cum incensatur crux, diaconus amovet calicem ad partem Epistolæ, et incensata cruce reponit in loco suo. Cum reddit thuribulum diacono, dicit: *Accendat in nobis etc.* et incensatur ab eo; deinde diaconus incensat chorum et

postremo subdiaconum tenentem patenam, et ipse diaconus incensatur a thuriferario et thuriferarius postea incensat acolythos et populum. Celebrans, postquam incensatus fuerit, (ibidem, quin loco moveatur, *Gardellini)* lavat manus, ministrantibus acolythis ampullam aquæ cum pelvicula et manutergio.

8. Cum dicitur *Præfatio*, diaconus et subdiaconus stant retro post celebrantem, et paulo antequam dicatur *Sanctus*, accedunt ad altare, ubi cum celebrante hinc inde dicunt *Sanctus* et quæ sequuntur usque ad *Canonem*. Deinde diaconus accedit ad sinistram celebrantis, ei assistens, dum dicitur *Canon*, nisi alius sacerdos assistat; quia tunc ipse staret ad dextram aliquantulum post celebrantem. Subdiaconus vero tunc stat post celebrantem.

9. Cum celebrans dicit *Quam oblationem etc.* diaconus accedit ad ejus dextram et ibi in superiori gradu altaris genuflexus, cum Sacramentum elevatur, fimbrias planetæ elevat, et quando opus est, se erigens, calicem discooperit et cooperit, et cum celebrante genuflectit. Subdiaconus genuflectit in loco suo, thuriferarius genuflexus in cornu Epistolæ ter incensat hostiam, cum elevatur, et similiter calicem, posito incenso in thuribulum absque benedictione. Reposito calice diaconus redit ad librum, nisi alius assistat. Ceteri surgunt et stant in locis suis.

10. Cum celebrans dicit *Per quem hæc omnia etc.* diaconus, facta Sacramento genuflexione, accedit ad dexteram celebrantis, et quando opus est, discooperit calicem, et cum celebrante adorat; similiter cooperit et iterum genuflectit. Cum incipit *Pater noster,* idem vadit retro post celebrantem, facta prius Sacramento genuflexione, ubi stat, dum dicitur Oratio Dominica.

11. Diaconus stans retro post celebrantem, cum in Oratione Dominica dicitur *Et dimitte nobis debita*

nostra, facta ibidem genuflexione, vadit ad dextram celebrantis, et subdiaconus circa finem Orationis Dominicæ, facta item genuflexione revertitur ad altare, et stans in cornu Epistolæ porrigit patenam diacono, qui eam discooperit et purificatorio abstergens dat celebranti, illius manum osculando, et quando opus est, discooperit et cooperit calicem, et cum celebrante adorat. Subdiaconus reddita patena et deposito velo, quod ab humeris ejus pendebat, genuflectit et descendit retro post celebrantem, et cum dicitur *Pax Domini*, iterum genuflectens accedit ad sinistram celebrantis, et simul dicunt *Agnus Dei;* deinde facta ibidem Sacramento genuflexione, redit post celebrantem. Diaconus vero a dextris genuflexus exspectat pacem;[1]) et cum celebrans osculatur altare, ipse se erigens simul osculatur illud extra corporale,[2]) et a celebrante dicente *Pax tecum* complexus, accipit pacem, sinistris genis sibi invicem appropinquantibus, et ei respondet *Et cum spiritu tuo.* Postea iterum Sacramento in altari adorato, vertit se ad subdiaconum retro post celebrantem, et similiter dat ei pacem. Subdiaconus accepta pace a diacono et facta altari genuflexione [comitatus a subcæremoniario vadit ad chorum et dat pacem primo cujusque ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis, et reversus ad altare, facta genuflexione dat pacem subcæremoniario, qui ipsum comitaverat, qui et acolythis circa altare dat pacem, deinde[3]) subdiaconus] vadit ad dextram cele-

[1]) Exposito SS. Sacramento *Pax* danda est, excepta feria V. in cœna Domini. Gardellini Comment. §. 30. n. 17. dicit: „facta (post *Orate fratres*) genuflexione Missam prosequitur usque ad Communionem juxta solitum. Idem docet *Baldeschi* (edit. Fawrel) pag. 198.

[2]) Manibus junctis ante pectus, non vero super altare positis. *Baldeschi p. II. tit. II. cap.* 10. *n.* 1.

[3]) Quæ posita sunt in hac [] parenthesi, locum habent tantum in ecclesiis cathedralibus et collegiatis.

ntis, (genuflectit), et quando opus est, discooperit icem, accipit ampullam vini et infundit, quando ebrans vult purificare. Diaconus post datam pam subdiacono vadit ad librum, et dum celebrans se mmunicat, stant ipse et subdiaconus profunde ininati versus altare.

12. Diaconus defert librum Missalis ad cornu Epitolæ, deinde vadit retro post celebrantem; subdiaonus vero vadit ad cornu Evangelii, ubi calicem nundat, aptat cum purificatorio, patena et palla cooperit, plicat corporale, reponit in bursam et illam ponit super calicem coopertum velo, quem collocat in altari, vel super credentia, ut prius; postea redit ad locum suum retro post diaconum, qui, cum dicit *Ite, Missa est*, cum celebrante vertit se ad populum, et in Quadragesima dicto per celebrantem *Oremus*, diaconus in cornu Epistolæ vertens se ad populum, junctis manibus dicit *Humiliate capita vestra Deo.* Quo dicto vertit se versus altare a tergo celebrantis.

c) In Missa solemni defunctorum.

1. Ad *Aufer a nobis* diaconus ascendit cum celebrante, et in secundo gradu, vel secundum alios in suppedaneo a dextris celebrantis genuflexione facta ministrat Introitui sine sui signatione. Subdiaconus post diaconum, vel secundum alios a sinistris celebrantis genuflexione facta assistit Introitui.

2. Subdiaconus cantata Epistola librum remittit cæremoniario, manum celebrantis non osculatur, Missale fert ad cornu Evangelii, ibique ministrat. Diaconus libro in medio altaris posito accedit ad sinistram celebrantis.

3. Si fiat sessio sub *Dies iræ*, diaconus ad verba *Oro supplex* surgit, accedit ad medium altaris, utrumque genu flectit in ultimo gradu, et recitat *Munda cor;* si non fiat sessio, hanc orationem recitat in secundo gradu.

4. Evangelio cantato redit in medium et genuflexione facta in inferiori gradu, ascendit ad locum; subdiaconus claudit librum, illum tradit cæremoniario, genuflectit a sinistris diaconi et stat in loco suo.

5. Cantatis a celebrante *Dominus vobiscum*, *Oremus*, subdiaconus facta genuflexione tendit ad credentiam, ex qua sumptum calicem cum parvo velo et bursa defert ad altare ac tradit velum acolytho; diaconus extractum ex bursa corporale extendit super altare.

6. Subdiaconus non dicit *Benedicite, Pater reverende*, quando infundit aquam; aqua infusa transit ad sinistram celebrantis, genuflectens in medio; diaconus purificatorio cooperit partem patenæ apertam.

7. Incensum ad *Offertorium* imponitur more solito; oblatis et altari incensatis solus celebrans incensatur; subdiaconus non sustinet patenam.

8. Ad *Hanc igitur* subdiaconus genuflexione facta accedit ad cornu Epistolæ, sumit thuribulum et tempore Elevationis in ultimo gradu incensat SS. Sacramentum, inclinatione ante et post facta.

9. Ad *Et dimitte nobis* diaconus solus genuflectit in loco et accedit ad dexteram celebrantis, ubi tradit patenam.

10. Diaconus cantat *Requiescant in pace*, ad altare conversus.

d) In Missa Pontificali solemni.

1. Episcopo parato diaconus et subdiaconus recedunt et capiunt suos manipulos.

2. Subdiaconus Epistolam cantaturus procedit post Canonicos, gerens librum Evangeliorum clausum ante pectus, in quo includitur manipulus Episcopi, deinde venit diaconus ad sinistram presbyteri assistentis.

3. Cum Episcopus pervenerit ante infimum gradum altaris, simul cum suis ministris profundam reverentiam facit cruci super altari positæ; a dexteris Episcopi stat presbyter assistens, a sinistris diaconus et apud eum, modicum retro subdiaconus, qui tunc relinquit librum Evangeliorum in manibus cæremoniarii; dum in confessione dicunt *tibi*, *Pater*, *te*, *Pater* et *Misereatur tui*, caput versus Episcopum profundius inclinant. Cum Episcopus dixerit *Indulgentiam*, *absolutionem et remissionem etc.* subdiaconus capit manipulum, qui fuerat inclusus in libro Evangeliorum, et a latere manipuli osculatur, deinde porrigit Episcopo osculandum, ubi est signum crucis, mox applicat sinistro Episcopi brachio cum osculo manus, ipsumque stricte religat.

4. Finita confessione diaconus a dextris, subdiaconus a sinistris Episcopi cum eodem ascendunt ad altare; subdiaconus Episcopo offert librum Evangeliorum, quem osculatur adjuvante presbytero assistente.

5. Cum Episcopus osculatus est librum Evangeliorum, diaconus eidem porrigit naviculam, et thure imposito et benedicto thuribulum cum debitis osculis; altari incensato Episcopus thuribulum reddit diacono, qui ipsum triplici ductu incensat.

6. Dum Episcopus incensatione peracta vadit ad sedem suam, diaconus et subdiaconus remanent apud altare et deinde inter se dicunt *Kyrie eleison etc.* moxque Episcopo sedente, et ipsi sedent in aliquo scamno apud cornu Epistolæ; quando a choro cantatur ultimum *Kyrie*, cum reliquis ministris surgunt.

7. Postquam Episcopus incepit Hymnum *Gloria in excelsis*, diaconus et subdiaconus in locis suis simul eumdem submissa voce recitant, deinde sedent, usquequo per chorum perficiatur Hymnus cum organo, quo finito surgunt et in loca sua recedunt.

8. Cum Episcopus dicit conclusionem ultimæ Orationis, subdiaconus accipiens librum, factisque debitis reverentiis altari et Episcopo, cômitante ad ejus sinistram (sub)cæremoniario, et sibi ipse tenens librum a latere sinistro altaris, vel, ubi ita consuetum est, in ambone, cantat Epistolam alta voce. Qua finita, et factis debitis reverentiis portat eodem modo, quo supra, ante Episcopum librum clausum, quem inclinatus porrigit illi super ejus genibus, et manum dexteram illius super libro positam reverenter osculatur, et accepta benedictione ab Episcopo, redit ad scamnum suum apud altare et ibi exspectat, donec fuerit tempus eundi ad Evangelium.

9. Cum cantatur ultimus versus Gradualis sive Tractus, seu Alleluja, vel Sequentiæ, diaconus sumpto libro Evangeliorum, factaque reverentia Episcopo, illum clausum, congruenti mora affert ad altare, in infimo gradu genuflectens; tum ascendit, et collocat illum in medio altaris; deinde facta altari reverentia, vadit ad Episcopum, cujus manum reverenter deosculatur; tum reversus ad altare, in cujus inferiori gradu genuflexus dicit secreto *Munda cor meum etc.*, et deinde capit librum et illum portat ante pectus, et apud altare in cornu Epistolæ in plano exspectat, donec tempus sit eundi ad Episcopum pro accipienda benedictione. Circa finem ultimi versus Gradualis etc., incenso imposito, subdiaconus, et diaconus portans librum Evangeliorum clausum ante pectus, facta prius altari reverentia, veniunt ante Episcopum, ubi diaconus inclinatus petit benedictionem dicens intelligibili voce *Jube, domne, benedicere.* Accepta benedictione diaconus facit Episcopo profundam reverentiam; deinde cum reliquis subdiaconus manibus junctis, diaconus librum Evangeliorum clausum ante pectus portans procedunt ad Evangelium cantandum.

10. Cum pervenerint ad locum, ubi solet Evan-
3lium cantari, subdiaconus, medius inter ceroferarios
net librum Evangeliorum apertum ante pectus,
3rtens renes non quidem altari, sed versus ipsam
ırtem dexteram, quæ pro aquilone figuratur; si vero
ecclesia fuerint legilia, vel ambones, in illis poterit
ıntari Evangelium; videlicet, si cantabitur in legili,
ıu pulpito, subdiaconus stabit post illud, quod panno
ıreo, vel serico coloris ceterorum paramentorum
ıopertum, et ornatum esse debet, amplectens ipsum
gile, et manibus hinc inde librum tangens; quod si
ıntabitur in ambone lapideo, ad quod per gradus
ıcenditur, prout adhuc in pluribus ecclesiis, secundum
ıtiquam consuetudinem, hujusmodi ambones repe-
untur, tunc subdiaconus assistet, et ministrabit dia-
ıno opportune, stans a latere ejus dextero, videlicet
ırrigens thuribulum, et vertens folia libri Evange-
ırum, cum opus erit. Diaconus, cum tempus est,
nctis manibus ante pectus, incipit Evangelium et
ım respondetur a choro *Gloria tibi, Domine*, cæ-
ımoniarius, accepto thuribulo de manu thuriferarii
i prope adstantis, illud offert diacono, qui thurificat
ɔrum, primo in medio, deinde a parte dextera libri,
ox a sinistra triplici ductu, et reddit thuribulum
eremoniario; tum manibus junctis prosequitur Evan-
3lium, et cum profert nomen Jesu, vel Mariæ, in-
inat se; sed profundius, cum dicit, Jesus; quod et
nnes faciunt; subdiaconus autem, et ceroferarii per-
ant, velut immobiles. Finito Evangelio, subdiaco-
ıs, nulla facta reverentia, portat librum apertum in
ılio, ubi est principium Evangelii cantati, et illum
fert osculandum Episcopo, nulla ei facta reverentia,
isi postea, libro clauso. — Diaconus, et alii cum de-
ıtis reverentiis eodem ordine revertuntur, et presby-
ır assistens, accepto thuribulo de manu cæremoniarii,
el thuriferarii, stans thurificat Episcopum stantem.

11. Cum Episcopus cantat ex libro per presbyterum assistentem sustentato *Credo in unum Deum*, diaconus et subdiaconus apud altare illud submissa voce prosequentur, et cum Episcopo ad Versiculum *Et incarnatus est* genuflectent. Lecto Symbolo, Episcopo sedente, diaconus et subdiaconus pariter sedent; et dum prædictus Versiculus cantatur a choro, genuflectunt. Diaconus, finito Versiculo, surgit, surgente etiam subdiacono, et accedens ad abacum, capit bursam cum corporali, quam ambabus manibus elevatis usque ad oculos, cum decenti mora, et gressu, ac cum debitis reverentiis portat ad altare, ubi extrahit corporale, idque explicatum ponit super altare in medio, bursam vero seorsim in eodem altari collocat, ita ut non præbeat impedimentum, et statim redit ad locum suum, et sedet; tunc sedet subdiaconus, si forte exspectavit stans, ex consuetudine multorum.

12. Circa finem Symboli omnes surgunt. Cantato *Dominus vobiscum*, lectoque Offertorio Episcopus accedit ad altare; diaconus eumdem ante infimum gradum excipit et ascendentem a dextris adjuvat; subdiaconus, postquam Episcopus lavit et tersit manus, accedit ad abacum, ubi velum illud sericum, quo calix, patena, et alia super ipsa mensa cooperiebantur, circumcirca humeros accipit, adjuvantibus acolythis, ita ut longius pendeat a parte dextera; deinde capit manu sinistra calicem cum patena et palla, ac dictam partem longiorem veli super ea extendit; dexteramque supra ipsum velum, et calicem leviter apponit, ne aliquid decidat, et sic ad altare procedit, quem sequitur acolythus, urceolos vini et aquæ portans, sumptos ex eodem abaco, ita ut eodem tempore cum Episcopo ad altare perveniant, ubi subdiaconus calicem cum patena ponit in cornu Epistolæ, remoto velo. Diaconus vero capit de manu subdiaconi patenam cum hostia, et ad manus Episcopi cum osculo

porrigit, qui illam ambabus manibus ante pectus elevatam tenens, et oculos sursum dirigens, ac inde demittens, dicit *Suscipe, sancte Pater etc.* et in fine faciens cum ea signum crucis, collocat hostiam super corporali versus se, patenam vero ponit ad dexteram sub corporali. Interim diaconus calicem tergit purificatorio, et accepto de manu subdiaconi urceolo vini, quem illi acolythus ministrat, imponit vinum in calicem, quantum sufficiat, Episcopo inspiciente; subdiaconus vero urceolum aquæ parumper versus Episcopum elevans, dicit *Benedicite, Pater Reverendissime.* Episcopus autem, facto versus eum signo crucis, dum infundit paululum aquæ in calicem, dicit Orationem *Deus, qui humanæ substantiæ etc.* Diaconus deinde porrigit Episcopo celebranti calicem cum osculo calicis et manus, quem Episcopus ambabus manibus capiens, dextera scilicet nodum, sinistra pedem, illum offert simul cum diacono tangente pedem calicis, seu brachium dexterum Episcopi sustentante, simulque cum illo dicit Orationem *Offerimus tibi, Domine, calicem etc.* Qua dicta eumdem calicem, facta cum eo signo crucis, ponit Episcopus super corporali in medio, retro Hostiam, ita ut Hostia sit inter ipsum celebrantem, et calicem, quem diaconus palla cooperit. Tum idem diaconus capiens patenam, ponit illam in manu dextera subdiaconi, et extremitate veli ab ea parte pendentis contegit, quam subdiaconus, stans post Episcopum et diaconum, spatio congruenti, sustinet elevatam usque ad *Pater noster.* (Vide pag. 645.)

13. Dicto per Episcopum *Veni, Sanctificator etc.* diaconus eidem ministrat naviculam et mox porrigit thuribulum, quod postea in cornu Epistolæ recipit; deinde Episcopum triplici ductu incensat, et deinceps Dignitates, Canonicos et alios de choro; quo facto ipse stans post celebrantem thurificatur in suo loco, ubi stat usque ad finem Præfationis.

14. Circa finem Præfationis accedit ad dexteram Episcopi, ubi dicit cum eo *Sanctus* de more, et statim redit ad locum suum post celebrantem, ubi stat usque ad *Agnus Dei*, accedendo tamen ad Episcopi dexteram, ad discooperiendum vel cooperiendum calicem, et ad patenam illi præbendam, ut in aliis Missis.

15. Cum Episcopus dicit *Et dimitte nobis etc.* subdiaconus, facta altari reverentia cum genuflexione, accedit cum patena cooperta ad cornu Epistolæ altaris, ubi diaconus, remoto velo ex patena, illam capit de manu subdiaconi, quam abstergit, osculatur, et cum manus osculo porrigit Episcopo celebranti, statim finita Oratione Dominica. Subdiaconus statim, reddita patena diacono, deponit velum ad manus cæremoniarii, vel alicujus acolythi, qui illud ad abacum reportat, ipse vero ad locum suum retro post celebrantem redit.

16. Diaconus dicit *Agnus Dei* cum Episcopo; quo dicto presbyter assistens, facta genuflexione Sacramento, accedit ad dexterum latus celebrantis, diaconus vero similiter ad sinistrum, ubi supplet ad librum loco presbyteri assistentis; deinde post diaconos assistentes accipit pacem, prius et post genuflectendo, sed altare non osculando; postea cum debitis genuflexionibus supplet ad librum, loco presbyteri assistentis a sinistris; subdiaconus vero a dextris servit discooperiendo calicem et alia faciendo, quæ erunt opportuna, donec Episcopus communicet.

17. Sumpta per Episcopum ablutione subdiaconus complicat corporale, tergit et mundat calicem, et omnia, quæ prius attulerat, colligit et componit, velum et bursam super calicem reponendo, eaque ad abacum reportat, sine tamen velo humerali, per gradus anteriores altaris, facta illi reverentia.

e) In Missa solemni coram Episcopo celebrata.

1. Diaconus et subdiaconus ad altare accedentes i transeant ante Episcopum, capite detecto debitam everentiam faciunt. Subdiaconus satis lente debet ıcedere, ut Episcopus cum suis assistentibus primus d altare perveniat. Diaconus sistit se ad sinistram elebrantis et tantisper retro post illum, subdiaconus vero ad sinistram diaconi; genuflexione prius alari et mox inclinatione Episcopo facta, faciunt Conessionem.

2. Dicto *Indulgentiam etc.*, facta Episcopo ad throum redeunti profunda reverentia, diaconus se sistit d dexteram celebrantis, cui respondet, subdiaconus ero ad sinistram celebrantis manet.

3. Post *Oramus te* subdiacono ad sinistram celerantis stante, diaconus, absque osculis thuribulum x throno Episcopi, qui incensum imposuit et beneixit, allatum, tradit celebranti, quem incensatione ltaris peracta duplici ductu incensat.

4. Hymno recitato cum celebrante vadunt ad seilia; in reditu genuflexione altari facta, inclinatioıem faciunt Episcopo.

5. Subdiaconus, si ante Epistolam in infimo gradu ;enuflexit, Episcopo caput inclinat; Epistola cantata ıccedit ad thronum Episcopi, genuflectit, osculataue manu redit ad altare.

6. Diaconus libro Evangeliorum super altari deosito descendit et vadit ad thronum Episcopi, cujus nanum genuflexus osculatur; quo facto redit recitaurus *Munda cor meum* super inferiori gradu altaris; leinde deferens librum Evangeliorum, comitante subliacono, accedit et petit benedictionem dicens *Jube, lomne, benedicere*, osculata manu factaque inclinaione ante et post, præcedente subdiacono redit ad antandum Evangelium.

7. Evangelio cantato subdiaconus defert librum soli Episcopo osculandum.

8. Ad *Credo* eadem observanda sunt, quæ ad *Gloria*. Diaconus, quando bursam ad altare defert, genuflexione ante altare facta, caput inclinat Episcopo.

9. Ad Offertorium subdiaconus in superiori gradu in cornu Epistolæ ampullam aquæ parumper versus Episcopum elevans dicit *Benedicite, Pater Reverendissime*, et infundit aquam in calicem.

10. Ad *Veni, Sanctificator* incenso per Episcopum imposito et benedicto diaconus thuribulum tradit celebranti, qui more solito incensat oblata et altare. Incensatione peracta duplici ductu incensat celebrantem, deinde cum thuriferario accedit ad Episcopum, eodemque per presbyterum assistentem triplici ductu incensato, ipse incensat Episcopi presbyterum assistentem, deinde diaconos honorarios, mox presbyterum assistentem celebrantis, chorum et subdiaconum, et ultimo ipse incensatur.

11. Post *Sanctus*, quia Episcopus venit in medium presbyterii, subdiaconus vadit in planum cornu Epistolæ, ibique manet, usque ad finem Consecrationis.

12. Quando datur pax, diaconus eamdem accipit a presbytero assistente celebrantis, et dat subdiacono.

13. Ad *Benedictionem*, quam dat Episcopus, diaconus et subdiaconus cum celebrante se retrahunt in cornu Epistolæ, ubi in superiori gradu genuflectunt utroque genu, conversi ad altare; dum Episcopus benedicit, caput profunde inclinant.

14. Finito Evangelio cum celebrante factis reverentiis altari et Episcopo debitis redeunt in sacristiam.

f) In festo Purificationis B. M. V. in benedictione candelarum et processione.

1. Diaconus indutus amictu, alba, cingulo, stola et planeta plicata (absque manipulo), ad dexteram

elebrantis accedit ad altare, et dextera super pectus osita et capite tecto extremam fimbriam pluvialis elebrantis elevat, vel ubi loci dispositio id exigit, nte celebrantem junctis manibus incedit; subdiaconus pariter indutus amictu, alba, cingulo et planeta licata ad sinistram celebrantis, vel ante diaconum ıcedit.

2. Ad altare pervenientes diaconus biretum celerantis more solito sumptum cum suo tradit cæremoiario, genuflectit, ascendit ad altare, repetit genu.exionem et se sistit ad dexteram celebrantis in gradu liquantulum distans ab altari; subdiaconus easdem acit genuflexiones et manibus junctis se sistit ad siistram celebrantis, paululum distans ab altari.

3. Dum celebrans benedicit, incensat et aspergit andelas, diaconus elevat extremitatem pluvialis.

4. Candelis incensatis diaconus inclinatione facta latere celebrantis cum eodem vertit se ad populum, tans in cornu Epistolæ; subdiaconus vero eadem acit in cornu Evangelii; diaconus candelam pro ceebrante destinatam ab acolytho acceptam osculatur t tradit digniori, qui ipsam tradet celebranti; deinde liaconus aliam candelam pro digniore ex clero destiıatam ab acolytho accipit, osculatur et celebranti orrigit digniori tradendam.

5. Tum diaconus et subdiaconus accedunt ante elebrantem, et in suppedaneo genuflexi ex ipsius nanibus accipiunt candelas suas, osculantes candelas t manum celebrantis; tum ambo surgunt, debitis reerentiis factis redeunt ad loca sua et candelas suas radunt acolythis; quo facto diaconus candelas sinulas distribuendas tradit celebranti; subdiaconus nterim elevat fimbrias pluvialis ejusdem celebrantis.

6. Finita distributione candelarum diaconus et ubdiaconus inclinatione facta celebranti, si opus uerit, ministrant in lotione manuum.

7. Quando celebrans finito *Exsurge* cantat *Oremus*, diaconus accedit ad dexteram celebrantis, et si fuerit post Septuagesimam et non in die Dominica, cantat *Flectamus genua* aut in loco, aut retro post celebrantem, ibique stat usque ad finem Orationis, vel redit, genuflexione a dextris celebrantis facta; subdiaconus imitatur diaconum et, ubi opus fuerit, respondet *Levate.*

8. Finita Oratione *Exaudi, quæsumus, Domine* pro impositione incensi ministrat naviculam solitis osculis factis; deinde tradit celebranti candelam, postquam et illam et manum celebrantis osculatus est; deinde sumpta sua candela et facta genuflexione se vertit ad populum et cantat *Procedamus in pace;* subdiaconus sub impositione incensi genuflexione altari facta via breviori discedit sumpturus crucem processionis et accedit usque ad portam aut ad medium presbyterii, ubi consistit, se vertens ad altare.

9. Statim post *Procedamus in pace* diaconus descendit, et se sistit ad celebrantis sinistram; subdiaconus crucem tenens medius inter duos acolythos cum candelabris accensis, genuflexione non præmissa et capite non tecto sequitur thuriferarium.

10. Regressus in chorum subdiaconus sine genuflexione crucem defert ad credentiam et deinceps cum diacono induit paramenta pro Missa.

g) In Dominica Palmarum.

1. Cum celebrans in cornu Epistolæ dicit Antiphonam *Hosanna*, diaconus a dextris, subdiaconus vero a sinistris ipsius stat.

2. Quando celebrans post *Dominus vobiscum* recitat Orationem in tono feriali, subdiaconus, facta cruci reverentia, descendit ad credentiam vel retro post celebrantem; planeta deposita ac libro accepto cantat Epistolam et osculatur manum celebrantis

sicut in Missa. Reddito libro et inclinatione facta accedit resumpturus planetam et via breviori redit ad celebrantis dexteram. Diaconus versus finem Epistolæ cruci facit reverentiam, descendit in planum prope credentiam, planetam convolvit, vel ea deposita latiorem stolam sumit, accipit Missale, illudque more solito defert super medium altaris; deinde stans a dextris celebrantis illi ministrat incensum. Quo facto per viam breviorem ad medium rediens, genuflectit in suppedaneo, dicit *Munda cor* et librum tenens petit benedictionem in eodem loco remanens; subdiaconus hac occasione elevat extremitatem pluvialis, et postea diacono tenet librum sicut in Missa.

3. Evangelio cantato celebrans osculatur librum et incensatur sicut in Missa; deinde diaconus resumpta planeta redit ad celebrantis dexteram.

4. Ad *Sanctus* diaconus et subdiaconus se inclinant, et ad *Benedictus* se signant, ante processionem uterque deponit manipulum.

5. Rami distribuuntur eodem modo, quo candelæ in festo Purificationis B. M. V. *(Cfr. pag. 659.)*

6. Ramorum distributione finita imponitur incensum more solito; processio instituitur sicut in festo Purificationis B. M. V., sed in regressu consistunt ad ostium extra ecclesiam, et quidem diaconus a sinistris celebrantis; subdiaconus stat foris juxta portam tenens crucem, crucifixo ad celebrantem converso.

7. Finito Hymno *Gloria, laus et honor* subdiaconus invertens crucifixi imaginem ad ostium, nihil dicens semel tantum percutit ostium hastili crucis, et statim ingreditur ecclesiam.

8. Subdiaconus, dum in Epistola cantat *ut in nomine Jesu,* genuflectit uno genu et sine mora surgit. Osculata celebrantis manu sistit se ad dexteram diaconi.

9. Dum primus diaconus Passionis incipit Passionem, diaconus Missæ celebranti cum solitis osculis tradit ramum, et stans ad ejus dexteram vertit folia libri, suum ramum tenens manu sinistra.

h) Feria V. in Cœna Domini.

Usque ad *Agnus Dei* Missa cantatur more solito.

1. Dicto *Agnus Dei* diaconus et subdiaconus mutant loca, genuflexione facta ante et post.

2. Sumpto per celebrantem SS. Sanguine subdiaconus calicem Missæ palla cooperit ac reponit super corporale in cornu Evangelii, factaque genuflexione accedit ad sinistram, ubi renovat genuflexionem; diaconus vero facta genuflexione accedit ad dexteram celebrantis, iterum genuflectit, offert celebranti vacuum calicem pro reservanda hostia, quem reponit in medio corporalis; deinde, ubi celebrans discessit in cornu Evangelii, ipse diaconus accedit ad medium, genuflectit, cooperit calicem palla et inversa patena, extenditque velum album et sericum super eumdem calicem, quem reponit in medio, paululum propius ad tabellam. Deinde aperto ciborio, ac genuflexione facta descendit in planum in cornu Epistolæ, ibique inclinatus recitat aut cantat *Confiteor*. Subdiaconus genuflectit utroque genu prope celebrantem.

3. Peracta Missa diaconus et subdiaconus cum celebrante genuflectunt in suppedaneo, descendunt in planum et deponunt manipula; quando celebrans assumpsit pluviale, eumdem deducunt ad altare, extremitates pluvialis ipsius elevantes, ante infimum gradum cum eodem in genua procumbunt; ubi surrexerunt, imponitur incensum absque osculis; subdiaconus pluvialis fimbriam elevat sub thuris impositione et benedictione, diaconus vero sub incensatione.

4. Incensatione peracta diaconus ascendit super suppedaneum ac facta genuflexione vitta alligat

velum calicis (dummodo hoc non factum sit in Missa); deinde dextera manu sumit nodum et sinistra pedem calicis, quem, vertens se per suam sinistram, stans tradit celebranti. Remissa extremitate dextera veli humeralis super calicem, ac genuflexione facta diaconus descendit a latere sinistro, deinde ipse a dexteris, subdiaconus vero a sinistris celebrantis incedunt, recitantes cum eodem *Pange lingua* et elevantes pluviale.

5. Cum pervenerit ad capellam SS. Sacramenti, subdiaconus genuflectit utroque genu in gradu inferiori, diaconus vero ascendit in suppedaneum, et dorso ad latus Epistolæ converso, genuflectit utroque genu, sicque genuflexus, remoto velo humerali, a celebrante stante accipit SS. Sacramentum, deinde surgit et deponit SS. Sacramentum super corporali in altari expanso, (vel ex præscripto Cærem. Ep. in tabernaculo, quod relinquit apertum); facta deinde genuflexione descendit ad celebrantem, cujus humerale recipit, et subdiacono tradit, moxque genuflectit utroque genu ad ejusdem dexteram. Post *Veneremur cernui* diaconus surgit et ministrat incensum, thuribulo reddito ascendit ad altare, et facta genuflexione, remittit calicem in tabernaculum, quod claudit præmissa genuflexione, deinde redit ad dexteram celebrantis, una cum subdiacono extremitates pluvialis elevat, caput tegit et ad sacristiam redit.

6. Ciborio ex altari amoto, subdiaconus amictu, alba, cingulo, diaconus insuper stola violacea super humerum indutus, capite tecto et manibus junctis cum celebrante procedunt ad denudationem altarium. Ad altare majus pervenientes biretis traditis et celebrante inclinationem faciente, diaconus et subdiaconus genuflectunt, et cum eodem ad altare ascendunt, et submissa voce recitantes Psalmum *Deus, Deus meus, respice* (qui habetur feria VI. in

feriali officio ad Primam) eumdem adjuvant in amovendis mappis. Majori altari denudato descendunt in planum, celebrans facit inclinationem, subdiaconus et diaconus genuflectunt, deinde accedunt ad alia altaria, quæ simili modo denudant. Quo facto cum celebrante redeunt ad altare majus, genuflectunt, et revertuntur in sacristiam eodem ordine, quo venerunt.

i) Feria VI. in Parasceve.

1. More solito diaconus et subdiaconus paramentis nigris induti, præcedunt celebrantem ad altare; ibi diaconus biretum celebrantis sumit et una cum suo tradit cæremoniario, deinde facta genuflexione diaconus ad dexteram, subdiaconus ad sinistram celebrantis provolvuntur, capite et brachiis pulvino admotis.

2. Elapso tempore, quo unum *Miserere* possit recitari, surgunt, diaconus ascendit ad altare, ac facta genuflexione, accedit ad secundum gradum, in quo stat a dextris celebrantis; lecta a celebrante prophetia, non dicto *Deo gratias*, redit retro post celebrantem; subdiaconus omnino imitatur diaconum.

3. Dicta post *Flectamus genua* Oratione, subdiaconus deposita planeta, accedit cantaturus Epistolam more solito. Mox facta cruci genuflexione, remisso libro et resumpta planeta, vadit ad dexteram diaconi, qui stat ad dexteram celebrantis.

4. Finita Passione diaconus deposita planeta accedit cantaturus Evangelium non petita benedictione et incenso non adhibito; subdiaconus Evangelio assistens librum non defert celebranti osculandum.

5. Evangelio finito diaconus genuflexione facta accedit retro post celebrantem, subdiaconus vero pariter facta genuflexione retro post diaconum; ille, quando opus est, dicit *Flectamus genua*, hic respondet *Levate*.

6. Completis Orationibus diaconus descendit et deposito manipulo, servata vero stola latiori vel planeta convoluta, accedit ad medium per inferiorem graduum partem; genuflexione facta accipit crucem, quam ad se versam defert celebranti, ipsi tradit absque osculis; deinde ad ejusdem dexteram se sistit. Subdiaconus eodem tempore (completis scilicet Orationibus) accedit, amovet casulam plicatam et deponit manipulum, transitque ad dexteram celebrantis, paulo inferior in plano vel ad ultimum gradum.

7. Cantato a celebrante *Ecce lignum crucis* diaconus et subdiaconus cum eodem prosequuntur *in quo salus mundi pependit;* ad verba chori *venite, adoremus* se prosternunt, caputque demittunt. Eadem faciunt in loco, ubi dicitur Introitus, et in altaris medio.

8. Quando sacerdos solus portat crucem ad locum præparatum, diaconus in cornu Evangelii, subdiaconus vero in cornu Epistolæ manent genuflexi, usque dum sacerdos crucem deposuit. Tunc via breviori accedunt ad sedes, et deponunt calceamenta; deinde vadunt ad portam presbyterii, genuflectunt, procedunt usque in medium presbyterii, iterum genuflectunt, procedunt usque ad crucem, osculantur crucifixi pedes tantum, et repetita genuflexione redeunt ad sedes, ubi salutato celebrante, resumunt calceamenta et paramenta.

9. Circa finem adorationis crucis diaconus accipiens ex credentia bursam, cruci genuflectit et via breviori ascendit ad altare, in cujus medio genuflexione facta, more solito extendit corporale, et juxta illud ponit purificatorium, deinde debita reverentia facta, via breviori redit ad celebrantem.

10. Finita adoratione crucis diaconus surgit, accedit ad pulvinum, genuflectit et sumit crucem, quam reverenter accipit et tenens elevatam ad altitudinem oculorum reportat ad altare, ibique deponit

in loco, ubi erat prius, i. e. inter candelabra; deinde genuflectit, reditque ad locum juxta celebrantem, ubi sedet et caput tegit.

11. In processione ad capellam SS. Sacramenti diaconus ad dexteram, subdiaconus ad sinistram celebrantis capite tecto incedit; prope capellam caput detegunt, ante fores vel ante infimum gradum genuflectunt, et profunde inclinant; tunc diaconus surgit, manibus junctis ascendit in suppedaneum, genuflectit (dorso non converso ad celebrantem), aperit tabernaculum, genuflectit, et redit ad dexteram celebrantis, cui porrigit naviculam absque osculis.

12. Incenso absque benedictione imposito et SS. Sacramento incensato diaconus surgit, ascendit in suppedaneum, genuflectit, sumit calicem, dat ad manus sacerdotis et tegit extremitatibus veli humeralis. Procedunt eodem ordine, quo venerunt.

13. Ubi pervenerunt ad altare, subdiaconus genuflectit ad sinistram celebrantis in infimo gradu altaris; diaconus vero ascendit in suppedaneum, genuflectit utroque genu versus celebrantem, genuflexus amovet humerale et accipit calicem, surgit, deponit calicem in altari, solvit vittam (funiculum, quo velum circa calicem erat obfirmatum), extendit velum ac genuflectit, dorso ad cornu Epistolæ converso; tunc surgit, descendit ad dexteram celebrantis et porrigit naviculam.

14. Incenso absque osculis et benedictione imposito et SS. Sacramento incensato, subdiaconus ad sinistram, diaconus vero ad dexteram celebrantis ascendit ad altare, genuflectit, sumit patenam eamque ita tenet, ut celebrans Hostiam ex calice commode in eam deponere possit, deinde absque osculis celebranti tradit patenam cum SS. Hostia. Quo facto subdiaconus genuflectit, transit ad dexteram diaconi, genuflectit, porrigit ampullam vini et parum aquæ,

nihil dicens. Diaconus infundit vinum in calicem non extersum, quem celebranti dat et deinceps palla tegit.

15. Calice super corporali deposito subdiaconus genuflectit, transit ad sinistram celebrantis iterumque genuflectit; diaconus vero porrigit naviculam absque osculis et nihil dicens. Oblata et altare incensantur more solito, genuflectunt cum celebrante ante et post, et quoties transeunt ante SS. Sacramentum; sacerdos non incensatur, sed statim aliquantulum extra altare in cornu Epistolæ ministrantibus diacono et subdiacono lavat manus, nihil dicens; quo facto subdiaconus et diaconus more solito accedunt ad medium altaris.

16. Cantato *Pater noster* diaconus genuflectit et accedit retro post celebrantem in secundum gradum et genuflectit utroque genu in suppedaneo, manibus junctis; subdiaconus imitatur diaconum, ad cujus sinistram manet genuflexus.

17. Post *Elevationem* diaconus surgit et transit ad dexteram celebrantis, ut detegat calicem; subdiaconus vadit ad sinistram celebrantis; detecto calice mutant locum, genuflexione facta ante et post.

18. Ablutione peracta subdiaconus cruci facit inclinationem et accedit ad cornu Evangelii, ubi calicem extergit et more solito disponit; diaconus vero clauso libro ac resumpta planeta redit ad dexteram celebrantis, genuflexione in medio facta.

k) Sabbato sancto.

1. Diaconus, qui cantabit *Exsultet*, debet idem esse, qui cantabit Evangelium in Missa.

2. Ad benedictionem novi ignis subdiaconus indutus planeta plicata, absque manipulo, defert crucem, præcedentibus acolythis. Cum pervenerit ad portam, se constituit prope mensam, renes ad portam *vel murum vertens*, imaginem vero crucifixi et fa-

ciem suam ad celebrantem; diaconus indutus stola et planeta violacea accedit ad sinistram celebrantis; postquam vero venerunt ad locum benedictionis, transit ad ejus dexteram, accipit ejusdem biretum, osculatur illud et tradit cæremoniario; deinde assistit celebranti, vertens folia et elevans pluviale, dum crucem formet.

3. Dicta Oratione (quarta) pro benedictione quinque granorum diaconus porrigit naviculam et cochlear, aspergillum et thuribulum osculis solitis factis; deinde transit ad sinistram celebrantis, assumit stolam, manipulum et dalmaticam albi coloris, redit ad dexteram celebrantis, cui porrigit naviculam[1]) osculis solitis factis; deinde utraque manu sumit arundinem et incedit immediate ante celebrantem.

4. Ingressus in ecclesiam diaconus consistit, inclinat arundinem ad acolythum deferentem candelam de novo igne accensam, ut unum ex ramis accendat; deinde arundinem elevat, genuflectit cum omnibus (præter subdiaconum, qui crucem defert), et solus cantat voce mediocri *Lumen Christi;* et altius elevans arundinem procedit ad medium ecclesiæ; iterum inclinat arundinem, ut acolythus accendat alium ramum et iterum genuflexus, ut supra, paulo altius cantat *Lumen Christi;* adhuc altius tenens arundinem procedit ante altare, ubi accenditur tertius ramus, et rursum genuflexus, ut prius, adhuc altius cantat *Lumen Christi.*

5. Ubi sacerdos ascendit ad cornu Epistolæ, diaconus tradit arundinem uni ex acolythis, accipit Missale et genuflexus in medio altaris, in suppedaneo petit benedictionem, ut fit ante Evangelium; non osculata manu celebrantis, descendit in planum, genuflectit, et accedit ad pulpitum, deponit super eodem

[1]) Antequam discedunt celebrans tantum incensum imponit, ut sufficiat pro incensatione libri ante Exsultet.

ibrum, se convertit ad meridiem vel ad aquilonem, pertum librum ter incensat, et manibus junctis inipit *Exsultet*. Subdiaconus cum cruce stat ad dexeram diaconi et imaginem crucifixi vertit ad celerantem.

6. Post verba *curvat imperia* diaconus infigit uinque grana incensi benedicti in cereo paschali in nodum crucis, ordine in Missali assignato, et proequitur.

7. Post verba *rutilans ignis accendit* diaconus ereum paschale accendit cum una ex tribus candelis n arundine positis; deinde prosequitur.

8. Post verba *apis mater eduxit* paululum silet, einde pergit, ad nomen Papæ caput inclinat; quæ d imperium Romanum spectant, omittit.

9. Finito *Exsultet* diaconus librum clausum relinuit super pulpitum, et depositis albis sumit violacea aramenta, et vadit ad dexteram celebrantis, sicut d Introitum; subdiaconus, deposita cruce et genuexione facta, sumit manipulum et se sistit ad dexteam diaconi.

10. In fine singularum prophetiarum diaconus et ubdiaconus se sistunt unus post alterum, retro post elebrantem; dum celebrans dicit *Oremus*, diaconus, bi opus est, cantat: *Flectamus genua*, et subdiaconus: *Levate;* absoluta Oratione redeunt ad loca.

11. Prophetiis cantatis diaconus et subdiaconus eponunt manipulum, et facta genuflexione ille ad exteram, hic ad sinistram celebrantis detecto capite t fimbrias pluvialis elevantes accedunt ad fontem aptismalem; ibique stant juxta celebrantem et levant pluviale, ubi opus est.

12. Benedictione fontis finita diaconus celebranti um osculis solitis porrigit aspersorium; quo facto elebrans cum ministris redit ad altare, eodem ordie, quo ad fontem accesserunt; deinde depositis plu-

viali, et planetis plicatis genuflectunt in plano ante infimum gradum altaris et procumbunt.

13. Quando in Litaniis cantores cantant ℣. *Peccatores*, ministri cum celebrante surgunt, deinde genuflectunt et manibus junctis redeunt in sacristiam, paramenta alba assumpturi pro Missa, in qua præter solita hæc observanda sunt:

14. Cantato *Oremus* post Evangelium, subdiaconus facta altari reverentia calicem de credentia sumit, et humerali velo coopertum defert ad altare more solito, diaconus sumpta bursa extendit corporale, et redit ad locum.

15. Non datur pax; ad verba celebrantis *Pax Domini etc.* diaconus et subdiaconus mutant locum, genuflexione facta ante et post.

16. Ad *Magnificat* cum celebrante se signant — postea diaconus incensat celebrantem, chorum et subdiaconum, ac redit ad locum, ubi incensatur a thuriferario; subdiaconus, dum incensatur, stat in secundo gradu, unde statim descendit.



IV. De ordinibus rite suscipiendis.

1. Regulæ quædam generales in omnibus ordinibus suscipiendis observandæ.

1. Ordinandi appareant confessi et jejuni, bene tonsurati, et habitu talari et collari vestiti; in actu sacro manus semper ante pectus junctas habeant, nisi eædem alias occupatæ sint; et quotiescumque Episcopus benedicens super ordinandos signum crucis facit, et ipsi ordinandi, quoad possunt, se signant.

2. Quando ordinandi nominatim vocantur, quilibet vocatus voce audibili respondet *Adsum;* dein statim ad ordinationis locum ante Episcopum accedit, cui reverentiam profundam facit; et in medio genu-

flectit. Si plures sint, in modum coronæ se disponant. Reverentiam profundam Episcopo debitam quilibet facit, quotiescumque vel ad eumdem accedit, vel ab eodem recedit, vel ipsum transit.

3. Post provocationem illam ordines ipsi conferuntur, pro quibus singulis infra quædam regulæ speciales dabuntur. Bene advertant, quando respondere debeant *Amen*.

4. Ordinatione finita, et Offertorio ab Episcopo in Missa lecto ordinati cum candelis accensis in manu dextera, sinistra pectori admota, ad eumdem accedunt, et quilibet coram eo genuflexus ipsi candelam suam offert, in oblatione ipsa prius candelam in parte inferiori, dein annulum Reverendissimi osculans, et dein in locum suum recedit.

5. Item Ss. Sanguine ab Episcopo sumpto, ad S. Communionem accedunt, ante quam (neopresbyteris exceptis) genuflexi voce clara confessionem dicunt, et dein S. Communionem accipiunt, prius ad verba Episcopi: *custodiat te in vitam æternam* — respondentes: *Amen*, et ante sumptionem ipsam annulum Reverendissimi osculantes.

6. Denique benedictione finali in Missa ab Episcopo data, ordinati ad locum ordinationis accedunt, et, uti initio, coram Rvdmo genuflexi ab eodem pensum accipiunt. Ad ejusdem verba ultima: *etiam pro me orate* omnes simul respondent: *Libenter*, vel *facturi sumus*, et recedunt.

2. Rubricæ Pontificalis Romani de ordinibus conferendis.

(Ex Pontificali Romano, ed. anni 1849.)

Quando Episcopus ordinationem facere disposuerit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam Ordinationem, vel quando Episcopo videbitur, ad civitatem evocentur. Episcopus au-

tem sacerdotibus, et aliis prudentibus viris, peritis divinæ legis, ac in ecclesiasticis functionibus exercitatis, sibi ascitis, ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, et fidem diligenter investiget, et examinet.

Nullus ad subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad diaconatus ante vigesimum tertium, ad presbyteratum ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoveatur. Sciant tamen Episcopi, non singulos in ea ætate constitutos debere ad hos Ordines assumi, sed dignos dumtaxat, et quorum probata vita senectus sit. Regulares quoque nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur.

Prima tonsura non initientur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint, et fidei rudimenta edocti non fuerint: quique legere et scribere nesciant, et de quibus probabilis conjectura non sit, eos non sæcularis judicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.

Ad minores Ordines promovendi, bonum a parocho, et a magistro scholæ, in quo educantur, testimonium habeant. Hi vero, qui ad singulos majores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publice in ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, et vita ac fide dignis diligenter inquirat, et litteras testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat.

Minores Ordines iis, qui saltem latinam linguam intelligant, per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo magis expedire videretur, conferantur, ut eo accuratius, quantum sit hujus disciplinæ pondus, possint edoceri; ac in unoquoque munere, juxta præscriptum Episcopi, se exerceant; idque in ea, cui adscripti erunt, ecclesia,

nisi forte ex causa studiorum absint, atque ita de gradu in gradum ascendant, ut in eis cum ætate, vitæ meritum, et doctrina major accrescat. Quod et bonorum morum exemplum, et assiduum in ecclesia ministerium, atque major erga presbyteros, et superiores Ordines reverentia, et crebrior, quam antea, Corporis Christi Communio, maxime comprobabunt. Cumque hinc ad altiores gradus, et sacratissima mysteria sit ingressus, nemo iis initietur, quem non scientiæ spes majoribus Ordinibus dignum ostendat. Hi vero nonnisi post annum a susceptione postremi gradus minorum Ordinum, ad sacros Ordines promoveantur, nisi necessitas, aut ecclesiæ utilitas, judicio Episcopi, aliud exposcat.

Subdiaconi, et diaconi ordinentur, habentes bonum testimonium, et in minoribus Ordinibus jam probati, ac litteris, et iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instructi. Qui sperent, Deo auctore, se continere posse; ecclesiis, quibus adsribentur, inserviant; sciantque maxime decere, si saltem diebus Dominicis, et solemnibus, cum altari ministraverint, sacram Communionem perceperint. Promoti ad sacrum subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur. Duo sacri Ordines non eodem die, etiam Regularibus, conferantur.

Qui pie et fideliter in ministeriis ante actis se gesserint, et ad presbyteratus Ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium; et hi sint, qui non modo in diaconatu, ad minus annum integrum, nisi ob ecclesiæ utilitatem ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministraverint; sed etiam ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda Sacramenta, diligenti examine præcedente, idonei comprobentur; atque ita pietate, et castis moribus conspicui, ut præclarum bonorum operum exemplum, et vitæ monita ab eis possint exspectari.

Illegitimi, sine dispensatione Apostolica, ad sacros Ordines promoveri non possunt; ad minores tamen possunt ex dispensatione sui Episcopi Ordinarii: neque etiam furiosi, amentes, servi, homicidæ, irregulares, insigni corporis vitio deformes, aut manci ordinari possunt.

Examinentur de Ordine, in quo sunt constituti, et quando, et a quo illum receperunt.

Clericus sæcularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, et ætate, ad sacros Ordines non promoveatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacifice possidere. Id vero beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus; neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quod aliunde vivere commode possit, et aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate ecclesiarum suarum: eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint; atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut exstingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint.

Advertat diligenter Pontifex, cum Ordines confert, ne in expressione formarum, vel collatione instrumentorum ipsorum Ordinum deficiat; frequenter Pontificale respiciat, et mature procedat. Moneat ordinandos, quod instrumenta, in quorum traditione character imprimitur, tangant. Secretas morose dicat, ut ordinati ad sacerdotium possint illas cum eo dicere; debent enim ex consuetudine concelebrare, et etiam verba consecrationis proferre.

Tempora Ordinationum sunt: Sabbato in omnibus Quatuor Temporibus, Sabbatum ante Dominicam de Passione, et Sabbatum sanctum.

Clericatus, seu prima Tonsura, quocumque die, hora, et loco conferri potest.

Minores vero Ordines possunt dari singulis Dominicis, et festivis diebus duplicibus ex præscripto ubicumque, in mane tamen.

Ordinandi omnes debent in ecclesia se præsentare cum tonsura, habitu, et paramentis Ordini suo convenientibus, et candelis in manu accensis. Et cum a notario Episcopi nominati fuerint, respondeant, Adsum, *et accedant ad locum Ordinationis, secundum ordinem descriptionis.*

Advertat quoque Pontifex, quod si unus tantum sit per eum ad quemcumque Ordinem promovendus, illum admoneat, et alloquatur non in plurali, ut textus dicit, sed in singulari.

In Sabbatis Quatuor Temporum, in quibus fiunt Ordinationes generales, tonsuræ fieri debent post Kyrie eleison; *deinde dicta prima Lectione, ordinantur ostiarii; post secundam Lectionem, lectores; post tertiam, exorcistæ; post quartam, acolythi; post quintam, subdiaconi; finita Epistola, diaconi; et demum ante ultimum versum Tractus, vel infra Octavam Pentecostes, ante ultimum versum Sequentiæ, ordinantur presbyteri.*

Si Ordinationes fiant in Sabbato ante Dominicam de Passione, quia unica tantum dicitur Lectio, tonsuræ debent fieri immediate post Introitum, omnes minores Ordines post Kyrie eleison, *subdiaconi immediate post Collectam, diaconi, post Epistolam, presbyteri, ante ultimum versum Tractus.*

Idem servetur, quandocumque dantur Ordines sacri extra Tempora, ex dispensatione Apostolica. Quod si fiat inter Pascha, et Pentecosten, presbyteri ordinantur ante ultimum versum. Si inter Pentecosten, et Septuagesimam, ordinantur ante Versum, Alleluja. *Et antequam ad collationem Ordinum procedatur, legitur mandatum Apostolicum, sive supplicatio, cujus vigore Pon-*

tifici facultas conceditur ordinandi; quibus lectis, dicit Pontifex, Deo gratias; *et ad Ordinationem procedit.*

Si vero Sabbato Sancto Ordinationes fiant, officium incipitur a prima Prophetia, et continuatur, prout in Ordinario, usque ad Litanias inclusive: in quibus dicto, Ut omnibus Fidelibus, etc. *surgit ab accubitu Pontifex, et conversus ad ordinandos, eos benedicit, prout post Litanias infra ponitur. Deinde perficiuntur Litaniæ, et Pontifex facit Confessionem: et dicto* Kyrie eleison, *pro Missa, ordinat ad primam tonsuram. Tum dicit,* Gloria in excelsis Deo etc. *Quo dicto, ordinat ad quatuor minores Ordines. Deinde dicit Orationem ordinariam, cum alia pro ordinandis; quibus dictis, ordinat ad subdiaconatum. Tum dicitur Epistola; et ea dicta, ordinat diaconos. Dicitur deinde* Alleluja, *cum suo Versu, et prima pars Tractus; quibus dictis, ordinat presbyteros; post quorum ordinationem dicitur Versus Tractus, Evangelium, et alia, prout in Ordinario.*

Quando autem Pontifex extra Missarum solemnia est promoturus aliquos ad primam tonsuram, vel ad quatuor minores Ordines, sufficit, quod habeat stolam supra rochettum, vel supra superpelliceum (si sit Regularis), et mitram simplicem. Cum autem est celebraturus pro sacris Ordinibus conferendis, habere debet sandalia, et omnia paramenta Pontificalia, et dicere Psalmum Quam dilecta, etc.

Ordinationes sacrorum Ordinum, statutis a jure temporibus, ac in Cathedrali ecclesia, vocatis, præsentibusque ad id ecclesiæ Canonicis, publice celebrentur: si autem in alio diœcesis loco, præsente clero loci, dignior, quantum fieri poterit, ecclesia semper adeatur.

Cum igitur Ordinationes faciendæ sunt, per sacristam, seu alium, ad quem spectat, præparantur omnia, quæ necessaria sunt pro Missa Pontificali. Et demum, cum tempus Ordinationis instat, hora competenti, Pontifex cappa magna indutus, capellano illam post eum de-

ferente, venit ad ecclesiam, ubi Ordinationes fieri debent: et accedens ante altare genuflexus ibidem aliquamdiu orat. Deinde vadit ad sedem, ubi paramenta capere consuevit, vel, si non sit in ecclesia sua, ad faldistorium, ad cornu Epistolæ sibi paratum, ubi sedens, accipit omnia paramenta Pontificalia coloris tempori convenientis, et mitram simplicem, dicens Psalmum Quam dilecta, etc.

Pontifex sic paratus, baculum pastoralem in sinistra tenens, accedit ad gradus altaris, ubi depositis baculo et mitra, facta altari reverentia cum profunda capitis inclinatione, facit cum ministris Confessionem. Interim cantatur a choro Introitus, et Kyrie eleison. *Finita Confessione, Pontifex ascendit ad altare, illud in medio osculatur, et textum Evangelii ad sinistram, incensat altare more solito, resumit mitram, et revertitur ad sedem, seu ad faldistorium, ad cornu Epistolæ, ubi deposita mitra, et versa facie ad altare, oblato sibi per ministrum libro, ex eo legit Introitum, et* Kyrie eleison, *quibus dictis, sedet cum mitra, donec perficiatur a choro ultimum,* Kyrie eleison. *Quo finito, surgit Pontifex, et cum mitra ad faldistorium, ante medium altaris sibi præparatum, accedit, et in illo sedet, renibus altari versis. Tum Archidiaconus vocat omnes ordinandos, dicens:* Accedant omnes, qui ordinandi sunt. *Quibus ante altare coram Pontifice genuflexis, vel in modum coronæ dispositis, Archidiaconus publice interrogat omnes, si sint aliqui, qui forte non sint confirmati: quia non debent ad Ordinationem accedere, nisi prius confirmentur. Et si aliqui confirmandi erunt, tunc depositis Pontifex annulis et chirothecis, lavat manus, reassumit annulos, et confirmat. Vel si non erunt aliqui confirmandi, palam interdicit per unum ex suis, sub his verbis:*

Reverendissimus in Christo Pater, et Dominus, Dominus *N.* Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus *N.* sub excommunicationis pœna præcipit et mandat omnibus *et singulis*, pro suscipiendis Ordinibus

hic præsentibus, ne quis forsan eorum irregularis, aut alias a jure, vel ab homine excommunicatus, interdictus, suspensus, spurius, infamis, aut alias a jure prohibitus, sive ex aliena Diœcesi oriundus, sine licentia sui Episcopi, aut non descriptus, examinatus, approbatus, et nominatus, ullo pacto audeat ad suscipiendos Ordines accedere. Et quod nullus ex ordinatis discedat, nisi Missa finita, et benedictione Pontificis accepta.

Demum ad Ordinationem procedat.

3. Decreta S. Congregationis Rituum.

(Ex edit. Ratisb. *Man. Ordinandorum.*)

1. *Quando Episcopus facit Ordinationes generales, vel alias functiones episcopales, si illas solemniter cum Missa cantata celebret, idem ordo servandus est et iidem assistentes Episcopo inservire et ministrare debent, qui in Missis solemnibus ministrare solent. Si vero Episcopus dictas functiones sine Missa solemni facere voluerit, quia etiam tunc erit omnibus paramentis pontificalibus indutus, conveniens est, ut iidem, vel illis impeditis saltem duo alii canonici ecclesiæ cathedralis parati assistant, præter Archidiaconum, qui vocat ordinandos, et presbyterum, qui de libro serviat,*[1] *et alios presbyteros, qui juxta formam Pontificalis in Ordinationibus requiruntur. Alii vero canonici ad publicas Ordinationes, quæ sine Missa cantata fiunt, in habitu canonicali assistere poterunt.* 19. Mai. 1607. in u. Placent ad 2; 17. Jun. 1606. in u. Barbastren.

2. Ad quæstionem: quomodo in Missa Ordinationis lecta sine cantu duo Canonici assistentes et Archidiaconus parati esse debeant, et utrum interesse debeat presbyter assistens in pluviali, respondit:

[1] Hic presbyter nullus alius est, nisi presbyter assistens, de quo in Cærem. Epist. lib. I. c. VII., ubi describitur modus, quo „de libro servire“ debet. Ceterum adest minister clericus, qui proprie librum sustinet.

servetur Cæremoniale Episcoporum lib. I., cap. VII.[1]) 6. Sept. 1814. in u. Pis.

3. Episcopus *suffraganeus non debet uti baculo pastorali, nisi quando tenuerit Ordinationes, vel alias functiones fecerit, in quibus juxta regulas libri Pontificalis eo uti debet et necesse est. In Ordinationibus*[2]) *clericorum Dignitates et Canonici tenentur assistere Episcopo suffraganeo in habitu canonicali, quando legitime non erunt impediti, et ex eis sacra sumere debent paramenta tot Dignitates et Canonici, quot necessarii erunt juxta rubricas Pontificalis et formam actus, quem dictus Episcopus suffraganeus exercet.* 1. Sept. 1607. in u. Bracharen.

4. In Ordinatione solemniter facienda, accedente Episcopo a sede ad altare pro Ordinibus conferendis, *convenientius ei ministratur per diaconum Evangelii et subdiaconum, quia ipsi sunt, qui ministrant, alii vero diaconi solummodo dicuntur assistentes.* 19. April 1681. in u. Cesenat. ad 5.

5. *In Ordinatione privata possunt accendi quatuor cerei in altari, ut in rubrica* (pro Ordinatione unius subdiaconi), *sed in ecclesia et publica Ordi-*

---

[1]) Hic agitur de munere presbyteri assistentis, „qui debet esse dignior ex presbyteris, tam Canonicis quam Dignitatibus; nec refert, quo nomine nuncupetur, an Archidiaconus, an Archipresbyter." Ejusmodi presbyter assistens semper suo munere fungi debet, quando Episcopus pontificaliter paratus Missam celebrat. Quum vero, juxta decretum d. 19. Mai. 1607. superius relatum, duos Canonicos diaconorum assistentium munus agentes, paratos esse conveniat, idcirco etiam presbyterum assistentem, de quo ibidem et absque dubio etiam in decreto d. 7. Dec. 1658. sermo, paratum accedere æquum est. Idem censendum videtur de Archidiacono; nihil vero impedire videtur, quominus Archidiaconus simul munus presbyteri assistentis gerat. Parantur vero amictu supra rochettum et presbyter assistens pluviali, diaconi assistentes dalmaticis. — Si vero Ordinatio privatim in aliquo sacello, non publice in ecclesia peragitur, nulla ratio jubere videtur, quod tres canonici parati assistant.

[2]) Intelliguntur Ordinationes publicæ et solemnes.

natione septem, ut in Missa pontificali. 21. Nov. 1831 in u. Mars. ad 8.

6. Missa ad Ordines celebrandos, etiamsi Ordinationes non sint generales, sed particulares, in temporibus debet esse *de feria; extra tempora, de festo currenti.* 28. Sept. 1675. in u. Compostell. ad 7. — *In Ordinum collatione diebus a jure statutis dicatur semper Missa de feria occurrente, non autem de Sancto, qui forte diebus illis occurreret.* Quod decretum etiam comprehendit casum, quo Missa privatim et sine cantu ab Episcopo Ordines conferente dictis diebus celebretur.

7. *In Ordinationibus quæ fiunt sabbato Quatuor Temporum, tametsi occurrat aliquod festum duplex, Missa celebrari debet de feria cum Oratione pro ordinandis, et reliquis suffragiis, sine commemoratione Sancti currentis. Missa prout jacet, ac si non esset festum duplex, est celebranda.* 26. Jan. 1658. in u. Conchen; 27. Aug. 1707. in u. Brachar. ad 1.

8. Occurrente festo semiduplici vel duplici cujuscumque classis aut solemnitatis in sabbato Quatuor Temporum, aut ante Dominicam Passionis, *Missa pro explenda generali Ordinatione est dicenda de tempore, non omissa tamen, juxta rubricarum dispositionem, illa de festo occurrente.* Et si Ordinatio habetur in Cathedrali vel Collegiata, ubi canuntur duæ Missæ, de festo et de feria, *Ordinatio habenda est in Missa de feria.* 30. Jan. 1731. in u. Astoricen. ad 1—4.

9. Si Episcopo detur facultas conferendi Ordines sacros diebus festivis, potest illos conferre in diebus Apostolorum, ceterisque per Apostolicam Sedem abrogatis. Pariter hisce diebus, *sed mane tantum,* licet conferre etiam Ordines minores. 12. Nov. 1831. in u. Mars. ad 1; 18. Febr. 1843. in u. Anicien.

10. Rubrica Pontificalis: „Minores Ordines possunt conferri in Dominicis et festis duplicibus,“

quoad ultima verba ita intelligenda est: *Minores Ordines conferri possunt in festis de præcepto, vel in festis duplicibus, quæ erant de præcepto, ante reductionem.* 16. Mart. 1833. in u. Claremont.; 23. Mai. 1835. in u. Quebec. ad 4; 7. Dec. 1844. in u. Sen.

11. Ad quæstionem: utrum minores Ordines post meridiem feriæ VI. ante sabbatum Ordinum conferri possint, *servanda est resolutio S. Congregationis Concilii, quæ sub die 13. April. 1720. in Portallegren. simili dubio respondit: Affirmative quoad primam tonsuram; et quoad ceteros minores Ordines consuetudinem immemorabilem tolerari posse, sed expedire, ut Episcopus se conformet Pontificali Romano tit. de min. Ordinibus.* 11. Mart. 1820. in u. Civitaten. ad 11.

12. In quæstione: cui competat jus vocandi ordinandos in solemnibus Ordinationibus, *rubricæ Pontificalis servandæ sunt.* 29. Mart. 1659. in u. Mazzar.

13. Etiam quando unus in episcopali sacello ordinatur, palam interdicere debet Episcopus per unum ex suis, sicut habetur in Pontificali Romano: „Ne quis accedat irregularis.“ 25. Sept. 1852. in u. Venet. ad 4.

Notæ.

1. Non possunt eodem die conferri Ordines minores et subdiaconatus, nisi adsit consuetudo, quæ est probanda per Episcopum. S. Congr. Concil. in Calagurit. 28. April. 1694., 7. Maii 1707., 21. Febr. 1728. (Ferraris „Biblioth.“ ad verb. „Ordo,“ art. II. n. 17.)

2. Anni ætatis a Tridentino Concilio et Pontificali pro tribus sacris ordinibus requisiti sufficiunt incepti (Ferraris l. c. n. 79).

3. Regulares ordinantur ad titulum paupertatis, quam solemniter vovent Religiosi, ideoque vota sua jam emisisse debent (ibid. n. 83, 101 sqq.); *vide in ord. subdiac. pag. 703.*

4. Regulæ speciales in singulis Ordinibus suscipiendis observandæ.

a) De clerico faciendo.

1. Incipitur in Missa de sabbato ante Dominicam Passionis, et in aliis Missis, in quibus *Gloria in excelsis* non dicitur, post Introitum; in Missis vero de 4 temporibus, de sabbato sancto, et in aliis Missis, in quibus *Gloria etc.* dicitur, dicto *Kyrie eleison;* et vocatus superpelliceum suum super brachium dextèrum habens accedit etc. uti supra pag. 670. n. 2.

2. Domino Jesu ab Episcopo invocato, et ubi schola i. e. chorus cantans et respondens non adest, Psalmo etiam cum Antiphona sequente dicto, quilibet tonsurandus coram Episçopo sedente proxime genuflexus eidem caput paululum inclinat, et Rvdmi verba singula: *Dominus pars hæreditatis meæ, et calicis mei, tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi* repetit; dein recedit in locum suum propiorem, et genuflectit.

3. Item Psalmo altero cum Antiphona et Oratione dicto quilibet proxime genuflexus superpelliceum suum tradit, et receptum induit; dein in locum propiorem, et oratione ac allocutione ab Episcopo finita in locum remotiorem recedit.

* De candelarum oblatione, dein de s. Communione, denique de penso accipiendo vide pag. 671. num. 4. 5. 6.

Decreta S. Rituum Congregationis.
(Ex edit. Ratisb. *Man. Ordinandorum.*)

1. *Rochettum* non *est vestis sacra adhibenda in administratione Sacramentorum, ac proinde tum ad ea administranda, tum ad suscipiendam primam tonsuram et minores Ordines necessario superpelliceo utendum.* 10. Jan. 1852. in u. Cenoman. ad 5.

2. Antequam tonsurandi nominatim vocentur a notario, *juxta morem generalem* Archidiaconus eos in-

vitare *potest* dicens: „Accedant qui promovendi sunt ad tonsuram.“ 12. Nov. 1831. in u. Mars. ad 2.

3. Verba: „Dominus pars etc.“ in collatione primæ tonsuræ *proferat* etiam Episcopus *juxta morem*. Ibid ad 3.

4. Archidiaconus quum completa Ordinatione ordinatis suggerere debeat, ut recedant ad loca sua, utatur verbis: „*Ad loca vestra*“ *vel similibus*, Ibid. ad 4.

5. *Non licet*, *immo omnino prohibendum* est, quod Archidiaconus alterve imponat superpelliceum clericis ordinatis ad primam tonsuram in primo ingressu pro exercendo eorum munere. 15. Sept. 1640. et 23. Mart. 1641. in u. Castellanet.

6. Tonsura non est conferenda tondendo comam fictam. 23. Sept. 1846. in u. Rom.

Ritus collationis primæ tonsuræ.

(Ex Pontificali Romano.)

Clericus fieri potest etiam extra Missarum solemnia quocumque die, hora et loco.

Pro clericis ordinandis parentur forfices pro incidendis capillis, et bacile pro illis imponendis. Et quilibet ordinandorum habere debet suum superpelliceum super brachium sinistrum, et candelam in manu dextera. Et vocantur omnes tonsurandi nominatim et sigillatim per notarium, et quilibet respondet: Adsum.

Quibus ante altare coram Pontifice in faldistorio cum mitra sedente genuflexis, Pontifex surgit cum mitra, et dicit:

℣. Sit nomen Domini benedictum,
℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.
℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini,
℟. Qui fecit cœlum et terram.

Oremus, fratres charissimi, Dominum nostrum Jesum Christum pro his famulis suis, qui ad deponendum comas capitum suorum pro ejus amore festinant,

ut donet eis Spiritum sanctum, qui habitum religionis in eis in perpetuum conservet, et a mundi impedimento ac sæculari desiderio corda eorum defendat; ut sicut immutantur in vultibus, ita dextera manus ejus virtutis tribuat eis incrementa, et ab omni cæcitate spirituali et humana oculos eorum aperiat, et lumen eis æternæ gratiæ concedat: Qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Post hæc, sedente Pontifice, schola inchoat, et prosequitur Antiphonam, et Psalmum, 8. ton.

Antiphona. Tu es, Domine, qui restitues hæreditatem meam mihi.

Psalmus 15.

Conserva me, Domine, quoniam speravi in te. * Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Repetitur tota Antiphona: Tu es, Domine, etc.

Incepto Psalmo, Pontifex cum forficibus incidit unicuique extremitates capillorum in quatuor locis; videlicet in fronte, in occipitio, et ad utramque aurem, deinde in medio capitis aliquot crines capillorum, et in bacile deponit; et quilibet, cum tondetur, dicit:

Dominus pars hæreditatis meæ, et calicis mei: tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.

Omnibus tonsis, mitra deposita, surgit Pontifex, et stans versus ad illos, dicit:

Oremus. Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut hi famuli tui, quorum hodie comas capitum pro

amore divino deposuimus, in tua dilectione perpetuo maneant, et eos sine macula in sempiternum custodias. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tum schola inchoat, et prosequitur Antiphonam sequentem. Qua incepta, Pontifex sedet cum mitra.

Antiphona 7. ton. Hi accipient benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Psalmus 23.

Domini est terra, et plenitudo ejus; * orbis terrarum, et universi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde: * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales: * et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus fortis, et potens: Dominus potens in prælio.

Attolite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales: * et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri, etc.

Deinde repetitur tota Antiphona: Hi accipient, etc.

Qua finita, surgit sine mitra Pontifex, et ad altare conversus dicit:

Oremus. *Et ministri dicunt:* Flectamus genua.

℟. Levate.

Et mox ad tonsos genuflexos versus Pontifex, dicit:

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et hos famulos tuos bene † dicere dignare, quibus in tuo sancto nomine habitum sacræ religionis imponimus; ut, te largiente, et devoti in ecclesia tua persistere, et vitam percipere mereantur æternam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tunc Pontifex sedet cum mitra, et accipiens in manu superpelliceum, dicit singulis:

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in justitia et sanctitate veritatis.

Et mox imponit illud cuilibet, repetendo: Induat etc. *immittens usque ad scapulas, et immediate trahens, si unum tantum sit superpelliceum; sicque facit usque ad ultimum, qui eo totaliter induitur; si vero quisque suum superpelliceum habeat, singuli totaliter induuntur. Quo expedito, sine mitra surgit Pontifex, et versus ad illos, dicit:*

Oremus. Omnipotens, sempiterne Deus, propitiare peccatis nostris, et ab omni servitute sæcularis habitus hos famulos tuos emunda: et dum ignominiam sæcularis habitus deponunt, tua semper in ævum gratia perfruantur; ut sicut similitudinem coronæ tuæ eos gestare facimus in capitibus, sic tua virtute hæreditatem subsequi mereantur æternam in cordibus. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde sedet cum mitra Pontifex, et alloquitur eos sub his verbis:

Filii charissimi, animadvertere debetis, quod hodie de foro ecclesiæ facti estis, et privilegia clericalia sortiti estis. Cavete igitur, ne propter culpas vestras illa perdatis; et habitu honesto, bonisque moribus atque operibus Deo placere studeatis. Quod ipse vobis concedat per Spiritum sanctum suum. ℟. Amen.

Tum, suggerente Archidiacono, ordinati redeunt *ad loca sua.*

Ex Rubricis Pontificalis de uno tonsurando.

1. *Si extra Missarum solemnia minus solemniter* *onsura conferatur, Pontifex super rochettum, vel (si* *it Regularis) supra superpelliceum stola alba et mitra* *implici paratus, accedens ad faldistorium ante medium* *ltaris, si sit in capella, vel in loco convenienti sibi* *aratum, sedet.*

Vel si ante immediate, vel post Missam privatim *elebratam conferatur, Pontifex, deposita planeta vel* *a indutus, et mitra, accedens ad faldistorium ante* *nedium altaris positum sedet.*

Vel denique si tonsuram tantum in privatæ Missæ *elebratione, cum mitra, aut etiam cum aliquo ex majo-* *ibus Ordinibus intra Missarum solemnia pontificaliter* *aratus conferat Episcopus, in Missa de sabbato ante* *Dominicam Passionis et in aliis Missis, in quibus non* *licitur* Gloria in excelsis, *post Introitum tonsura con-* *erri debet. In Missis vero de Quatuor Temporibus,* *le sabbato sancto, et in aliis Missis, in quibus dicitur* Gloria in excelsis, *dicto* Kyrie eleison, *ad tonsuram* *roceditur.*

Pontifice igitur sedente in faldistorio, vocatur ton- *urandus nominatim, et respondens:* Adsum, *accedit:* *um facta profunda reverentia Pontifici, genuflectit* *oram illo.*

Deinde surgit Pontifex etc. ut supra pag. 684.

2. *Antiphonam* Tu es, Domine, *et Psalm. 15, Ant.* Hic accipiet benedictionem, *et Ps. 23, schola seu mini-* *tri inchoant et prosequuntur.*

3. Pontifex, cum capillos tonsurus est, *gremiali* ingitur.

4. *Si tonsura* non *intra Missarum solemnia reci-* *iatur,* non est necessaria *candela*, quæ offeratur.

5. In fine jubet eum Pontifex Psalmos pœnitentiales etc. dicere, ut infra post Ordinationem presbyteri.

b) De ordinibus quatuor minoribus.

1. Ordinandi superpelliceis induti esse debent.

2. Ordinationes ipsæ incipiunt in Missa de sabbato ante Dominicam Passionis, et in aliis Missis, in quibus *Gloria in excelsis* non dicitur, post *Kyrie eleison;* in Missis vero de sabbato sancto, et in aliis Missis, in quibus *Gloria in excelsis* dicitur, eo dicto; denique in Missis de 4 temporibus lectione prima dicta pro ostiariis, post secundam pro lectoribus, post tertiam pro exorcistis, post quartam pro acolythis.

3. Ordines hi quatuor habent admonitionem episcopalem de officiis in singulis suscipiendis, dein traditionem instrumentorum, quæ ordinandi terni vel quaterni manu dextera tangant, denique orationes duas finales pro gratia et cum benedictione super ordinatos.

4. Traduntur autem ordinandis: Ostiariis claves, quibus tactis omnes ordinandi ad ostium ecclesiæ, et foras exeunt, dein quilibet singulariter ostium aperit, et ingressus claudit, tum campanulam pulsat aut cymbalum percutit, denique in locum ordinationis redit. Lectoribus missale, tanquam lectionum liber. Exorcistis rituale, ceu liber exorcismorum. Acolythis prius candelabrum cum candela extincta, quod manu dextera ita tangunt, ut digitus index in candela, pollex vero simul in candelabro ponatur; dein etiam urceoli, quos modo simili tangunt.

* De candelarum oblatione, dein de s. Communione, denique de penso accipiendo vide pag. 671. num. 4. 5. 6.

Ritus collationis Ordinum minorum.

(Ex Pontificali Romano.)

Quatuor minores Ordines dari possunt extra Missa- ım solemnia, diebus Dominicis, et festivis duplicibus: ıd in mane tantum.

Ordinandi omnes ad quatuor minores Ordines esse ebent superpelliceis induti, cum candela in manu dex- ·ra.

De ordinatione ostiariorum.

Pro ostiariis ordinandis parentur claves ecclesiæ. ʼontifex, clericis ordinatis, surgit, et cum mitra ad se- em, seu ad faldistorium ad cornu Epistolæ revertitur: bi deposita mitra, et ad altare conversus, oblato sibi li- ro, cantat primam Collectam; deinde sedet, reassumit ıitram, et cantatur prima Lectio. Interim accedunt uo capellani cum libro et candela ante Pontificem, qui edens cum mitra, ex eo legit Lectionem ipsam. Quibus nitis, surgit Pontifex, et cum mitra ad faldistorium nte medium altaris sibi præparatum proficiscitur, et in llo sedet, renibus altari versis. Archidiaconus vocat rdinandos, dicens:

Accedant qui ordinandi sunt ad officium ostia- iorum.

Et mox notarius singulos nominatim vocat, et qui- ibet respondet: Adsum.

Omnibus in superpelliceis cum candelis in manibus, ·oram Pontifice genuflexis, Pontifex admonet illos, dicens:

Suscepturi, filii charissimi, officium ostiariorum, ridete quæ in domo Dei agere debeatis. Ostiarium)portet percutere cymbalum, et campanam, aperire cclesiam et sacrarium, et librum aperire ei, qui)rædicat. Providete igitur, ne per negligentiam ve- tram, illarum rerum, quæ intra ecclesiam sunt, ali- juid depereat; certisque horis domum Dei aperiatis fidelibus, et semper claudatis infidelibus. Studete

etiam, ut sicut materialibus clavibus ecclesiam visibilem aperitis et clauditis, sic et invisibilem Dei domum, corda scilicet fidelium, dictis et exemplis vestris claudatis diabolo, et aperiatis Deo; ut divina verba, quæ audierint, corde retineant, et opere compleant: quod in vobis Dominus perficiat per misericordiam suam.

Hæ admonitiones non fiunt Cardinalibus, neque electis Episcopis.

Deinde Pontifex accipit, et tradit omnibus claves ecclesiæ, quas successive manu dextera singuli tangant, Pontifice dicente:

Sic agite, quasi reddituri Deo rationem pro iis rebus, quæ his clavibus recluduntur.

Post hæc Archidiaconus, sive alius Archidiaconi vice fungens, ducit eos ad ostium ecclesiæ, et facit illos claudere et aperire; tradit etiam eis funem campanarum, faciens eos campanas pulsare: deinde illos reducit ad Pontificem: quibus coram Pontifice genua flectentibus, stans cum mitra Pontifex versus ad ipsos ordinatos, dicit:

Deum Patrem omnipotentem, fratres charissimi, suppliciter deprecemur, ut hos famulos suos bene✝dicere dignetur, quos in officium ostiariorum eligere dignatus est: ut sit eis fidelissima cura in domo Dei diebus ac noctibus, ad distinctionem certarum horarum, ad invocandum nomen Domini, adjuvante Domino nostro Jesu Christo: Qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Tum mitra deposita, stans Pontifex, et conversus ad altare, dicit:

Oremus. *Et ministri:* Flectamus genua.

℟. Levate.

Et statim versus ad illos genuflexos, stans sine mitra, dicit:

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ene † dicere dignare hos famulos tuos in officium stiariorum, ut inter janitores ecclesiæ tuo pareant bsequio, et inter electos tuos partem tuæ mereantur abere mercedis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in uniate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæcu-)rum. ℟. Amen.

Post hæc Ordinati, suggerente Archidiacono, redent ad loca sua.

De ordinatione lectorum.

Pro lectoribus ordinandis paretur liber Lectionum.

Ostiariis ordinatis, Pontifex, reassumpta mitra, acedit ad sedem suam, vel ad faldistorium a parte Epitolæ. Interim cantatur primum Graduale, vel primum ıllelu**j**a, *si sit infra Octavam Pentecostes; et Pontifex edens cum mitra, oblato sibi libro et candela, legit ictum Graduale, vel* Alleluja. *Quibus dictis, surgit, eposita mitra, et versus ad altare, cantat secundam Colectam. Tum sedet, reassumpta mitra, et cantatur seunda Lectio. Interim accedunt duo capellani cum bro et candela ante Pontificem, qui sedens cum mitra, x eo legit Lectionem ipsam. Quibus dictis, Pontifex reertitur ad faldistorium ante medium altaris positum, bi sedet cum mitra, et lectores vocantur per Archidiaonum, hoc modo:*

Accedant qui ordinandi sunt ad officium lectorum.

Et mox nominantur per Notarium, ut supra dictum st. Quibus coram Pontifice, cum candelis in manibus, enuflexis, Pontifex admonet eos, dicens:

Electi, filii charissimi, ut sitis lectores in domo)ei nostri, officium vestrum agnoscite, et implete. 'otens est enim Deus, ut augeat vobis gratiam perfetionis æternæ. Lectorem siquidem oportet legere a, quæ (*vel* ei, qui) prædicat, et Lectiones cantare, et

benedicere panem, et omnes fructus novos. Studete igitur verba Dei, videlicet lectiones sacras distincte et aperte ad intelligentiam et ædificationem fidelium absque omni mendacio falsitatis proferre; ne veritas divinarum lectionum incuria vestra ad instructionem audientium corrumpatur. Quod autem ore legitis, corde credatis, et opere compleatis; quatenus auditores vestros verbo pariter et exemplo vestro docere possitis. Ideoque dum legitis, in alto loco ecclesiæ stetis, ut ab omnibus audiamini, et videamini, figurantes positione corporali vos in alto virtutum gradu debere conversari; quatenus cunctis, a quibus audimini et videmini, cœlestis vitæ formam præbeatis: quod in vobis Deus impleat per gratiam suam.

Deinde Pontifex accipit et tradit omnibus codicem, de quo lecturi sunt, quem manu dextera tangunt, dicens:

Accipite, et estote verbi Dei relatores, habituri, si fideliter et utiliter impleveritis officium vestrum, partem cum iis, qui verbum Dei bene administraverunt ab initio.

Quibus expeditis, et illis genuflexis, Pontifex stans cum mitra, versus ad eos, dicit.

Oremus, fratres charissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos in ordinem lectorum dignatur assumere, bene † dictionem suam clementer effundat: quatenus distincte legant, quæ in ecclesia Dei legenda sunt, et eadem operibus impleant. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui cum eo vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℞. Amen.

Tum Pontifex, mitra deposita, stans conversus ad altare, dicit:

Oremus. *Et minister:* Flectamus genua.

℞. Levate.

Deinde conversus ad ordinatos genuflexos, dicit sine mitra:

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, bene † dicere dignare hos famulos tuos in officium lectorum: ut assiduitate lectionum instructi sint, atque ordinati, et agenda dicant, et dicta opere impleant, ut in utroque sanctæ ecclesiæ exemplo sanctitatis suæ consulant. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Postea, suggerente Archidiacono, redeunt Ordinati ad loca sua.

De ordinatione exorcistarum.

Pro exorcistis ordinandis paretur liber exorcismorum, cujus loco dari potest Pontificale, vel Missale.

Lectoribus ordinatis, Pontifex, reassumpta mitra, accedit ad sedem suam, vel ad faldistorium ad cornu Epistolæ, ubi sedens cum mitra, oblato sibi libro et candela, legit secundum Graduale, vel secundum Alleluja, *si sit infra octavam Pentecostes. Interim cantatur a choro ipsum Graduale, vel* Alleluja. *Quo finito, surgit Pontifex, deposita mitra, et versus ad altare, cantat tertiam Collectam. Tum sedet, reassumpta mitra, et cantatur tertia Lectio. Interim accedunt duo capellani cum libro et candela ante Pontificem, qui ex eo legit Lectionem ipsam. Quibus dictis, revertitur ad faldistorium ante altare, et sedet cum mitra. Exorcistæ vero vocantur per Archidiaconum modo consueto, dicens:*

Accedant qui ordinandi sunt ad officium exorcistarum.

Et ipsi singulatim nominantur per notarium, ut prius dictum est. Quibus coram Pontifice, cum candelis in manibus, genuflexis, Pontifex admonet eos, dicens:

Ordinandi, filii charissimi, in officium exorcistarum, debetis noscere quid suscipitis. Exorcistam etenim oportet abjicere dæmones, et dicere populo, ut qui non communicat, det locum: et aquam in ministerio fundere. Accipitis itaque potestatem imponendi manum super energumenos; et per impositionem manuum vestrarum, gratia Spiritus sancti et verbis exorcismi pelluntur spiritus immundi a corporibus obsessis. Studete igitur, ut sicut a corporibus aliorum dæmones expellitis, ita a mentibus, et corporibus vestris omnem immunditiam et nequitiam ejiciatis; ne illis succumbatis, quos ab aliis, vestro ministerio, effugatis. Discite per officium vestrum vitiis imperare, ne in moribus vestris aliquid sui juris inimicus valeat vindicare. Tunc etenim recte in aliis dæmonibus imperabitis, cum prius in vobis eorum multimodam nequitiam superatis: Quod vobis Dominus agere concedat per Spiritum suum sanctum.

Post hæc Pontifex accipit, et tradit omnibus librum, in quo scripti sunt exorcismi, cujus loco tradi potest Pontificale, vel Missale, quem manu dextera singuli tangunt, Pontifice dicente:

Accipite, et commendate memoriæ, et habete potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive catechumenos.

Postea vero, omnibus devote genuflexis, Pontifex cum mitra stans, dicit:

Deum Patrem omnipotentem, fratres charissimi, supplices deprecemur, ut hos famulos suos bene†dicere dignetur in officium exorcistarum: ut sint spirituales imperatores, ad abjiciendos dæmones de corporibus obsessis, cum omni nequitia eorum multiformi. Per unigenitum Filium suum Dominum nostrum Jesum Christum: qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Tum conversus ad altare, deposita mitra, dicit:

Oremus. *Et ministri:* Flectamus genua.

℟. Levate.

Et mox conversus ad Ordinatos genuflexos, dicit:

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, bene † dicere dignare hos famulos tuos in officium exorcistarum: ut per impositionem manuum, et oris officium, potestatem et imperium habeant spiritus immundos coërcendi, ut probabiles sint medici ecclesiæ tuæ gratia curationum, virtuteque cœlesti confirmati. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Post hæc, suggerente Archidiacono, redeunt ad loca sua.

De ordinatione acolythorum.

Pro acolythis ordinandis parentur candelabrum cum cereo exstincto, et urceolus vacuus pro vino, pro Sacramento.

Exorcistis ordinatis, Pontifex reassumpta mitra, accedit ad sedem suam, vel ad faldistorium, ad cornu Epistolæ, ubi sedens cum mitra, oblato sibi libro et candela, legit tertium Graduale, vel tertium Alleluja, *si sit infra octavam Pentecostes. Interim a choro cantatur ipsum Graduale, vel* Alleluja. *Quo finito, surgit Pontifex, deposita mitra, et versus ad Altare cantat quartam Collectam. Tum sedet, reassumpta mitra, et cantatur quarta Lectio. Interim accedunt duo capellani cum libro et candela ante Pontificem, qui ex eo legit Lectionem ipsam. Quibus dictis, Pontifex revertitur ad faldistorium ante altare, ubi sedet cum mitra. Acolythi vero vocantur per Archidiaconum.*

Accedant qui ordinandi sunt ad officium acolythorum.

Et mox nominantur per notarium, ut supra. Quibus coram Pontifice, cum candelis in manibus, genuflexis, Pontifex admonet eos, dicens:

Suscepturi, filii charissimi, officium acolythorum, pensate quod suscipitis. Acolythum etenim oportet ceroferarium ferre; luminaria ecclesiæ accendere; vinum, et aquam ad Eucharistiam ministrare. Studete igitur susceptum officium digne implere. Non enim Deo placere poteritis, si lucem Deo manibus præferentes, operibus tenebrarum inserviatis, et per hoc aliis exempla perfidiæ præbeatis. Sed sicut Veritas dicit: luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Et sicut Apostolus Paulus ait: In medio nationis pravæ et perversæ lucete sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Sint ergo lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, ut filii lucis sitis. Abjiciatis opera tenebrarum, et induamini arma lucis. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate. Quæ sit vero ista lux, quam tantopere inculcat Apostolus, ipse demonstrat, subdens: Fructus enim lucis est in omni bonitate, et justitia, et veritate. Estote igitur solliciti in omni justitia, bonitate, et veritate, ut et vos, et alios, et Dei ecclesiam illuminetes. Tunc etenim in Dei sacrificio digne vinum suggeretis et aquam, si vos ipsi Deo sacrificium, per castam vitam et bona opera oblati fueritis: Quod vobis Dominus concedat per misericordiam suam.

Post hæc Pontifex accipit, et tradit omnibus candelabrum cum candela exstincta, quod succesive manu dextera singuli tangant, Pontifice dicente:

Accipite ceroferarium cum cereo, et sciatis vos ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari, in nomine Domini. ℟. Amen.

Tunc accipit, et tradit eis urceolum vacuum, quem imiliter tangere debent, dicens communiter omnibus:

Accipite urceolum, ad suggerendum vinum et quam in Eucharistiam Sanguinis Christi in nomine)omini. ℟. Amen.

Postea, eis genuflexis permanentibus, Pontifex stans um mitra versus ad eos, dicit:

Deum Patrem omnipotentem, fratres charissimi, uppliciter deprecemur, ut hos famulos suos bene†-icere dignetur in ordine acolythorum; quatenus lu-ıen visibile manibus præferentes, lumen quoque spi-ituale moribus præbeant: adjuvante Domino nostro 'esu Christo: qui cum eo, et Spiritu sancto vivit et egnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Tum Pontifex ad altare se convertens, deposita ıitra, stans, dicit:

Oremus. *Et ministri:* Flectamus genua.

℟. Levate.

Et mox Pontifex conversus ad eosdem genuflexos, 'icit:

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ui per Jesum Christum, Filium tuum, Dominum no-trum, et Apostolos ejus in hunc mundum lumen cla-itatis tuæ misisti, quique, ut mortis nostræ antiquum boleres chirographum, gloriosissimæ illum Crucis ve-illo affigi, ac sanguinem et aquam ex latere illius pro alute generis humani effluere voluisti: bene † dicere lignare hos famulos tuos in officium acolythorum; ıt, ad accendendum lumen ecclesiæ tuæ, et ad sug-erendum vinum et aquam ad conficiendum Sangui-ıem Christi Filii tui in offerenda Eucharistia, sanctis ltaribus tuis fideliter subministrent. Accende, Do-nine, mentes eorum et corda ad amorem gratiæ tuæ, ıt illuminati vultu splendoris tui, fideliter tibi in san-ta ecclesia deserviant. Per eumdem Christum Do-ninum nostrum. ℟. Amen.

Oremus. Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui ad Moysen et Aaron locutus es, ut accenderentur lucernæ in tabernaculo testimonii, bene- † dicere dignare hos famulos tuos, ut sint acolythi in ecclesia tua. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Oremus. Omnipotens, sempiterne Deus, fons lucis, et origo bonitatis, qui per Jesum Christum Filium tuum, lumen verum, mundum illuminasti, ejusque passionis mysterio redemisti, bene † dicere dignare hos famulos tuos, quos in officium acolythorum consecramus, poscentes clementiam tuam, ut eorum mentes et lumine scientiæ illustres, et pietatis tuæ rore irriges; ut ita acceptum ministerium te auxiliante, peragant, qualiter ad æternam remunerationem pervenire mereantur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Post hæc, suggerente Archidiacono, ordinati redeunt ad loca sua.

Ex Rubricis Pontificalis de ostiariatu uni conferendo.

1. *Dum Pontifex cum mitra ante medium altaris in faldistorio sibi parato sedet, renibus altari versis, Archidiaconus aut alius minister vocat ordinandum, dicens:* Accedat etc. *Mox notarius appellat eum nomine suo, qui respondens:* Adsum, *accedit et facta profunda inclinatione genuflectit coram eo. Tum Pontifex illum admonet*, etc. ut supra pag. 689.

Idem modus inchoandi ordinationem servatur etiam in tribus sequentibus minoribus Ordinibus.

2. *Claves ecclesiæ, ordinationis videlicet instrumentum, a Pontifice in aliqua pelvicula positæ ordinando traduntur.*

3. *Traditis ordinando clavibus, Archidiaconus vel alius vices ejus tenens, ducit eum ad ostium ecclesiæ aut capellæ*, et *facit eum claudere et aperire: tradit*

etiam illi funem campanarum, faciens eum campanas, aut in illarum defectu campanulam pulsare. Deinde reducit illum etc. ut supra pag. 690.

Decreta S. Congregationis Rituum.

(Ex edit. Ratisb. *Man. Ordinandorum.*)

1. *Quamvis una clavis esse possit materia sufficiens pro ordinatione ostiarii, servanda tamen est rubrica, quæ præcipit claves esse tradendas, quæ sive argenteæ sint sive ferreæ, sive ligneæ, dummodo aptæ sint ad aperiendum, constituunt materiam remotam hujus ordinis.* Ordinandi ostiarii debent singuli succesive tangere claves, sed sufficit plures simul tangere, et super duos vel tres aut quatuor simul tangentes materiam proferre formam ordinationis, *dummodo qui simul ordinantur ostiarii, tangant manu dextera claves, dum Episcopus profert formulam:* „Sic agite etc." 11. Mart. 1820. in u. Civitaten. ad 7.

2. Archidiaconus *tenetur*, quando habentur ordinationes clericorum, *per semetipsum onus explere ducendi* ad portam ecclesiæ promotos ad Ostiariatum. 14. Nov. 1676. in u. Bitunt. ad 4.

3. Quando ostiarius, Archidiacono comitante, claudit et aperit fores ecclesiæ, *non est stricte necessarium*, ut claudat et aperiat etiam cum clavi, præsertim si in foribus oratorii, ubi confertur ordo, non adsit clavis. 12. Nov. 1831. in u. Mars. ad 5.

c) De Ordinibus sacris et majoribus.

De subdiaconatu.

1. Ordinandi amictum, (in cujus medio crucem prius osculantur), non super caput imponunt, sed super humeros, alba et cingulo se induunt, et tunicellam super brachio sinistro, manipulum vero in manu sinistra et candelam in manu dextera habeant.

2. In Missis de 4 Temporibus Lectione quinta dicta; in Missis vero sabbati ante Dominicam Pas-

sionis, aut Resurrectionis Domini, aut in Missis de festivo die duplici, vel de Dominicis, Collecta cum Oratione pro ordinandis sub una conclusione dicta, et commemorationibus, si quæ faciendæ sint, factis, ordinandi, cum provocantur, parati accedunt et reverentia Episcopo debita facta admonitionem de ordine majoris momenti stantes audiunt.

3. Admonitione finita ad signum cæremoniarii ordinandi genuflectunt, et in facies suas procumbunt, in quo statu manebunt, usque dum Litaniæ finitæ fuerint.

4. Tum a cæremoniario moniti ab accubitu surgunt, sed genuflexi manent.

5. Postquam Episcopus admonitionem de functionibus et officiis hujus ordinis finiit, calicem cum patena ordinandis tradit, quæ illi bini vel terni coram Rvdmo genuflexi digito indice et pollice manus dexteræ tangunt (et quidem patenam digito indice, et cuppam calicis pollice); inde ad cæremoniarium transeunt, et stantes simili modo urceolos et bacile cum manutergio ab illo tradita tangunt; dein recedunt et genuflectunt.

6. Orationibus duabus sequentibus pro gratia et cum benedictione super ordinandos finitis, iterum singuli ad Episcopum accedunt, et ad ejusdem pedes genuflexi, amictum super caput; dein manipulum, quem osculantur; denique tunicam accipiunt, atque recedunt.

7. Omnibus sic indutis terni vel quaterni simul coram Episcopo genuflexi librum Epistolarum porrectum manu dextera tangunt, et tunc in loca sua priora recedunt; unus tamen remanebit, qui cum Episcopo voce clara epistolam legat.

* De candelarum oblatione vide pag. 671. num. 4.

8. Postquam Episcopus in Missa *Agnus Dei etc.* et Orationem sequentem dixit, subdiaconorum ordi-

atorum primus ad ejusdem dexteram accedit, ante s. Sacramentum genuflectit, et surgens altare desculatur. Mox ad Rvdmum conversus ejusdem genæ inistræ genam sinistram suam admovet, simul eumem sub brachia manu utraque amplectens, et ad jusdem *Pax tecum* respondet: *Et cum spiritu tuo.*

9. Statim nunc ante Ss. genuflectit, et ad reliquos rdinis sui recedit, quorum primo manum utramque humeros deponens, et genam sinistram suam genæ inistræ ejusdem admovens pacem dat dicens: *Pax cum*, qui *Et cum spiritu tuo* respondet, et eodem odo pacem proximo stanti ordinato dat, iste vero equenti, quod a singulis ad ultimum usque contiuatur.

* Si ordinatorum parvus sit numerus, e. g. duo el tres, omnes hi a Pontifice pacem accipiunt; et si um subdiaconis simul et diaconi vel presbyteri ordiati sint, subdiaconus post illos pacem accipiet.

** De communione s., sicuti de penso accipiendo id. pag. 671. num. 5. et 6.

Decreta S. Congregationis Rituum.

(Ex edit. Ratisb. *Man. Ordinandorum.*)

1. Quum ordinandi ad Litanias Sanctorum se proternunt, tenentur secum in brachiis sacra paramenta eferre, neque possunt ea in partem relinquere et ostea reassumere. 7. Sept. 1850. in u. Veron. ad 20.

2. Quum Pontificale Romanum, antequam dicanur Litaniæ, subdiaconandos collocet coram Pontice genuflexos, et postea diaconandos contra cornu pistolæ, presbyterandos vero contra faciem Ponticis ad medium altaris, *possunt* his accedentibus resbyteris *subdiaconandi statui contra cornu Evanelii.* Rursus, quum legatur ibidem in Pontificali: Omnes ordinandi prosternunt se," vox *omnes* inteligitur *tam de presbyteris et diaconis, quam de subiaconis.* 19. April. 1681. in u. Cesenat. ad 4.

3. In Litaniis Sanctorum recitari debent preces pro arcendo flagello terræ motus, peste, fame et bello, *et ponendæ sunt post versum: „A fulgure et tempestate.“* 11. Sept. 1847. in u. Veron. ad 1.

4. *In ordinatione subdiaconorum* sufficit, quod simul tangant plures calicem cum patena, *siquidem juxta Pontificalis rubricam super duos vel tres simul manu dextera tangentes calicem cum patena potest ab Episcopo proferri forma: „Videte etc.“* 11. Mart. 1820. in u. Civitaten. ad 7.

5. Quum in sacra ordinatione Episcopus imponit ordinando amictum in capite, idem amictus *post impositionem dimittendus* est *super scapulas.* 11. Sept. 1847. in u. Veron. ad 2.

6. In Missa, in qua uni tantum confertur Ordo subdiaconatus aut diaconatus,[1] *non* debet promotus subdiaconus cantare Epistolam et diaconus Evangelium, ut fit in Ordinationibus generalibus. 27. Aug. 1707. in u. Brachar. ad 3.

7. Si Missa ordinationis non fiat in cantu, subdiaconus et diaconus *legant* Epistolam et Evangelium, *dum Episcopus legit.* 12. Nov. 1831. in u. Mars. ad 9.

8. Quando Ordines conferuntur sine cantu, subdiaconus ex noviter ordinatis, postquam Epistolam legerit, *non* debet deosculari manum Episcopi stantis ad altare. 25. Sept. 1852. in u. Venet. ad 5.

9. Ad quæstionem, an in Ordinatione generali quæ fit sabbato sancto, facienda sit monitio promovendis ad subdiaconatum ante Litanias, *servetur Pontificalis hujus diei rubrica,* quæ ejusmodi monitionem non dicit ante Litanias ponendam. 28. Julii 1821. in u. Dubior. ad 4. In privata etiam ordinatione, quæ

---

[1] Videtur sermo esse de Ordinatione privata vel in Missa sine cantu.

it sabbato sancto, unius tantum subdiaconi, monitio 'acienda est, servata Pontificalis rubrica, non secus ıc in ordinatione generali. Ibid. ad 5.

Ritus Ordinationis subdiaconi.

(Ex Pontificali Romano.)

Pro ordinatione subdiaconorum parentur calix va- :uus cum patena superposita, urceoli cum manutergio, :t liber Epistolarum.

Acolythis ordinatis, Pontifex reassumpta mitra, ac- :edit ad sedem suam, vel ad faldistorium, ad cornu Epi- tolæ, ubi sedens cum mitra, oblato sibi libro, et candela, egit quartum Graduale, vel quartum Alleluja, *si sit in- 'ra Octavam Pentecostes. Interim a choro cantatur ipsum Fraduale, vel* Alleluja. *Quo finito, surgit Pontifex, depo- ita mitra, et versus ad altare cantat quintam Collectam.*

Tum sedet, reassumpta mitra, et cantatur quinta Lectio. Interim accedunt duo capellani cum libro, et andela ante Pontificem, qui ex eo legit Lectionem ipsam. Quibus dictis, Pontifex revertitur ad sedem suam ante nedium altaris; et Archidiaconus versus ad ordinandos, licit:

Accedant qui ordinandi sunt subdiaconi.

Et notarius unumquemque illorum vocat, dicens:

N. ad titulum ecclesiæ *N. N.* ad titulum patri- nonii sui.

Frater *N.* professus Ordinis *N.* ad titulum pauper- atis.

Et sic de aliis, et quilibet vocatus, dicit, Adsum, *et :ccedit versus Episcopum.*

Debet autem quilibet ordinandorum in subdiaconum ndutus esse amictu, non tamen super caput, alba et cin- ulo; habere manipulum in manu sinistra, tunicellam uper brachio sinistro, et candelam in manu dextera.

Omnibus autem in subdiaconos ordinandis compe- enti spatio coram Pontifice stantibus, Pontifex cum

mitra sedens admonet eos (nisi omnes sint Religiosi, quia tunc ista admonitio omittitur) dicens:

Filii dilectissimi, ad sacrum subdiaconatus Ordinem promovendi, iterum atque iterum considerare debetis attente, quod onus hodie ultro appetitis. Hactenus enim liberi estis, licetque vobis pro arbitrio ad sæcularia vota transire; quod si hunc Ordinem susceperitis, amplius non licebit a proposito resilire, sed Deo, cui servire regnare est, perpetuo famulari, et castitatem, illo adjuvante, servare oportebit; atque in ecclesiæ ministerio semper esse mancipatos. Proinde, dum tempus est, cogitate, et, si in sancto proposito perseverare placet, in nomine Domini huc accedite.

Illis tunc accedentibus, et coram Pontifice genuflexis, Archidiaconus vocat ceteros ordinandos, dicens:

Accedant qui ordinandi sunt diaconi, et presbyteri.

Quibus accedentibus, Archidiaconus ordinat eos, videlicet, diaconandos paratos amictu, alba, cingulo, et manipulo, stolam in manu sinistra, dalmaticam super brachium sinistrum, et candelam in manu dextera tenentes, contra cornu Epistolæ altaris, faciebus altari versis; et presbyterandos paratos amictu, alba, cingulo, manipulo, stola in modum diaconi, planetam super brachium sinistrum, mappulam albam manu sinistra, et candelam dextera tenentes contra faciem Pontificis, ac medium altaris, faciebus similiter altari versis. Quibus sic ordinatis, Pontifex mitram in capite tenens procumbit super faldistorium, in superiori gradu, sive plano altaris paratum, et omnes ordinandi in locis super tapetia prosternunt se: ministri vero, et alii astantes genuflectunt; et schola inchoat Litanias, choro respondente: vel si officium fiat sine cantu, Pontifex dicit, ministris et capellanis respondentibus.

(Litaniæ inveniuntur supra pag. 396.)

Postquam autem dictum fuerit in Litaniis:
t omnibus fidelibus defunctis, etc. ℟. Te rogamus
:c. *surgit Pontifex cum mitra ab accubitu, et se ad or-
inandos vertens, et baculum pastoralem in sinistra
anu tenens, ordinandis prostratis manentibus, dicit:*

't hos electos bene † dicere digneris. ℟. Te rogamus etc.

Secundo dicit:

ſt hos electos bene † dicere, et sanctifi † care digneris. ℟. Te rogamus etc.

Tertio dicit:

ſt hos electos bene†dicere, sanctifi†care, et conse-† crare digneris. ℟. Te rogamus etc.

Tum iterum super faldistorium procumbit, schola erficiente Litanias: Ut nos exaudire digneris, *usque d finem. Quibus finitis, Pontifex surgens cum mitra, edet super faldistorium ante medium altaris, et Archi-liaconus dicit alta voce:*

Recedant in partem qui ordinandi sunt diaconi, t presbyteri.

Quibus ad aliquem locum idoneum, unde Pontificem elebrantem videre possint, transeuntibus, ad ordinatio-iem subdiaconorum proceditur. Illis itaque coram Pon-ifice per ordinem, in modum coronæ, genuflexis, Ponti-ifex admonet eos, dicens:

Adepturi, filii dilectissimi, officium subdiacona-us, sedulo attendite, quale ministerium vobis tradi-ur. Subdiaconum enim oportet aquam ad ministe-ium altaris præparare; diacono ministrare; pallas ltaris, et corporalia abluere; calicem, et patenam in isum sacrificii eidem offerre. Oblationes, quæ ve-niunt in altare, panes propositionis vocantur: de ipsis oblationibus tantum debet in altare poni, quantum populo possit sufficere, ne aliquid putridum in sacrario remaneat. Pallæ, quæ sunt in substratorio alta-

ris, in alio vase debent lavari, et in alio corporales pallæ. Ubi autem corporales pallæ lotæ fuerint, nullum aliud linteamen debet lavari, ipsaque lotionis aqua in baptisterium debet vergi. Studete itaque, ut ista visibilia ministeria, quæ diximus, nitide et diligentissime complentes, invisibilia horum exemplo perficiatis. Altare quidem sanctæ ecclesiæ ipse est Christus, teste Joanne, qui in Apocalypsi sua altare aureum se vidisse perhibet, stans ante thronum, in quo, et per quem oblationes fidelium Deo Patri consecrantur. Cujus altaris pallæ et corporalia sunt membra Christi, scilicet fideles Dei, quibus Dominus, quasi vestimentis pretiosis circumdatur, ut ait Psalmista: Dominus regnavit, decorem indutus est. Beatus quoque Joannes in Apocalypsi vidit Filium hominis præcinctum zona aurea, id est, Sanctorum caterva. Si itaque humana fragilitate contingat in aliquo fideles maculari, præbenda est a vobis aqua cœlestis doctrinæ, qua purificati, ad ornamentum altaris, et cultum divini sacrificii redeant. Estote ergo tales, qui sacrificiis divinis, et ecclesiæ Dei, hoc est, Corpori Christi digne servire valeatis, in vera et catholica fide fundati; quoniam, ut ait Apostolus: Omne quod non est ex fide, peccatum est, schismaticum est, et extra unitatem ecclesiæ est. Et ideo, si usque nunc fuistis tardi ad ecclesiam, amodo debetis esse assidui. Si usque nunc somnolenti, amodo vigiles. Si usque nunc ebriosi, amodo sobrii. Si usque nunc inhonesti, amodo casti: quod ipse vobis præstare dignetur, qui vivit, et regnat Deus in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Deinde Pontifex accipit, et tradit omnibus calicem vacuum cum patena vacua superposita, quem successive manu dextera singuli tangunt, Pontifice dicente:

Videte cujus ministerium vobis traditur; ideo vos admoneo, ut ita vos exhibeatis, ut Deo placere possitis.

Et Archidiaconus accipit, et tradit eis urceolos cum vino, et aqua, ac bacile cum manutergio, quæ omnia similiter tangere debent.

Postea surgit Pontifex, et versus ad populum stans cum mitra, dicit:

Oremus Deum ac Dominum nostrum, fratres charissimi, ut super hos servos suos, quos ad subdiaconatus officium vocare dignatus est, infundat bene†dictionem suam et gratiam: ut in conspectu ejus fideliter servientes, prædestinata Sanctis præmia consequantur: adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Tum deposita mitra, conversus ad altare Pontifex, dicit:

Oremus. *Et ministri:* Flectamus genua.

℟. Levate.

Et mox Pontifex versus ad ordinandos genuflexos, dicit sine mitra:

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, bene † dicere dignare hos famulos tuos, quos ad subdiaconatus officium eligere dignatus es: ut eos in sacrario tuo sancto strenuos, sollicitosque cœlestis militiæ instituas excubitores, sanctisque altaribus tuis fideliter subministrent; et requiescat super eos Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiæ et pietatis: et repleas eos Spiritu timoris tui; et eos in ministerio divino confirmes, ut obedientes facto, ac dicto parentes, tuam gratiam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit, et regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Tum Pontifex sedens, accepta mitra, amictum, qui in collo ordinandorum jacet, imponit super caput singulis, dicens:

Accipe amictum, per quem designatur castigatio vocis: In nomine Pa † tris, et Fi † lii, et Spiritus † sancti. ℞. Amen.

Tum immittit manipulum in sinistrum brachium, cuilibet dicens:

Accipe manipulum, per quem designantur fructus bonorum operum: In nomine Pa † tris, et Fi † lii, et Spiritus † sancti. ℞. Amen.

Post hæc induit quemlibet tunica, et si tantum unica sit, immittit illam cuilibet solum usque ad scapulas, ac retrahens postremum totaliter induit, dicens cuilibet:

Tunica jucunditatis, et indumento lætitiæ induat te Dominus: In nomine Pa † tris, et Fi † lii, et Spiritus † sancti. ℞. Amen.

Postea accipit, et tradit omnibus librum Epistolarum, manu dextera ipsum simul tangentibus, dicens:

Accipite librum Epistolarum, et habete potestatem legendi eas in ecclesia sancta Dei, tam pro vivis quam pro defunctis: In nomine Pa † tris, et Fi † lii, et Spiritus † sancti. ℞. Amen.

Omnibus expeditis, suggerente Archidiacono, ordinati redeunt ad loca sua: unus tamen de noviter ordinatis, tunica indutus, dicit Epistolam suo tempore.

Ex Rubricis Pontificalis de ordinatione unius subdiaconi.

1. *Pontifex ritu pontificali paratus, ut subdiaconatus Ordinem conferat, in Missis de Quatuor Temporibus dicta quinta Lectione in cornu Epistolæ,*[1] *in Missis vero et sabbatis ante Dominicam Passionis aut Resurrectionis Domini, aut in Missis de festivo die duplici, vel de Dominica, dicta Collecta cum Oratione pro ordinandis sub una conclusione, et factis Commemorationibus, si quæ sint faciendæ, accepta mitra, accedit ad faldisto-*

[1]) Supponit rubrica hæc Missam pontificalem sine cantu, quia Ordinatio unius minus solemniter fieri solet.

rium ante medium altaris sibi paratum, et sedet. — Tum Archidiaconus aut illius locum tenens, vocat ordinandum, et dicit: Accedat etc. *Deinde notarius sub una ex triplici formula convenienti, eum vocat, dicens:* N. ad titulum etc. *Ordinandus vero, quisquis sit, respondet:* Adsum, *et accedit versus Episcopum, quem profunda reverentia salutat.*

Debet autem quilibet etc. ut supra pag. 703.

2. Ordinandus habeat *tunicellam albi coloris.* quem colorem etiam pro dalmatica diaconi, et planeta presbyteri ordinandi rubrica Pontificalis pro Ordinatione unius postulat.

3. De modo, quo candela ad Offertorium Pontifici trahenda, Pax ab eodem accipienda, Communio sumenda, et post Benedictionem pensum Nocturni suscipiendum est, vide infra, quæ habentur in ordinatione presbyteri.

De diaconatu.

1. Ordinandi amictu super caput et humeros, alba, cingulo, et manipulo se induunt, (amictum et manipulum prius osculantes) ac dalmaticam super brachium sinistrum, stolamque in manu sinistra et candelam in dextera tenent.

2. Provocantur nominatim et accedunt, si subdiaconi simul ordinandi sint, cum iisdem ad Litanias, sub quibus se prosternunt, iisque finitis recedunt; si diaconi soli ordinantur, immediate post Epistolam Missæ, quando ordinatio ipsa inchoatur.

3. Annuntiatione brevi et admonitione longa de Ordinis hujus functionibus et officiis finita, Litaniæ sequuntur, sub quibus ordinandi in facies suas se prosternunt, uti in subdiaconatu. *(pag. 704.)*

Si vero subdiaconi simul ordinati sunt, et cum iisdem diaconandi etiam se prostraverunt, Litaniæ hic non *repetuntur,* sed pergitur.

4. Litanias allocutio, tum Oratio, dein Præfatio, inter quam manuum impositio, denique Præfationis finis sequuntur, sub quibus omnibus ordinandi genuflexi manent.

5. Præfatione finita ordinandorum quilibet coram Rvdmo genuflexus accipit stolam, quam osculatur, et cum cingulo ligat, et dalmaticam, dein recedit.

6. Ordinandis omnibus sic indutis terni vel quaterni simul ad Episcopum accedunt, ut librum Evangeliorum tangant, dein in locum priorem recedunt.

7. Orationibus duabus sequentibus finitis ordinati in loca sua remotiora recedunt; unus tamen remanebit, qui cum Rvdmo Evangelium legat.

* De candelarum oblatione, tum de pace accipienda et danda, dein de s. Communione, denique de penso vide supra pag. 671.

Decreta S. Congregationis Rituum.

(Ex edit. Ratisb. *Man. Ordinandorum.*)

1. *Archidiaconus Cathedralis assistens Episcopo habenti ordinationem generalem ministrare debet capite detecto, præcipue quando suas facit instantias, recitando illa verba juxta Pontificale Romanum, videlicet:* „Reverendissime Pater, postulat sancta mater ecclesia;“ *non autem cum bireto.* 28. Febr. 1671. in u. Muran.

2. Quando Ordines conferuntur sine cantu, diaconus ex noviter ordinatis, antequam Evangelium legat, *non* debet dicto „Munda cor meum“ benedictionem petere et manum Episcopi stantis ad altare deosculari, ut fit in Missis cantatis a simplici sacerdote; et *ab Episcopo* post Evangelium hujus Missæ lectæ *osculandum est suum Missale*, hoc est, quo ipse usus est, non quo usus est Diaconus in Evangelii lectione. 25. Sept. 1852. in u. Venet. ad 5.

Ritus Ordinationis diaconi.

(Ex Pontificali Romano.)

Subdiaconis ordinatis, Pontifex, reassumpta mitra, accedit ad sedem suam, vel ad faldistorium, et cornu Epistolæ, ubi sedens cum mitra, oblato sibi libro et candela, legit Hymnum, Benedictus es, *vel* Alleluja, *cum Versu* Benedictus es, *si sit infra octavam Pentecostes. Interim cantatur a choro dictus Hymnus, vel* Alleluja, *cum suo Versu, ut supra. Quo finito, surgit Pontifex, deposita mitra, et versus ad altare, dicit in competenti tono* Gloria in excelsis Deo, *si sit infra octavam Pentecostes, quod dum a choro perficitur, sedet cum mitra. Quo finito, deposita mitra, surgit, et versus ad populum, dicit:* Pax vobis, *vel* Dominus vobiscum, *si* Gloria in excelsis, *non sit dicendum: et conversus ad altare, cantat Orationem Missæ diei, cum Oratione pro ordinatis, et ordinandis, sub uno,* Per Dominum nostrum, *videlicet.*

Oratio.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, et devoto tibi pectore famulantes, perpetua defensione custodi: ut nullis perturbationibus impediti, liberam servitutem tuis semper exhibeamus officiis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit, et regnat, etc.

Finita Oratione, sedet Pontifex, reassumpta mitra, et oblato sibi libro et candela, legit Epistolam. Interim per unum ex subdiaconis noviter ordinatis, cantatur Epistola. Qua finita, surgit Pontifex, et accedit ad faldistorium ante altare cum mitra, et ibi sedet. Promovendi vero ad Ordinem diaconatus per Archidiaconum vocantur, dicendo:

Accedant qui ordinandi sunt ad diaconatum.

Et mox singulatim nominantur per notarium, nulla tamen facta mentione de titulo. Eis igitur amictu, alba, cingulo, et manipulo paratis, ac stolam in sinistra manu,

et candelam in dextera, ac dalmaticam super brachium sinistrum tenentibus, et in modum coronæ coram Pontifice genuflexis, Archidiaconus offerens illos Pontifici, dicit

Reverendissime Pater, postulat sancta mater ecclesia Catholica, ut hos præsentes subdiaconos ad onus diaconii ordinetes.

Pontifex interrogat dicens: Scis illos dignos esse?

Respondet Archidiaconus: Quantum humana fragilitas nosse sinit, et scio, et testificor ipsos dignos esse ad hujus onus officii.

Et Pontifex dicit: Deo gratias.

Et ad eorumdem ordinationem procedit. In primis Pontifex cum mitra sedens, clero et populo annuntiat, dicens:

Auxiliante Domino Deo, et Salvatore nostro Jesu Christo, eligimus hos præsentes subdiaconos in Ordinem diaconii. Si quis habet aliquid contra illos, pro Deo, et propter Deum, cum fiducia exeat, et dicat; verumtamen memor sit conditionis suæ.

Et facta aliquali mora, Pontifex convertens sermonem suum ad ordinandos, admonet eos, dicens:

Provehendi, filii dilectissimi, ad leviticum Ordinem, cogitate magnopere ad quantum gradum ecclesiæ ascenditis. Diaconum enim oportet ministrare ad altare, baptizare, et prædicare. Sane in veteri lege ex duodecim una tribus Levi electa est, quæ speciali devotione tabernaculo Dei, ejusque sacrificiis, ritu perpetuo deserviret. Tantaque dignitas ipsi concessa est, quod nullus, nisi ex ejus stirpe, ad divinum illum cultum atque officium ministraturus assurgeret; adeo, ut grandi quodam privilegio hæreditatis, et tribus Domini esse mereretur, et dici: quorum hodie, filii dilectissimi, et nomen et officium tenetis, quia in ministerium tabernaculi testimonii, id est ecclesiæ Dei, eligimini in levitico officio, quæ semper in procinctu posita, incessabili pugna contra

inimicos dimicat: unde ait Apostolus: Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus. Quam ecclesiam Dei, veluti tabernaculum, portare et munire debetis ornatu sancto, prædicatu divino, exemplo perfecto. Levi quippe interpretatur additus, sive assumptus. Et vos, filii dilectissimi, qui ab hæreditate paterna nomen accipitis, estote assumpti a carnalibus desideriis, a terrenis concupiscentiis, quæ militant adversus animam; estote nitidi, mundi, puri, casti, sicut decet ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei: ut digne addamini ad numerum ecclesiastici gradus, ut hæreditas, et tribus amabilis Domini esse mereamini. Et quia comministri, et cooperatores estis Corporis, et Sanguinis Domini, estote ab omni illecebra carnis alieni, sicut ait Scriptura: Mundamini, qui fertis vasa Domini. Cogitate beatum Stephanum, merito præcipuæ castitatis ab Apostolis ad officium istud electum. Curate, ut quibus Evangelium ore annuntiatis, vivis operibus exponatis, ut de vobis dicatur: Beati pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. Habete pedes vestros calceatos Sanctorum exemplis, in præparatione Evangelii pacis: Quod vobis Dominus concedat per gratiam suam. ℟. Amen.

Deinde, si non sint ordinati subdiaconi, ordinandi omnes prosternunt se, ubi genuflectebant; et Pontifice ante faldistorium suum genuflectente, dicuntur Litaniæ, et ordinandi per Pontificem benedicuntur, prout supra, pag. 700. in Ordinatione subdiaconi dictum est. Post hæc ordinandis ab accubitu surgentibus, genuflexis tamen manentibus, Pontifex sedens in faldistorio cum mitra, intellegibili voce alloquitur clerum et populum, dicens:

Commune votum, communis oratio prosequatur, ut hi totius ecclesiæ prece, qui ad diaconatus mini-

sterium præparantur, leviticæ bene † dictionis ordine clarescant, et spirituali conversatione præfulgentes, gratia sanctificationis eluceant: præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat Deus in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Deinde surgens cum mitra Pontifex, stans versus ad ordinandos, dicit, alta voce legendo:

Oremus, fratres charissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad officium diaconatus dignatur assumere, benedictionis suæ gratiam clementer effundat, eisque consecrationis indultæ propitius dona conservet, et preces nostras clementer exaudiat; ut, quæ nostro gerenda sunt ministerio, suo benignus prosequatur auxilio; et quos sacris mysteriis exsequendis pro nostra intelligentia credimus offerendos, sua bene † dictione sanctificet, et confirmet. Per unigenitum Filium suum, Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum eo, et Spiritu sancto vivit et regnat Deus:

Deinde deposita mitra, extensis manibus ante pectus, dicit:

℣. Per omnia sæcula sæculorum,

℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum,

℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sursum corda,

℟. Habemus ad Dominum.

℣. Gratias agamus Domino Deo nostro,

℟. Dignum et justum est.

Vere dignum, et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, honorum dator, ordinumque distributor, atque officiorum dispositor, qui in te manens innovas omnia, et cuncta disponis, per verbum, virtutem, sapientiamque tuam Jesum

Christum Filium tuum Dominum nostrum, sempiterna providentia præparas, et singulis quibusque temporibus aptanda dispensas. Cujus corpus, ecclesiam videlicet tuam, cœlestium gratiarum varietate distinctam, suorumque connexam distinctione membrorum, per legem mirabilem totius compaginis unitam, in augmentum templi tui crescere, dilatarique largiris; sacri muneris servitutem trinis gradibus ministrorum Nomini tuo militare constituens, electis ab initio Levi filiis, qui in mysticis operationibus domus tuæ fidelibus excubiis permanentes, hæreditatem benedictionis æternæ sorte perpetua possiderent. Super hos quoque famulos tuos, quæsumus Domine, placatus intende, quos tuis sacris altaribus servituros in officium diaconatus suppliciter dedicamus. Et nos quidem, tamquam homines divini sensus et summæ rationis ignari, horum vitam, quantum possumus, æstimamus. Te autem, Domine, quæ nobis sunt ignota non transeunt, te occulta non fallunt. Tu cognitor es secretorum, tu scrutator es cordium. Tu horum vitam cœlesti poteris examinare judicio, quo semper prævales, et admissa purgare, et ea, quæ sunt agenda, concedere.

Hic solus Pontifex manum dexteram extendens, ponit super caput cuilibet ordinando, et nullus alius, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecrantur, dicens singulis:

Accipe Spiritum sanctum, ad robur, et ad resistendum diabolo, et tentationibus ejus: in nomine Domini.

Postea prosequitur in primo tono, extensam tenens manum dexteram, usque in finem Præfationis.

Emitte in eos, quæsumus, Domine, Spiritum sanctum, quo in opus ministerii tui fideliter exsequendi septiformis gratiæ tuæ munere roborentur. Abundet in eis totius forma virtutis, auctoritas modesta, pudor constans, innocentiæ puritas, et spiritualis observan-

tia disciplinæ. In moribus eorum præcepta tua fulgeant, ut suæ castitatis exemplo imitationem sanctam plebs acquirat; et bonum conscientiæ testimonium præferentes, in Christo firmi et stabiles perseverent, dignisque successibus de inferiori gradu per gratiam tuam capere potiora mereantur.

Quod sequitur, dicit submissa voce legendo, ita tamen quod a circumstantibus possit audiri.

Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Post hæc Pontifex sedens cum mitra, cuilibet ordinando ante se genuflexo, stolam, quam singuli in manu habent, imponit successive super humerum sinistrum, dicens singulis:

Accipe stolam † candidam de manu Dei: adimple ministerium tuum: potens enim est Deus, ut augeat tibi gratiam suam: Qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Faciens supra quemlibet eorum signum Crucis, et ministri reflectent capita stolæ, et alligent sub brachio dextero.

Post hæc Pontifex accipiens dalmaticam, induit ea quemlibet successive usque ad humeros: et sic fit usque ad ultimum, quem ea totaliter induit: et hoc, si una tantum sit dalmatica; si vero quilibet suam habet, tunc singulos sua totaliter induit, dicens cuilibet:

Induat te Dominus indumento salutis, et vestimento lætitiæ, et dalmatica justitiæ circumdet te semper: In nomine Domini. ℟. Amen.

Postremo Pontifex accipit, et tradit omnibus librum Evangeliorum, quem manu dextera tangunt, dicens:

Accipite potestatem legendi Evangelium in ecclesia Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis: In nomine Domini. ℟. Amen.

Quo facto Pontifex stans ad altare conversus, dicit, sine mitra,

Oremus. *Et ministri:* Flectamus genua.

℟. Levate.

Et vertens se ad ordinatos, dicit:

Exaudi, Domine, preces nostras, et super hos famulos tuos Spiritum tuæ bene † dictionis emitte; ut cœlesti munere ditati, et tuæ majestatis gratiam possint acquirere, et bene vivendi aliis exemplum præbere. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit, et regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Oremus. Domine sancte, Pater fidei, spei, et gratiæ, et profectuum remunerator, qui in cœlestibus et terrenis Angelorum ministeriis ubique dispositis, per omnia elementa voluntatis tuæ diffundis effectum, hos quoque famulos tuos spirituali dignare illustrare affectu; ut tuis obsequiis expediti, sanctis altaribus tuis ministri puri accrescant: et indulgentia tua puriores, eorum gradu, quos Apostoli tui in septenarium numerum, beato Stephano duce ac prævio, Spiritu sancto auctore, elegerunt, digni existant, et virtutibus universis, quibus tibi servire oportet, instructi, tibi complaceant. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde cum tempus fuerit, aliquis de noviter ordinatis dalmatica indutus, dicit Evangelium. Ordinati autem statim, suggerente Archidiacono, redeunt ad loca sua.

Ex Rubricis Pontificalis de ordinatione unius diaconi.

1. *Pontifex ritu pontificali paratus, ut ordinationem diaconatus conferat,... dicta Oratione pro ordinando* Exaudi etc. *cum Oratione diei sub uno* Per Do-

minum, *et factis aliis commemorationibus, si quæ sint faciendæ, legit Epistolam, qua finita, accipit mitram et accedens ad faldistorium ante medium altaris paratum, sedet. Interim promovendus ad ordinem diaconatus per Archidiaconum aut illius locum tenentem vocatur, dicendo:* Accedat etc. *Mox ordinandus per notarium nominatus accedit, et facta Pontifici profunda reverentia, genuflectit. Tum Archidiaconus etc.* ut supra, pag. 708.

2. De candela offerenda, de pace et SS. Communione accipienda, et de penso Nocturni imponendo vide infra, quæ leguntur in ordinatione presbyteri.

De presbyteratu.

1. Ordinandi Missam ordinationis aliquot diebus antea prævideant et perlegant, ne, quo tempore dicenda erit, quidquam eos impediat aut retardet. Proin in Missalibus inquirant, signaculisque accurate signent:

a) præparationem ad Missam, quam accessum vocant;
b) Ordinem Missæ;
c) Missam diei cum Collecta de Ordinibus, cujus Oratio, Secreta et Postcommunio cum iisdem Missæ sub una clausula junguntur, aliasque commemorationes, si quæ dicendæ sint;
d) in Ordine Missæ: *Suscipe sancte Pater etc.;*
e) Præfationem et Canonem; denique
f) gratiarum actionem, quam recessum dicunt.

3. Cum Episcopus in scabello orat, et induitur, et ipsi ordinandi accessum dicunt.

4. Quotiescumque per totam Missam Episcopus dextera se cruce signat, vel pectus percutit, ordinandi idem faciunt, actiones alias omittentes.

5. Episcopo Missam incipiente, et ipsi Ordinem Missæ incipiunt, et voce submissa hunc et alia legen-

da legunt, semper manibus junctis et genuflectentes, usque post Epistolam et ad ultimum versum Tractus vel Sequentiæ, vel ad Gradualis 2. Alleluja exclusive.

6. Si cum presbyteris simul et diaconi vel subdiaconi ordinandi sint, cum iisdem et illi ad Litanias provocantur, et se prosternunt, iisque finitis recedunt. Ordinatio vero ipsa pro presbyteris ante versum ultimum præfatum incipit, ad quam quilibet ordinandus planetam suam complicatam super brachium sinistrum suum sumit, dein nominatim vocatus respondet etc.

7. Omnibus præsentibus Episcopus nunc clero et populo ordinationem annuntiat, et dein ordinandos admonet; qua admonitione finita

8. Cæremoniario annuente omnes in facies se prosternunt, et sic manent, dum Litaniæ dicuntur, quibus finitis ab eodem moniti ab accubitu surgunt, manent vero genuflexi ad impositionem manuum et Orationes duas sequentes cum Præfatione.

9. Quibus persolutis singuli ad Episcopum sedentem accedunt, et coram eodem in gradu supremo ad stolam aptandam et casulam accipiendam genuflectunt, dein recedunt et in loco propiori genuflectunt. Omnibus sic genuflectentibus Episcopus super ordinandos orat, et Spiritum sanctum invocat.

10. Hymni stropha prima dicta, schola vero absente, Hymno toto persoluto, ordinandi singuli ad manus ungendas accedunt, et manicis retractis coram Rvdmo genuflectentes manus apertas præbent — pollicibus et indicibus a se ipsis et a digitis ceteris junctis ita sejunctis, et extensis, ut a pollice dexteræ per palmam in linea diagonali ad indicem sinistræ, et item a pollice sinistræ ad indicem dexteræ, et denique in palmis totis ungi possint. In fine utriusque formulæ respondent: *Amen.*

11. Quo responso manibus junctis ad partem Evangelii ad ligandas easdem, dein in locum priorem recedunt et genuflectunt.

12. Omnibus sic unctis ac ligatis iterum singuli successive ad patenam cum hostia, et cuppam calicis inter digitos indices et medios tangendam accedunt.

13. Dein statim post altare recedunt ad manus solvendas, abstergendas et lavandas; quibus factis

14. Ad scamna sua recedunt, ubi cum Episcopo in Missa pergunt.

15. Post Offertorium dictum candelas suas offerunt, et recedunt.

16. Reversi et genuflexi in Missa pergunt, et quidem abhinc voce clara omnia et singula cum Episcopo, ad quem in omnibus accurate advertendum est, ne eum præveniant, præsertim in pronuntiatione verborum consecrationis, sed eodem, quoad fieri potest, momento legentes et orantes.

17. Post Orationem pro pace dictam primus in Ordine ordinatus ad pacem accipiendam accedit, quam reversus proximo impertitur etc. (Vid. subdiac. 8. et 9.) dein in Missa pergitur.

18. Dicto *Sanguis Domini etc.* neopresbyteri sine *Confiteor etc.* ad s. Communionem accedunt, et Sanctissimo præmissis præmittendis sumpto recedunt.

19. Omnibus sic communicatis et reversis Orationes duæ sequentes dicuntur.

20. Episcopo a medio altaris ad librum in cornu Epistolæ ad Responsorium: *Jam non dicam etc.* accedente, ordinati tacent; eoque finito cæremoniario suggerente omnes accedunt, et in semicirculo coram Episcopo circumstantes cum ipso voce alta Symbolum Apostolorum profitentur, quo dicto

21. Singuli coram Rvdmo in gradu summo genuflectunt, ubi Spiritu sancto accepto, et casula explicata ad interrogationem: *Promittis etc.* respondent

Promitto; et pace accepta: *Amen;* et in locum propiorem reversi coram Episcopo genuflectunt, usque ad benedictionem inclusive,

22. Qua accepta a cæremoniario moniti ad scamna sua recedunt, et in Missa pergunt.

23. Oratione: *Placeat etc.* dicta ordinati tacent, nec dicunt: *Benedicat* vos etc. sed benedictione Episcopali accepta

24. A cæremoniario provocati coram Rvdmo genuflectunt, et pensum accipiunt.

25. Si Episcopus nunc admonitionem vel aliud simile ordinatis dicat, hi ibidem genuflexi manent, dein

26. Surgunt et recedunt, et Missam, i. e. Evangelium finiunt.

27. Denique dum Episcopus exuitur et orat, et ipsi neopresbyteri se exuunt, et recessum dicunt.

Decreta S. Congregationis Rituum.

(Ex edit. Ratisb. *Man. Ordinandorum.*)

1. *Quæstioni* utrum Canonici sacerdotes, præsentes in ordinatione in habitu canonicali, manus impposituri super ordinandos ad presbyteratum, debeant accipere stolas, *provisum* est *per Pontificale Romanum de ordinatione presbyteri; iidem sacerdotes Canonici juxta praxim Archibasilicæ Lateranensis* non debent, cappa vel mozzetta depositis, induere superpelliceum (ut accipiant stolam). 12. Sept. 1857. in u. Moulin. ad 4. II. (Ex Anal. Jur. Pont. Ser. III. p. 351.)

2. *Verba Pontificalis Romani in ordinatione presbyteri:* „Idem faciunt post eum (Episcopum) omnes sacerdotes," *intelligi possunt moraliter, juxta tamen locorum consuetudinem, servata rubrica quoad paramenta et stolas.* 28. Jul. 1821. in u. Dub. ad 6.

3. *In ordinatione presbyterorum praxis servanda est ecclesiæ Romanæ, quæ manus ordinandis imponit in prima tantum Oratione:* „Oremus, fratres carissimi

etc.," et non amplius in sequenti Oratione: „Exaudi nos etc." 18. Febr. 1843. in u. Anicien.

4. *In ordinatione presbyterorum* non pluribus simul, sed *cuilibet tradendus est calix cum vino et aqua, et patena cum hostia, et cuilibet formula repetenda est in singulari: „Accipe potestatem etc."* 11. Mart. 1820. in u. Civitaten. ad 7.

5. Tolerari potest usus, ut una tantum candela accendatur, quæ a singulis ordinatis Episcopo offeratur post Offertorium. 12. Nov. 1831. in u. Mars. ad 7. *Sufficit* etiam, *ut unus ex ordinatis in quolibet Ordine accensum offerat cereum juxta consuetudinem.* 7. Dec. 1844. in u. Patav. ad 5.

6. Presbyteri ordinandi *tenentur solum ad „Suscipe, sancte Pater"* inchoare Missam cum celebrante et ordinante Episcopo. 20. Sept. 1749. in u. Jaurin. ad 1.

7. Presbyteri ordinandi debent legere Missam *non* stantes, sed in terra genuflexi. Ibid. ad 2.

8. Presbyteri ordinandi *non* debent omnes illas, quas Episcopus ordinans in Missa facit actiones, et ipsi facere, adeoque non debent cruces manu super oblata peragere etc. Ibid. ad 3.

9. Si ordinatio presbyteri fiat in cantu, Præfatio et alia quæ cantantur ab Episcopo, *sine cantu legenda* sunt ab ordinatis.[1]) 12. Nov. 1831. in u. Mars. ad 11.

10. Diaconi et subdiaconi in sacra ordinatione dicere debent „Confiteor" *post Communionem presbyterorum.* 12. Nov. 1831. in u. Mars. ad 10.

11. In Communione, quæ confertur ab Episcopo in Ordinum collatione, verba „Ecce Agnus Dei etc.,"

[1]) „Sanctus" in Missa ordinationibus solemni cantandum videtur, quando Pontifex cum presbyteris idem Trisagion alta voce perfecit. Cantu finito, Pontifex prosequitur: „Te igitur." — „Agnus Dei" a choro cantatur, dum Pontifex pacis osculum assistentibus, ordinatisque præbet. — *Communio* cantatur statim ac Pontifex sacerdotibus ordinatis Benedictionem particularem dederit. Cantu finito, eamdem dicit Pontifex cum ordinatis presbyteris.

; „Domine, non sum dignus," etc. *quoad presbyteros ntum in ordinatione habita sunt reticenda, in aliis ro casibus semper proferenda.* 11. Febr. 1702. in u. erien. ad 4; 7. Mai 1853. in u. Grosset. ad 3.

12. In Communione ordinandorum, si communientur etiam ordinati in Minoribus, Episcopus debet i forma: „Corpus D. N. J. Ch. custodiat te in vitam ternam." 12. Nov. 1831. in u. Mars. ad 16.

13. *Non est necesse*, quod presbyteri ordinandi, ostquam sunt de Corpore Christi communicati, de lo calice, quem in Ordinatione sua tetigerunt, abluonem sumant. 20. Sept. 1749. in u. Jaurin. ad 5.

14. Ad quæstionem, utrum Episcopus in ordinaone Regularium in sua diœcesi degentium dicere ebeat: „Promittis ordinario tuo obedientiam etc.;" el potius: „Promittis mihi etc." *servetur clara disositio Pontificalis Romani.* 22. Julii 1848. in u. Gandav.

15. In deosculatione, quam injungit Pontificale piscopo post præstitam a presbytero ordinato in ne Missæ obedientiam, *dextera vultus pars seu gena osculanda est.* 12. Nov. 1831. in u. Mars. ad 17.

16. *Verba Pontificalis Romani* „Nocturnum talis iei" *intelliguntur de unico Nocturno feriali, vel de rimo Dominicæ, id est duodecim psalmorum cum suis ntiphonis de tempore, quem episcopus ordinans desiare potest vel ipsius diei, quo habet ordinationem, vel lterius pro suo arbitrio.* Quando episcopus ordinans ihil aliud exprimit, quam quod verba Pontificalis nant, *dicendus* est *Nocturnus ferialis ut supra, qui espondeat illi diei, in quo facta est sacra ordinatio.* 1. Aug. 1860. in u. Granat. ad d. 9. (Annal.jur. Pont., er. V. p. 351.)

17. Ordinati ad presbyteratum Evangelium in fine lissæ dicant *una cum Episcopo.* 12. Nov. 1831. in u. Iars. ad 12.

Ritus Ordinationis presbyteri.

(Ex Pontificali Romano.)

Pro Ordinatione presbyterorum parentur oleum Catechumenorum, calix cum vino et aqua, patena et hostia desuper posita, medulla panis, et bacile cum buccali pro manibus abluendis, quas singuli ad suas mappulas extergunt.

Diaconis ordinatis, Pontifex ad sedendum in sede sua, vel in faldistorio, in plano juxta cornu Epistolæ accedit, et cantatur Tractus, usque ad ultimum versum exclusive: quod si sit infra octavam Pentecostes, Tractus et Sequentia, usque ad ultimum versum exclusive. Interim accedunt duo capellani cum libro, et candela ante Pontificem, qui ex eo legit ipsum Tractum, et Sequentiam, usque ad ultimum versum exclusive. Deinde Pontifex cum mitra revertitur ante altare, ubi sedet super faldistorium.

Tunc Archidiaconus vocat ordinandos voce intelligibili, dicens:

Accedant qui ordinandi sunt ad Ordinem presbyteratus.

Et mox nominatim leguntur per notarium, prout supra dictum est, nulla tamen de titulo facta mentione. Tunc illi more diaconorum parati, amictu, alba, cingulo, stola, et manipulo, tenentes planetas super brachium sinistrum complicatas, et in manu dextera candelas, ac mappulas albas pro ligandis et lavandis manibus, ad Pontificem accedunt, et coram eo in modum coronæ se disponunt. Tunc Archidiaconus præsentat ordinandos Pontifici, dicens:

Reverendissime Pater, postulat sancta mater ecclesia Catholica, ut hos præsentes diaconos ad onus presbyterii ordinetis.

Et Pontifex interrogat, dicens: **Scis illos esse dignos?**

Respondet Archidiaconus: Quantum humana fragilitas nosse sinit, et scio, et testificor ipsos dignos esse ad hujus onus officii.

Pontifex dicit: Deo gratias.

Et annuntiat clero, et populo, dicens:

Quoniam, fratres charissimi, rectori navis, et navigio deferendis eadem est vel securitatis ratio, vel communis timoris; par eorum debet esse sententia, quorum causa communis existit. Neque enim fuit frustra a Patribus institutum, ut de electione illorum, qui ad regimen altaris adhibendi sunt, consulatur etiam populus: quia de vita et conversatione præsentandi, quod nonnumquam ignoratur a pluribus, scitur a paucis; et necesse est, ut facilius ei quis obedientiam exhibeat ordinato, cui assensum præbuerit ordinando. Horum siquidem diaconorum in presbyteros, auxiliante Domino, ordinandorum conversatio (quantum mihi videtur) probata, et Deo placita existit, et digna (ut arbitror) ecclesiastici honoris augmento. Sed ne unum fortasse, vel paucos, aut decipiat assensio, vel fallat affectio, sententia est expetenda multorum. Itaque quid de eorum actibus, aut moribus noveritis, quid de merito sentiatis, libera voce pandatis; et his testimonium sacerdotii magis pro merito, quam affectione aliqua, tribuatis. Si quis igitur habet aliquid contra illos, pro Deo, et propter Deum, cum fiducia exeat, et dicat; verumtamen memor sit conditionis suæ.

Postea Pontifex, facta aliqua mora, convertens sermonem suum ad ordinandos, admonet eos, dicens:

Consecrandi, filii dilectissimi, in presbyteratus officium, illud digne suscipere, ac susceptum laudabiliter exsequi studeatis. Sacerdotem etenim oportet offerre, benedicere, præesse, prædicare, et baptizare. Cum magno quippe timore ad tantum gradum ascendendum est, ac providendum, ut cœlestis sapientia,

probi mores, et diuturna justitiæ observatio ad id electos commendent. Unde Dominus præcipiens Moysi, ut septuaginta viros de universo Israel in adjutorium suum eligeret, quibus Spiritus sancti dona divideret, suggessit: quos tu nosti, quod senes populi sunt. Vos siquidem in septuaginta viris et senibus signati estis, si per Spiritum septiformem, decalogum legis custodientes, probi, et maturi in scientia similiter et opere eritis. Sub eodem quoque mysterio et eadem figura in novo Testamento Dominus septuaginta duos elegit, ac binos ante se in prædicationem misit; ut doceret verbo simul, et facto, ministros ecclesiæ suæ fide et opere debere esse perfectos, seu geminæ dilectionis, Dei scilicet et proximi virtute fundatos. Tales itaque esse studeatis, ut in adjutorium Moysi, et duodecim Apostolorum, Episcoporum videlicet catholicorum, qui per Moysen, et Apostolos figurantur, digne, per gratiam Dei, eligi valeatis. Hac certe mira varietate ecclesia sancta circumdatur, ornatur, et regitur; cum alii in ea Pontifices, alii minoris ordinis sacerdotes, diaconi, et subdiaconi, diversorum ordinum viri consecrantur; et ex multis, et alternæ dignitatis membris unum Corpus Christi efficitur. Itaque, filii dilectissimi, quos ad nostrum adjutorium fratrum nostrorum arbitrium consecrandos elegit, servate in moribus vestris castæ, et sanctæ vitæ integritatem. Agnoscite quod agitis. Imitamini quod tractatis: quatenus mortis Dominicæ mysterium celebrantes, mortificare membra vestra a vitiis et concupiscentiis omnibus procuretis. Sit doctrina vestra spiritualis medicina populo Dei. Sit odor vitæ vestræ delectamentum ecclesiæ Christi, ut prædicatione, atque exemplo ædificetis domum, id est, familiam Dei; quatenus nec nos de vestra provectione, nec vos de tanti officii susceptione damnari a Domino, sed remunerari potius mereamur: Quod ipse nobis concedat per gratiam suam. ℟. Amen.

Si non sint factæ ordinationes subdiaconorum, vel diaconorum, dicuntur Litaniæ, ut supra in ordinatione subdiaconorum dictum est, *pag. 704.*

Post hæc surgunt omnes, et ordinandis coram Pontifice binis et binis successive genuflectentibus, Pontifex stans ante faldistorium suum cum mitra, et nulla oratione, nulloque cantu præmissis, imponit simul utramque manum super caput cujuslibet ordinandi successive, nihil dicens. Idemque faciunt post eum omnes sacerdotes, qui adsunt, quorum tres, aut plures planetis, vel saltem cum stolis parati, si commode fieri potest, esse deberent. Quo facto, tam Pontifex, quam sacerdotes, tenent manus dexteras extensas super illos. Et Pontifex stans cum mitra dicit:

Oremus, fratres charissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad presbyterii munus elegit, cœlestia dona multiplicet: et quod ejus dignatione suscipiunt, ipsius consequantur auxilio. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Pontifex, deposita mitra, conversus ad altare, dicit:

Oremus. *Et ministri:* Flectamus genua.

℟. Levate.

Et mox conversus ad ordinandos, dicit:

Exaudi nos, quæsumus, Domine Deus noster, et super hos famulos tuos bene † dictionem sancti Spiritus, et gratiæ sacerdotalis infunde virtutem; ut quos tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandos, perpetua muneris tui largitate prosequaris. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus:

Tum extensis manibus ante pectus, dicit:

℣. Per omnia sæcula sæculorum,

℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum,

℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sursum corda,

℟. Habemus ad Dominum.

℣. Gratias agamus Domino Deo nostro,

℟. Dignum et justum est.

Vere dignum, et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, honorum auctor, et distributor omnium dignitatum; per quem proficiunt universa; per quem cuncta firmantur; amplificatis semper in melius naturæ rationalis incrementis, per ordinem congrua ratione dispositum. Unde et sacerdotales gradus, atque officia levitarum, Sacramentis mysticis instituta creverunt; ut cum Pontifices summos regendis populis præfecisses, ad eorum societatis et operis adjumentum, sequentis ordinis viros, et secundæ dignitatis eligeres. Sic in eremo per septuaginta virorum prudentium mentes, Moysi spiritum propagasti, quibus ille adjutoribus usus, in populo innumeras multitudines facile gubernavit. Sic et in Eleazarum, et Ithamarum filios Aaron paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti, ut ad hostias salutares, et frequentioris officii Sacramenta ministerium sufficeret sacerdotum. Hac providentia, Domine, Apostolis Filii tui doctores fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum secundis prædicationibus impleverunt. Quapropter infirmitati quoque nostræ, Domine, quæsumus, hæc adjumenta largire; qui quanto fragiliores sumus, tanto his pluribus indigemus. Da, quæsumus, omnipotens Pater, in hos famulos tuos presbyterii dignitatem; innova in visceribus eorum Spiritum sanctitatis, ut acceptum a te, Deus, secundi meriti munus obtineant, censuramque morum exemplo suæ conversationis insinuent. Sint providi cooperatores ordinis nostri; eluceat in eis totius formæ justitiæ, ut bonam rationem dispensationis sibi creditæ reddituri, æternæ beatitudinis præmia consequantur.

Quod sequitur, legat submissa voce, ita tamen quod a circumstantibus audiri possit.

Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit, et regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Pontifex sedet, accepta mitra, et reflectit orarium, sive stolam ab humero sinistro cujuslibet, capiens partem, quæ retro pendet, et imponens super dexterum humerum, aptat eam ante pectus in modum crucis, singulis dicens:

Accipe jugum Domini: jugum enim ejus suave est, et onus ejus leve.

Postea imponit cuilibet successive casulam, usque ad scapulas, quam quilibet teneat super humeros complicatam, a parte anteriori deorsum dependentem, singulis dicens:

Accipe vestem sacerdotalem, per quam charitas intelligitur: potens est enim Deus, ut augeat tibi charitatem, et opus perfectum. ℟. Deo gratias.

Surgit Pontifex sine mitra, et omnibus genua flectentibus, dicit:

Deus sanctificationum omnium auctor, cujus vera consecratio plenaque benedictio est, tu, Domine, super hos famulos tuos, quos ad presbyterii honorem dedicamus, munus tuæ bene † dictionis infunde: ut gravitate actuum, et censura vivendi probent se seniores, his instituti disciplinis, quas Tito, et Timotheo Paulus exposuit; ut in lege tua die ac nocte meditantes, quod legerint credant, quod crediderint doceant, quod docuerint imitentur; justitiam, constantiam, misericordiam, fortitudinem, ceterasque virtutes in se ostendant; exemplo præbeant; admonitione confirment; ac purum et immaculatum ministerii sui donum custodiant; et in obsequium plebis tuæ panem, et vinum in Corpus et Sanguinem Filii tui immaculata be-

nedictione transforment; et inviolabili charitate in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, in die justi et æterni judicii Dei, conscientia pura, fide vera, Spiritu sancto pleni resurgant. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Tum Pontifex sine mitra ante altare conversus, flexis genibus incipit alta voce, schola prosequente, Hymnum: Veni, creator Spiritus, *(pag. 318.)*

Dicto primo versu, surgit Pontifex, et sedet in faldistorio cum mitra; et depositis chirothecis, et annulo Pontificali reassumpto, ponitur ei gremiale, sive mappula super gremium, et singuli ordinandi successive coram eo genua flectunt, et Pontifex cum oleo Catechumenorum inungit unicuique ambas manus simul junctas, in modum crucis, producendo cum pollice suo dextero in dictum oleum inuncto duas lineas, videlicet, a pollice dexteræ manus usque ad indicem sinistræ, et a pollice sinistræ usque ad indicem dexteræ, ungendo mox totaliter palmas, dicens, dum quemlibet inungit:

Consecrare, et sanctificare digneris, Domine, manus istas per istam unctionem et nostram bene † dictionem. ℟. Amen.

Pontifex producit manu dextera signum crucis super manus illius, quem ordinat, et prosequitur:

Ut quæcumque benedixerint, benedicantur; et quæcumque consecraverint, consecrentur, et sanctificentur: In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Et quilibet ordinandus respondet: Amen.

Tum Pontifex claudit, seu jungit manus cuilibet succcssive, quas sic consecratas aliquis ministrorum Pontificis albo panniculo lineo simul, videlicet, dexteram super sinistram alligat; et mox unusquisque ad ordinem

suum redit, et sic clausas et alligatas manus tenet. Omnium manibus unctis, et consecratis, Pontifex pollicem mica panis tergit; tum tradit cuilibet successive calicem cum vino et aqua, et patenam superpositam cum hostia, et ipsi illam accipiunt inter indices et medios digitos, et cuppam calicis et patenam simul tangunt, Pontifice singulis dicente:

Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missasque celebrare tam pro vivis, quam pro defunctis. In nomine Domini. ℟. Amen.

His peractis, Pontifex lavat manus cum medulla panis, et aqua lotionis hujusmodi projicitur in sacrarium. Deinde cum mitra revertitur ad sedem suam, vel ad faldistorim in cornu Epistolæ, in plano sibi paratum, ubi sedet cum mitra. Et chorus cantat ultimum versum Tractus, vel Sequentiæ, sive Alleluja. *Interim accedunt duo capellani ante Pontificem cum libro et candela, qui ex eo legit dictum ultimum versum Tractus, vel Sequentiæ, sive* Alleluja: *legit etiam secrete,* **Munda cor meum, etc.** *atque Evangelium.*

Interea unus ex diaconis noviter ordinatis accedit ad altare cum textu Evangelii ante pectus, et dicit, **Munda cor meum, etc.** *et cantat Evangelium. Interim parantur per ministros hostiæ super altare, pro numero ordinatorum in Ordinibus sacris, qui omnes communicare debent; et proceditur in Missa ordine solito. Interea dum Offertorium cantatur, vel etiam prius, ordinati sacerdotes poterunt lavare manus suas cum medulla panis, et aqua bene mundare, atque extergere mappulis illis, quibus ligatæ erant; et aqua absolutionis hujusmodi projiciatur in sacrarium.*

Pontifex vero, Offertorio lecto, accepta mitra, vadit ad faldistorium ante medium altaris, et ibi sedens accipit offertorium ab omnibus ordinatis, qui omnes accedunt bini et bini ad Pontificem; coram quo genuflexi offerunt illi singulas candelas accensas, et osculantur ejus ma-

nus; primo presbyteri, tum diaconi successive, et alii suo ordine.

Accepto singulorum offertorio, Pontifex lavat manus, et surgit sine mitra, ac tollitur faldistorium, et prosequitur Missam.

Presbyteri vero ordinati, post Pontificem, vel hinc et inde, ubi magis commodum erit, in terra genuflexi, habeant libros coram se, dicentes: Suscipe, sancte Pater, etc. *et omnia alia de Missa, prout dicit Pontifex: qui tamen bene advertat, quod Secretas morose dicat, et aliquantulum alte, ita ut ordinati sacerdotes possint secum omnia dicere: et præsertim verba consecrationis, quæ dici debent eodem momento per ordinatos, quo dicuntur per Pontificem.*

Secreta pro ordinatis, quæ dicitur cum Secreta Missæ diei, sub uno Per Dominum, etc.

Tuis, quæsumus, Domine, operare mysteriis: ut hæc tibi munera dignis mentibus offeramus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Cum Pontifex dixerit Orationem Domine Jesu Christe, qui, etc. *osculatur altare, et dat primo ex singulis ordinatis cujuslibet Ordinis sacri ad eum successive accedenti, et altare prius ad dexteram Pontificis deosculanti, pacem, dicens:* Pax tecum.

Cui ille respondet: Et cum spiritu tuo.

Et quilibet illorum dat sequenti sui Ordinis secum ordinato, et ille alteri, et sic usque ad ultimum continuatur. Si autem ordinatorum parvus sit numerus, Pontifex poterit dare pacem singulis.

Postquam vero Pontifex se communicaverit, et totum Sanguinem sumpserit, priusquam digitos abluat, accedunt ante altare presbyteri, deinde diaconi, tandem subdiaconi: quibus ordinate dispositis, et genuflexis, Pontifex, facta reverentia Sacramento, et aliquantulum versus

cornu Evangelii se retrahens, ad eos se convertit, et singuli ex diaconis, et subdiaconis tantum dicunt submissa voce:

Confiteor Deo, etc.

Et si officium fiat in cantu, unus de noviter ordinatis illud cantat.

Et Pontifex stans, capite detecto, versus ad eos dicit intelligibili voce, nisi officium fiat in cantu:

Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam.

℟. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum vestrorum, tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus. ℟. Amen.

Et manu dextera signum crucis super eos communiter producit. Presbyteri ante Communionem non dicunt confessionem, nec datur eis absolutio, quia concelebrant Pontifici: propterea si non sunt alii ordinati, confessio, et absolutio prædictæ omittuntur.

Tum accedunt ordinati ad supremum gradum altaris bini et bini. Pontifex vero ponit plures hostias consecratas super patenam, quam ori cujuslicet communicandi supponit, et singulos communicat, cuilibet dicens:

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat te in vitam æternam.

Quilibet respondet: Amen.

Et priusquam Communionem sumat, manum Pontificis hostiam tenentem osculatur.

Unus ministrorum Pontificis stat juxta cornu Epistolæ altaris calicem habens, non illum, cum quo Pontifex celebravit, sed alium cum vino, et mappulam mundam in manibus, ad quem singuli communicati accedunt, et se purificant, os extergunt, et ad partem se locant.

Omnibus communicatis, Pontifex extergit patenam super calicem suum, super eum digitos abluit, sumit ablutionem, accipit mitram, et lavat manus.

Pontifex, lotis manibus, mitra deposita, stans in cornu Epistolæ altaris, versus ad illud inchoat in cantu, schola prosequente Responsorium 8. ton. quod a Septuagesima usque ad Pascha dicitur, sine Alleluja.

Jam non dicam vos servos, sed amicos meos, quia omnia cognovistis quæ operatus sum in medio vestri Alleluja. * Accipite Spiritum sanctum in vobis Paraclitum: * Ille est, quem Pater mittet vobis, Alleluja. ℣. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Accipite. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. * Ille est, quem

Incepto Responsorio, Pontifex, accepta mitra, vertit se ad presbyteros ordinatos, qui ante altare coram ipso stantes profitentur fidem, quam prædicaturi sunt, dicentes:

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cœli et terræ. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Passus sub Pontio Pilato: crucifixus, mortuus, et sepultus. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum sanctum. Sanctam ecclesiam Catholicam. Sanctorum communionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Vitam æternam. Amen.

Quo finito, Pontifex cum mitra sedens super faldistorium, ante medium altaris, imponit ambas manus super capita singulorum coram eo genuflectentium, dicens cuilibet:

Accipe Spiritum sanctum: quorum remiseris peccata, remittuntur eis; et quorum retinueris, retenta sunt.

Deinde explicans casulam, quam unusquisque habet super humeros complicatam, induit illa quemlibet, singulis dicendo:

Stola innocentiæ induat te Dominus.

Et mox unusquisque iterum ad Pontificem accedit: et genuflexus ponit manus suas junctas inter manus Pontificis dicentis cuilibet, si suus est Ordinarius:

Promittis mihi, et successoribus meis reverentiam, et obedientiam?

Et ille respondet: Promitto.

Si vero Pontifex non est suus Ordinarius, cum manus eorum inter suas tenet, ut præfertur, dicit singulis presbyteris sæcularibus:

Promittis Pontifici Ordinario tuo, etc.

Singulis vero Regularibus:

Promittis Prælato Ordinario tuo, etc.

Promittis Pontifici (*vel* Prælato) Ordinario tuo, pro tempore existenti reverentiam et obedientiam?

Et ille respondet: Promitto.

Tunc Pontifex, tenens manus illius inter suas, osculatur unumquemque, dicens: Pax Domini sit semper tecum.

Et ille respondet: Amen.

His expletis, et eis ad ordinem suum reversis, Pontifex, sedens cum mitra, et baculo, admonet eos, dicens:

Quia res, quam tractaturi estis, satis periculosa est, filii dilectissimi, moneo vos, ut diligenter totius Missæ Ordinem, atque Hostiæ consecrationem, ac fractionem, et communionem, ab aliis jam doctis sacerdotibus discatis, priusquam ad celebrandum Missam accedatis.

Pontifex surgit cum mitra et baculo, et presbyteris coram eo adhuc genuflexis benedicit, dicens voce competenti:

Benedictio Dei omnipotentis Pa † tris, et Fi † lii, et Spiritus † sancti descendat super vos, ut sitis benedicti in ordine Sacerdotali, et offeratis placabiles Hostias pro peccatis, atque offensionibus populi omnipo-

tenti Deo, cui est honor et gloria per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Post hæc Pontifex, deposita mitra, et amoto faldistorio, convertitur ad altare, prosequitur Missam, et cantatur Communio: et dicitur hæc Postcommunio pro ordinatis sub uno Per Dominum. *cum Postcommunione Missæ diei.*

Postcommunio.

Quos tuis, Domine, reficis Sacramentis, continuis attolle benignus auxiliis: ut tuæ redemptionis effectum, et mysteriis capiamus, et moribus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde dicitur, Benedicamus Domino, *vel* Ite Missa est, *prout tempus requirit, et per Pontificem,* Placeat tibi, sancta Trinitas, etc.

Quo dicto, Pontifex, accepta mitra et baculo pastorali, dat benedictionem solitam, dicens: Sit nomen Domini benedictum, etc.

Tum sedet, et alloquitur ordinatos sub his verbis:

Filii dilectissimi, diligenter considerate Ordinem per vos susceptum, ac onus humeris vestris impositum: studete sancte et religiose vivere, atque omnipotenti Deo placere, ut gratiam suam possitis acquirere, quam ipse vobis per suam misericordiam concedere dignetur.

Singuli ad primam tonsuram, *vel* ad quatuor minores Ordines promoti, dicite semel septem Psalmos Pœnitentiales, cum Litaniis, Versiculis, et Orationibus. Ad subdiaconatum, vel diaconatum, Nocturnum talis diei. Ad presbyteratum vero ordinati, post primam vestram Missam, tres alias Missas, videlicet, unam de Spiritu sancto, aliam de beata Maria semper Virgine, et tertiam pro Fidelibus defunctis dicite, et omnipotentem Deum etiam pro me orate.

Quod illi devote suscipiunt, et respondent se facturos.

Tum Pontifex convertit se ad altare, et dicit submissa voce: Dominus vobiscum.

Initium sancti Evangelii secundum Joannem, etc.

Signat altare et se, et revertitur ad sedem, vel ad faldistorium, ubi exuitur sacris vestibus. Ordinati etiam ad presbyteratum dicunt idem Evangelium, et in loco convenienti sacras vestes deponunt, et cum eis alii ordinati.

Ex Rubricis Pontificalis de ordinatione unius presbyteri.

1. *Pontifex ornatu pontificali indutus, ut Ordinem presbyteratus conferat, in Missis de Quatuor Temporibus et in Dominicis ac festivis diebus a Dominica Septuagesimæ usque ad Pascha exclusive, ante ultimum versum Tractus; in sabbato vero infra octavam Pentecostes, et in festis, quæ habent Sequentiam, ante ultimum Sequentiæ versum; in Dominicis autem et festivis diebus per annum et per Adventum ante Versum* Alleluja, *accipit mitram, et accedens ad faldistorium ante medium altaris sibi paratum, sedet.*

Interim ad Ordinem presbyteratus promovendum paratum (ut supra pag. 724.) .... *Archidiaconus aut illius locum tenens, vocat, dicens:* Accedat etc. *Mox ordinandus per notarium nominatus accedit, et facta Pontifici profunda reverentia, genuflectit. Tum archidiaconus præsentat etc.* ut supra pag. 725.

2. Post Pontificem utramque manum super ordinandi caput imponunt *omnes presbyteri, qui adsunt, quorum tres aut plures superpelliceo et stola parati esse debent.*

3. Hymnum „Veni Creator" a Pontifice inceptum *prosequuntur ministri cum adstantibus, et dicitur usque ad finem.*

4. Pontifex, traditis ordinando patena et calice, lotisque manibus iterum accipit *chirothecas* et *annulum.*

5. Pontifex lecto Offertorio sedet. *Mox ordinatus candelam accensam dextera sustinens, sinistra pectori admota, accedit: tum facta profunda reverentia genuflectit, et Pontificis manum dexteram, dum tradit candelam, osculatur; deinde surgit, et facta iterum reverentia paulum retrocedens genuflectit,* ut Missam cum Pontifice prosequatur.

6. *Ordinatus,* accepto pacis osculo a Pontifice, *facta profunda reverentia Pontifici, et genuflexione Ss. Sacramento,* redit ad locum suum.

7. Si præter presbyterum alii ordinati fuerint, hi, dicto „Confiteor" et accepta absolutione a Pontifice, *accedunt ad supremum altaris gradum, ubi genuflexi mappulam recipiunt* (quam ministri hinc inde sustentant). *Pontifex vero versus ad altare, facit genuflexionem Ss. Sacramento; deinde surgens, sinistra patenam* (aut pyxidem), *dextera vero Hostiam reverenter accipit, quam aliquantulum elevatam tenet super patenam, et conversus ad ordinatos in medio altaris dicit:* Ecce Agnus Dei etc. *Mox ter subjungit:* Domine, non sum dignus etc. *Tum accedens ordinatis porrigit Ss. Sacramentum, faciens cum eo signum crucis super patenam, et simul dicens:* Corpus D. N. J. Ch. custodiat te etc. . . .

8. Post Communionem *unus ministrorum purificat presbyterum calice ad hoc destinato, vel eo potius, quem paulo ante tetigerat, ex quo vinum cum aqua paratum in purificationem exhaurit.* [1])

9. Responsorium „Jam non dicam etc." a Pontifice inchoatum, *ministri prosequuntur.*

[1]) Ubi generatim purificatio post Communionem *non* est in usu, ejusmodi *consuetudo* retineri potest. S R. C. 12. Aug. 1854. (ex Anal. Jur. Pontif. Ser. II. pag. 2192.) Profecto neque Romæ hæc purificatio amplius est in usu.



V. De Missa prima Neosacerdotis.

1. Si novus sacerdos primam Missam aliquamdiu ost Ordinationem celebret, secedat in solitarium aliuem locum, ubi, abjecta omni cura temporali, ad remendum hoc sacrificium, majori puritate ac devoione prima vice offerendum, per aliquot dies se isponat ac præparet. Curet insuper, ut sit ab omni ollicitudine liber, atque idcirco pompæ exterioris et mnis apparatus negotium aliis ita committat, ut colectis sensibus et devota ac religiosa mente celebret.

2. Non prius celebret primam Missam, quam dilienter et accurate totius Missæ ordinem, ritus ac ubricas Missalis perlegerit, atque ab aliis peritioriús presbyteris didicerit, ut rite celebrare tum prinum assuescat, religiosumque hunc usum·deinceps id omnipotentis Dei gloriam, et ædificationem fidelium, et ad propriam utilitatem servet semper ac etineat.

3. Prima hæc Missa omnino officio respondeat; ıullum enim obtinet privilegium, quo vel altiori ritu, 'el, seposito officio, tamquam Missa votiva solemnis ı. g. de Ss. Trinitate, celebrari valeat.

4. Neo-presbyteri in prima Missa adhibere posunt presbyterum assistentem. Quod multis in locis, mmo Romæ, ad secundam quoque et tertiam Missam n usu est. Presbyter vero assistens a principio Misæ non habeat stolam; sed si prima Missa modo pri'ato dicitur, assistet solummodo superpelliceo induus. Attamen stola coloris cum officiò convenientis uxta altare ponatur, qua presbyter assistens a Conecratione usque ad Communionem inclusive utatur, ıt celebranti in aliquo necessitatis casu subvenire ossit. Post Communionem vero stolam deponat. Si 'ero prima Missa solemniter celebretur, presbyter ıssistens *superpelliceo* vel rochetto (si hoc ex privi-

legio illi concessum est) et pluviali indutus celebranti adstabit. Stolam autem nunquam adhibeat.

5. Antequam Missam inchoet, poterit flexis genibus in infimo gradu altaris Antiphonam *Veni S. Spiritus* intonare, undè si aspersio aquæ benedictæ facienda est, ea, non prius ab alio (cum S. R. C. 11. Mart. 1837. decrevit hanc semper a celebrante faciendam esse), sed ab ipso Neomysta post Antiphonam *Veni S. Spiritus*, Versiculum *Emitte etc. etc.* Orationem cantatam fieri debebit. Cum plures Neomystæ simul eadem hora sacrum facturi sunt, ut alicubi contingit, ad suum quisque altare, post dispositam ex more in libro Missam, in suppedaneo altaris flectent, dum ab eo, qui ad aram principem faciet, incepta Antiphona supradicta, a choro absoluta, et consueta Oratio ab eo, qui Antiphonam incepit, subjuncta fuerit. Tum surgunt, èt Missam consueto more inchoant. Quod si solus aliquis, et sine cantu celebret, dicit, ut supra, coram altari genibus flexis Antiphonam prædictam, quæ desumitur ex Missa Pentecostes, cum Oratione competente de S. Spiritu ex Missa ejus votiva.

6. Assistens semper assistit ad librum, et se cum celebrante inclinat, genuflectit, et signat, prout opus erit, quasi eum in omnibus actibus præcedens, modeste tamen ac prudenter. Presbyter assistens neque debet, neque potest loco diaconi celebrantem incensare. Dum pax datur, videtur conveniens, ut prius Neomysta assistenti det, sicut ipse Episcopus juxta Cæremoniale Episcoporum l. I. c 24. dat assistenti ad dextram eunti, et genuflectenti, prout alias diaconus solet, cum hoc tamen discrimine, quod ibi diaconus cum subdiacono pacem ab Episcopo accipiat; hic autem conveniat, ut diaconus eam ab assistente accipiat, et statim more solito det etiam subdiacono.

7. Si facienda sit Communio, fiat, ut moris est; et tum non quidem assistens, sed diaconus, isque non a

sinistris, sed a dextris Neomystæ, quod commodius est, assistere debet, tenens patenam sub mento communicantium; quod tametsi ad dignitatem Episcopalem pertineat, ob periculum tamen irreverentiæ, si ob sollicitudinem et trepidationem, quibus Neomysta obrui potest, sacræ hostiæ e manibus exciderent, in primitiis tantum ejusdem concedi solet.

8. Servari potest consuetudo, in prima Missa (privata) novi presbyteri intermiscendi organa, et adhibendi funalia ad elevationem.

9. Post Missam, ubi in sacristiam redierit, factaque cruci reverentia planetam et manipulum deposuerit, vertit sese, et primum assistenti flexis genibus benedictionem petenti manum deosculandam porrigit, et benedicit, dicens: *Benedicat te omnipotens Deus, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, Amen.* Sicque reliquos ministros sibi succedentes, et post hos etiam laicos benedicit.

10. Possunt quidem sub tali Missa oblationes fieri et de consensu parochi Neomystæ attribui, sed quicumque abusus quæstum sordidum aut pompam aliquam nuptialem sapientes, vel sponsæ, ut vocant, quæcumque et paranymphæ ac convivia solemnia cum choreis et similia penitus et severe a multarum diœcesium constitutionibus interdicta sunt tanquam præjudicia tremendi hujus sacrificii longe gravissima.

11. Tres Missæ, una de Spiritu sancto, altera de B. M. V., tertia pro defunctis, quæ ab Episcopo ordinante Neomystis imponuntur, sequuntur regulas Missarum votivarum, et debent dici, quando juxta rubricas licet Missas votivas celebrare. *(S. R. C. 11 Apr. 1840.)* Dicantur itaque sine *Gloria* et *Credo,* (nisi Missa de B. M. V. celebretur die Sabbati, quo die dicendum esset *Gloria)* et cum commemorationibus a rubrica præscriptis. Missa autem pro defunctis *erit quotidiana* cum consuetis tribus Orationibus. —

Sola Missæ qualitas, non sacrificii applicatio præcipitur; possunt ergo neopresbyteri easdem offerre, pro quibus voluerint, etiam accepto stipendio; satisfaciunt obligationi, si pro Episcopo ordinante orent. *(S. Liguori lib. 6. tract. 5. num. 829; Cavalieri tom. 3. cap. 12.)*

VI. Quædam de Missa rite celebranda.

„Attende tibi, et vide, cujus ministerium tibi traditum est per impositionem manuum Episcopi. Ecce, sacerdos factus es, et ad celebrandum consecratus; vide nunc, ut fideliter et devote in suo tempore Deo sacrificium offeras!“ *(Imit. Christi lib. IV. cap. 5.)* Fideliter autem ad amussim rubricarum et devote SS. Missæ sacrificium celebrabis, si attenta mente jugiter rumines hæc verba S. Concilii Tridentini (22)..„Quodsi necessario fatemur, nullum aliud opus adeo sanctum ac divinum a Christi fidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium... satis etiam apparet, omnem operam et diligentiam in eo ponendam esse, ut, quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia et puritate, atque exteriori devotionis ac pietatis specie peragatur.“ Summam rubricarum necnon et Ritum celebrandi Missam tum privatam tum solemnem ex rubricis Missalis et S.R.C. decretis compositum habes in nostro *Manuali sacerdotum*[1]) edit. V. pag. 238—327. Illuc te remittentes hic posuimus quasdam tabulas, quæ ad rite celebrandum SS. Missæ sacrificium te adjuvabunt.

---

[1]) *Manuale sacerdotum*, in quo ii, quibus cura animarum commissa est, ad manum habent, tum quæ in privata devotione, tum quæ in Missæ celebratione, Sacramentorum administratione et quorumdam aliorum sui muneris officiorum exsecutione usui esse possunt; editio quinta (minoris formæ quarta) Coloniæ 1868. apud J. P. Bachem.

Tabulæ directivæ pro SS. Missæ sacrificio celebrando.

1. In Dominicis per Annum.

Tempus.	Color.	Missa.	Gloria.	Credo.	Præfatio.	Benedictio.	Orationes.
Adventus.	Viol.	Propr.	Omitt.	Dicitur.	Communis.	Benedicamus.	2. Deus, qui salutis 3. Eccl. vel pro Papa.
Ab oct. Epiphaniæ.	Virid.	Propr.	Dicitur.	Dicitur.	Communis.	Ite.	2. Deus, qui salutis 3. Eccl. vel pro Papa.
A Septuagesima.	Viol.	Propr.	Omitt.	Dicitur.	Communis.	Benedicamus.	2. A cunctis 3. Ad libitum.
A die Cinerum.	Viol.	Propr.	Omitt.	Dicitur.	Quadrages.	Benedicamus.	2. A cunctis 3. pro vivis et def.
A Dom. Passionis.	Viol.	Propr.	Omitt.	Dicitur.	De Cruce.	Benedicamus.	2. Eccl. vel pro Papa.
Ab oct. Paschatis.	Albus.	Propr.	Dicitur.	Dicitur.	Paschalis.	Ite.	2. Concede. 3. Eccl. vel pro Papa.
Ab oct. Pentecost.	Virid.	Propr.	Dicitur.	Dicitur.	Communis.	Ite.	2. A cunctis 3. Ad libitum.

2. In Feriis.

Tempus.	Color.	Missa.	Gloria.	Credo.	Præfatio.	Benedictio.	Orationes.
Adventus.	Viol.	Dominicalis.	Omitt.	Omitt.	Communis.	Benedicamus.	Dominicales.
Ab oct. Epiphaniæ.	Virid.	Dominicalis.	Omitt.	Omitt.	Communis.	Benedicamus.	Dominicales.
A Septuagesima.	Viol.	Dominicalis.	Omitt.	Omitt.	Communis.	Benedicamus.	Dominicales.
A die Cinerum.	Viol.	Propr.	Omitt.	Omitt.	Quadrages.	Benedicamus.	1. Propria 2. et 3. Domin.
A Dom. Passionis.	Viol.	Propr.	Omitt.	Omitt.	De Cruce.	Benedicamus.	1. Propria 2. Eccl. vel pro Papa.
Ab oct. Paschatis.	Alb.	Dominicalis.	Dicitur.	Omitt.	Paschalis.	Ite.	Dominicales.
Ab oct. Pentecost.	Virid.	Dominicalis.	Omitt.	Omitt.	Communis.	Benedicamus.	Dominicales.

3. In Duplicibus.

Tempus.	Color.	Missa.	Gloria	Credo	Præfatio.	Benedictio.	Orationes.
Adventus.	Ru- Al-	Pro-	Sem-	Ut	Pro-	Ite.	2. Feriæ.
Ab oct. Epiphaniæ.	ber bus	pri-	pe	nota-	pri-	Ite.	Unica.
A Septuagesima.	pro pro	a.	r	tur	a.	Ite.	Unica.
A die Cinerum.	Mar- non	vel	di-	c. ii.	vel	Ite. Evang. Feriæ.	2. Feriæ.
A Dom. Passionis.	ty- Mar-	Com-	ci-	Ru-	Do-	Ite. Evang. Feriæ.	2. Feriæ.
Ab oct. Paschatis.	ri- tyri-	mu-	tu	brica-	mi-	Ite.	Unica.
Ab oct. Pentecost.	bus.	nis.	r.	rum.	nicæ.	Ite.	Unica.

4. In Semiduplicibus.

Tempus.	Color.	Missa.	Gloria	Credo	Præfatio.	Benedictio.	Orationes.
Adventus.	Ru- Al-	Pro-	Sem-	Ut	Pro-	Ite.	2. Feriæ. 3. Deus, qui salutis.
Ab oct. Epiphaniæ.	ber bus	pri-	pe	nota-	pri-	Ite.	2. et 3. Dominicales.
A Septuagesima.	pro pro	a.	r	tur	a.	Ite.	2. et 3, Dominicales.
A die Cinerum.	Mar- non	vel	di-	c. ii.	vel	Ite. Evang. Feriæ.	2. Feriæ. 3. A cunctis.
A Dom. Passionis.	ty- Mar-	Com-	ci-	Ru-	Do-	Ite. Evang. Feriæ.	2. Feriæ. 3. Eccl. vel pro Papa.
Ab oct. Paschatis.	ri- tyri-	mu-	tu	brica-	mi-	Ite.	2. et 3. Dominicales.
Ab oct. Pentecost.	bus.	nis.	r.	rum.	nicæ.	Ite.	2. et 3. Dominicales.

5. In Simplicibus.

Tempus.	Color.	Missa.	Gloria.	Credo.	Præfatio.	Benedictio.	Orationes.
Adventus.	Ce-	di-	t	fe-	ri-	æ.	2. De Sancto. 3. Deus, qui salutis.
Ab oct. Epiphaniæ.	Albus vel Ruber.	Propr. vel com.	Dicitur.	Omitt.	Communis.	Ite.	2. et 3. Domin.
A Septuagesima.	Albus vel Ruber.	Propr. vel com.	Dicitur.	Omitt.	Communis.	Ite.	2. et 3. Domin.
A die Cinerum.	Ce-	di-	t	fe-	ri-	æ.	2. de Sancto. 3. a cunctis.
A Dom. Passionis.	Ce-	di-	t	fe-	ri-	æ.	2. de Sancto tantum.
Ab oct. Paschatis.	Albus vel Ruber.	Propr. vel com.	Dicitur.	Omitt.	Paschalis.	Ite.	2. et 3. Domin.
Ab oct. Pentecost.	Albus vel Ruber.	Propr. vel com.	Dicitur.	Omitt.	Communis.	Ite.	2. et 3. Domin.

6. In Missis votivis.

Missæ votivæ.	Color.	Missa.	Gloria.	Orationes.	Præfatio.	In fine.
De SS. Trinitate. 1.	Albus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	Propr.	*Benedic. Dom.*
De Spiritu sancto.	Rubeus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	Propr.	*Benedic. Dom.*
De SS. Sacr.	Albus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	De Nativ. Dom.	*Benedic. Dom.*
De Passione Dom.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	De Cruce.	*Benedic. Dom.*
De S. Cruce.	Rubeus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	De Cruce.	*Benedic. Dom.*
De SS. Corde Jesu.	Albus.	*Miserebitur.* 12.	Omitt.	Ut infr. 6.	De Cruce.	*Benedic. Dom.*
De B. Maria V.	Albus.	Propr.	Omitt. nisi in Sabb.	Ut infr. 7.	Propr.	*Benedic. Dom.*; Sab. *Ite M.*
De Angelis.	Albus.	Propr.	Semper dic.	Ut infr. 6.	Ut infr. 10.	*Ite Missa est.*
De Apostolis. 2.	Rubeus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 8.	Propr.	*Benedic. Dom.*
De Sanctis canoniz.	R. pro Mart., pro aliis A.	Propr. si adsit, aliter de Com.	Omitt. 5.	Ut infr. 6.	Propr. si adsit, vel ut infr. 10.	*Benedic. Dom.*
Pro quac. necess.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	Ut infr. 10.	*Benedic. Dom.*
Pro infirmis.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	Ut infr. 10.	*Benedic. Dom.*
Pro sponsis præs. 3.	Albus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	Ut infr. 10.	*Benedic. Dom.*
Pro fidei propag. 4.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	Ut infr. 10.	*Benedic. Dom.*
Pro defunctis.	Niger. 11.	Una ex 3. prim. vel Quotid.	Omitt.	Ut infr. 9.	Comm. semper.	*Requiesc. i. p.*

Credo semper omittitur; in fine semper dicitur Evangelium S. Joanni.

1. Quando dicenda est Missa pro gratiarum actione, sumitur Missa votiva de SS. Trinitate, vel de Spiritu sancto, vel de B. M. V., et tunc 2. Oratio erit de Officio diei; 3. pro gratiarum actione *Deus, cujus misericordiæ*, quæ habetur in Missali post Missam votivam SS. Trinitatis. (Rubrica propria de Oratione dicenda *sub una conclusione*, spectat tantum ad Missam solemnem.)

2. Si petatur Missa votiva in honorem SS. Apostolorum Petri et Pauli, legenda est Missa votiva, quæ in fine Missalis assignatur, observando tempore paschali rubricam in fine ejusdem Missæ positam. Si Missa votiva sit de S. Petro tantum, vel de S. Paulo, tunc eadem Missa votiva in fine Missalis posita legi potest, cum speciali intentione honorandi illum, in cujus honorem Missa petitur, neque tunc alterius commemoratio fieri debet, quia Oratio est communis utrique; in hoc tamen casu potest etiam sumi Missa propria S. Petri, ut in ejus Cathedra, vel etiam 29. Junii cum Orationibus ex festo Commemorationis S. Pauli; et vicissim Missa propria S. Pauli, ut in ejus Commemoratione (30 Junii), vel de ejus Conversione (25. Januar.); sed tunc sub distincta conclusione debet fieri commemoratio alterius Apostoli ante omnes alias commemorationes; 3a Oratio erit diei currentis. *(De Herdt part. I. num. 41.)*

3. Missa votiva pro sponsis in die nuptiar. dicitur in dupl., etiam majoribus (nunquam vero in dupl. 1. vel 2. clas., nec in Dominica, nec in aliis festis de præcepto); 2. et 3. Oratio ut supra, n. 1, ita ut semper servetur ritus Missæ votivæ. *(S. R. C. 28. Febr. 1818.)* In diebus exceptis Missa dicitur de festo cum commem. pro sponsis; quæ commem. nunquam est recitanda sub unica conclusione, sed semper post omnes Orationes a rubrica præscriptas. *(S. R. C. 20. Dec. 1783, 22. Apr. 1822.)*

4. Missa votiva propria pro Fidei Propagatione, ex Decr. 21. Aug. 1841., omnibus Diœcesibus concessa est, ubi nunc adest, vel in posterum aderit Societas Propagationis Fidei, necnon et licet hujus Missæ Orationes addere in Missa Festorum propria ejusdem Societatis (nempe in Inventione S. Crucis, et in festo S. Franc. Xaver.), sub una conclusione, quando fiunt 1. classis.

5. *Gloria* dicitur in Missis votivis Sanctorum, dum leguntur in die ipsorum obitus; sunt enim tunc quasi festivæ.

6. Prima Oratio Missæ votivæ, secunda vero de Officio diei currentis (etiam de officio votivo recitato ex privilegio), tertia autem, quæ aliunde dicenda foret 2° loco in Missa de officio, nempe vel de octava, vel de feria majore, vel de vigilia, vel de Simplici occurrente, vel *A cunctis*, vel alia de B. M. pro tempore respective.

7. Prima Oratio Missæ votivæ, secunda Officii currentis, tertia vero de Spiritu sancto.

8. In Missis votivis Apostolorum omnes Orationes dicuntur ut supra 6.; sed pro Apostolis Petro et Paulo, quo tempore dicenda esset Oratio *A cunctis*, ejus loco dicitur Oratio de B. M. V. *Concede nos.*

9. In tribus primis Missis, nempe pro Commem. Omnium Fidelium Defunctorum, in die obitus et in anniversario, unica semper dicitur Oratio; in quotidianis autem dicuntur tres Orationes in Missali positæ; non minus quam tres dicuntur, vel etiam plures ad libitum usque ad septem, sed numero impares; et aliquando pro illa *Deus, veniæ* impune subrogabitur alia, dummodo ultimo loco dicatur illa *Fidelium Deus.* (*S. R. C. 2. Sept. 1741., 16. Febr. 1781., 27. Aug. 1836., 22. Sept. 1837., 12. Aug.* 1854. et 16. Sept. 1865.)

10. De octava currenti, vel de tempore, alioquin ommunis.

11. An autem Missæ defunctorum celebrari possunt in paramentis violaceis, ut Communio dari queat idelibus cum particulis præconsecratis? Affirman-.um quidem videtur ex S. R. C. decreto d. d. 21. Junii 670. „ne in posterum Missæ defunctorum celebrenur, nisi cum colore nigro, vel saltem violaceo"; atamen illud *saltem* Pittonius explicat pro casu eccleiæ paupertatis tantum, et exstat aliud decretum ejuslem S. R. C. d. d. 23. Sept. 1837. ad eandem quæstio-.em, quod dicit „*Serventur Rubricæ.*" Rubricæ autem ;enerales Missalis (tit. 18. n. 6.) præscribunt Missas le Requiem in colore nigro dicendas esse. Interro-'ata „si Missa de Requiem celebretur in paramentis 'iolaceis, potestne ministrari SS. Eucharistia cum ›articulis præconsecratis" S. R. C. 11. Sept. 1847. repondit: *Serventur decreta.* Licet igitur rigorose lo-.uendo paramenta violacea adhiberi possint in Missis :efunctorum, tamen illorum usus non absolute perɑittitur, sed tantum propter aliquam necessitatem. ta *Ordo divini officii pro clero Urbis a. 1854.*

12. *S. R. C. 23. Aug. 1856.* — Post Septuagesimam ›ost Graduale, omissis Alleluja et Versu sequenti, licitur Tractus: *Ego autem sum vermis etc.* ut in Íissa pro Diœcesi Venetiarum *(Egredimini et idete);* tempore paschali: *Alleluja, Alleluja.* ℣. *Ps. 29.* *Domine, Deus meus etc.* ut in eadem Missa pro Diœ-·esi Venetiarum. *(S. R. C. 29. Febr. 1868.)*

7. De Missa in aliena ecclesia.

Officium celebrantis.	Si color est idem.						Si color est diversus.					
Off. alien. eccles.	Simpl. et Vigil.	Dies infra octav.	Semiduplex	Dupl. maj. et min.	Dupl. I. et II. cl.	Dominica	Simpl. et Vigil.	Dies infra octav.	Semiduplex	Dupl. maj. et min.	Dupl. I. et II. cl.	Dominica
Dominica	0	2	0	2	1	0	0	6	0	6	6	6
Dupl. I. et II. cl.	3	3	3	3	1	3	8	8	8	6	6	7
Dupl. maj. et minus	5	5	5	4	1	4	8	8	8	6	6	7
Semiduplex	4	4	4	2	1	0	9	9	9	6	6	0
Dies infra octav.	4	4	4	2	1	5	9	9	9	6	6	6
Simpl. et Vigil.	4	4	4	2	1	0	9	9	9	6	6	6

Quænam Missa dicenda sit.

0 Casus impossibilis.
1 Missa alienæ ecclesiæ.
2 Missa alienæ ecclesiæ congruentior; saltem celebrans nec Missam votivam neque de Requiem celebrare potest.
3 Missa celebrantis officio conveniens.
4 Vel celebrantis vel alienæ ecclesiæ.
5 Missa officio celebrantis conveniens rectius celebratur — saltem celebrans nec Missam votivam, neque de Requiem celebrare potest.
6 Missa et color alienæ ecclesiæ.
7 Missa et color alienæ ecclesiæ; sed celebrans festi sui facit commemorationem sine tertia Oratione.
8 Missa et color celebrantis; ex decreto S. R. C. d. d. 4. Martii 1866. sacerdotibus, qui recitaverunt officium alicujus Sancti duplicis, licet celebrare Missam de Requiem in aliena ecclesia, ubi non dicitur officium duplex, imo fiunt exsequiæ pro aliquo defuncto, præsente corpore, vel anniversarium.

9 Color et Missa ad libitum — etiam Missa votiva et de Requiem potest celebrari.

NB. Si in aliena ecclesia est solemnitas quædam, celebrans officio suo prorsus neglecto celebrare debet Missam alienæ ecclesiæ; idem facere debet, quoties parochi vices gerit. Si vero solemnitas est confraternitatis alicujus in ipsius ecclesia, prædictæ regulæ valent.

Defectus quidam in Missa sollicite cavendi.

(Ex S. Liguorii libro *de caeremoniis Missae* (ed. Mich. Haringer, Romæ 1857.), ex Carli *Bibliotheca liturgica* et ex libello, cui titulus *Ritus sacri*, Mechliniæ 1830.)

1. Est defectus, Orationes, quæ juxta præceptum rubricæ sciendæ sunt, non bene memoria tenere, sicut Orationes in lavandis manibus et sacris vestibus induendis recitandæ, vel etiam non integre proferre alias Orationes, quæ pariter in decursu Missæ ex memoria dicendæ sunt, ut *Aufer a nobis etc.*, *Oramus te Domine etc.* *(pag. 487.)*

2. Est magnus defectus, ad Missam celebrandam cum parva vel nulla præparatione ire; pejus autem esset, si quis inter vestiendum ineptias diceret, vel sacris vestibus indutus per sacristiam vagaretur, aut colloqueretur, vel loquentibus aures præberet.

3. Defectus est, Missam non perquirere, et signacula non ordinare ad ea, quæ dicenda sunt.

4. Defectus est, Hostiæ, priusquam paramenta assumantur, non advertere, ne ea vel fracta vel maculata consecretur, vel ne alia ad altare substituatur; quod semper malum est. Convenit autem, ut Hostia a fragmentis prævie extergatur.

5. Corporale extra bursam ponere; vel non confectum ex lino aut cannabe adhibere.

6. Est defectus vituperio dignus, vel ut melius dicam, horrendum sacrilegium, nimis festinanter Missam celebrare, quo fit, ut mutilentur verba et cæremoniæ *transponantur*, et vel ante, vel post tempus a

rubrica præscriptum peragantur cum detrimento devotionis et ædificationis fidelium. Sunt, qui ita festinanter genuflectunt, ita præcipitanter incedunt et ad altare se gerunt, ut actum derisionis potius quam adorationis exercere videantur.

7. Est etiam magnus defectus, post Missam debitam gratiarum actionem omittere.

8. Est peccatum, cum paramentis laceris, cum purificatorio et corporali immundis celebrare; vel adhibere vasa et vestes, seu universam supellectilem, vel vetustate squallentem, et conscissam, vel sordibus fœdatam, uti scribit Pius VI. *in Encycl. 25. Dec. 1775.*

9. Est defectus, super calicem sudarium aliamve rem ponere, et gravior super altare collocare, quod ad Missam non spectat. Poterit sudarium ad cingulum ex latere dextro sub planeta appendi, quin tamen infra ipsam foris videatur.

10. Defectus est, calicem ante pectus elevatum non gestare; vel non procedere oculis demissis, incessu gravi, erecto corpore et capite tecto.

11. Defectus est, sacerdotem ad celebrandum ad suum altare euntem, vel ab eo redeuntem, absque necessitate *(S. R. C. 12. Mart. 1836.)* ascendere in transitu altare, in quo adest SS. Eucharistia, ut sacram Communionem fidelibus distribuat.

12. Defectus est, altari, ad quod celebrans accedit, vel recedit inclinationem profundam non exhibere; vel non genuflectere (unico genu) in plano terræ, si in altari asservetur SS. Sacramentum. (Vid. *Cær. Ep.* lib. 1. c. 15. §. 5.)

13. Est error, 1. se cum amictu signare. 2. E sacristia exeundo Psalmum *Miserere* recitare, quamvis aliquam Orationem mentaliter dicere possit; alii vero negant, hoc esse defectum. 3. Reverentiam profun-

dam imagini in sacristia non exhibere tenendo dexteram supra bursam, sinistra vero nodum calicis. 4. Inclinationem simplicem, mediocrem vel profundam facere, cum jam genuflexio cum uno genu facta est. 5. Nullam differentiam ponere inter inclinationem profundam, mediocrem et simplicem.

14. Est magnus defectus, se non bene cruce signare, crucem in aërem faciendo, quin caput, pectus vel humeri tangantur; et propterea est etiam defectus, crucem in pectore dividere, quin humerus sinister et dexter manu dextra tangantur; quod ex negligentia etiam quidam devoti faciunt.

15. Est error, genuflectere in altari Sacramenti ad Orationem *Aufer;* et sic pariter est error contra rubricam, in genuflexionibus genu terram non tangere.

16. Est error, nondum repetito Introitu in medium altaris ire, vel in via *Kyrie etc.* dicere, vel etiam *Munda cor meum*, vel Orationem in medium procedendo concludere, cum tamen Missale finita conclusione claudendum sit. Est error, si celebrans, cum ad populum se vertit, ut dicat *Dominus vobiscum*, vel *Orate fratres*, oculos ad terram non demittit, sicut rubrica præscribit dicens: *demissis oculis.* Est etiam error, si celebrans, cum manus super altare ponit, ut ipsum osculetur, vel genuflexionem faciat, medias tantum manus, non vero integras plantas deponit, vel illas, cum genuflectit, ad cœlum elevat, cum ipsas in plano dicti altaris tenere debeat. Sic error est, cum altare osculandum est, ab eo unius pedis spatio non recedere, ne indecenter incurvari oporteat, vel a latere illud osculari.

17. Defectus est, immediate ante *Gloria in excelsis*, et *Credo* ponere manus extensas super altare; vel eas jungere in fine, dum dicitur, *Amen;* vel in fine Præfationis.

4. In Semiduplicibus.

Tempus.	Color.	Missa.	Gloria	Credo	Præfatio.	Benedictio.	Orationes.
Adventus.	Ru- Al-	Pro-	Sem-	Ut	Pro-	Ite.	2. Feriæ. 3. Deus, qui salutis.
Ab oct. Epiphaniæ.	ber bus	pri-	pe	nota-	pri-	Ite.	2. et 3. Dominicales.
A Septuagesima.	pro pro	a.	r	tur	a.	Ite.	2. et 3, Dominicales.
A die Cinerum.	Mar- non	vel	di-	c. ii.	vel	Ite. Evang. Feriæ.	2. Feriæ. 3. A cunctis.
A Dom. Passionis.	ty- Mar-	Com-	ci-	Ru-	Do-	Ite. Evang. Feriæ.	2. Feriæ. 3. Eccl. vel pro Papa.
Ab oct. Paschatis.	ri- tyri-	mu-	tu	brica-	mi-	Ite.	2. et 3. Dominicales.
Ab oct. Pentecost.	bus.	nis.	r.	rum.	nicæ.	Ite.	2. et 3. Dominicales.

5. In Simplicibus.

Tempus.	Color.	Missa.	Gloria.	Credo.	Præfatio.	Benedictio.	Orationes.
Adventus.	Ce-	di-	t	fe-	ri-	æ.	2. De Sancto. 3. Deus, qui salutis.
Ab oct. Epiphaniæ.	Albus vel Ruber.	Propr. vel com.	Dicitur.	Omitt.	Communis.	Ite.	2. et 3. Domin.
A Septuagesima.	Albus vel Ruber.	Propr. vel com.	Dicitur.	Omitt.	Communis.	Ite.	2. et 3. Domin.
A die Cinerum.	Ce-	di-	t	fe-	ri-	æ.	2. de Sancto. 3. ℣ cunctis.
A Dom. Passionis.	Ce-	di-	t	fe-	ri-	æ.	2. de Sancto tantum.
Ab oct. Paschatis.	Albus vel Ruber.	Propr. vel com.	Dicitur.	Omitt.	Paschalis.	Ite.	2. et 3. Domin.
Ab oct. Pentecost.	Albus vel Ruber.	Propr. vel com.	Dicitur.	Omitt.	Communis.	Ite.	2. et 3. Domin.

6. In Missis votivis.

Missæ votivæ.	Color.	Missa.	Gloria.	Orationes.	Præfatio.	In fine.
De SS. Trinitate. 1.	Albus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	Propr.	*Benedic. Dom.*
De Spiritu sancto.	Rubeus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	Propr.	*Benedic. Dom.*
De SS. Sacr.	Albus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	De Nativ. Dom.	*Benedic. Dom.*
De Passione Dom.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	De Cruce.	*Benedic. Dom.*
De S. Cruce.	Rubeus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	De Cruce.	*Benedic. Dom.*
De SS. Corde Jesu.	Albus.	*Miserebitur.* 12.	Omitt.	Ut infr. 6.	De Cruce.	*Benedic. Dom.*
De B. Maria V.	Albus.	Propr.	Omitt. nisi in Sabb.	Ut infr. 7.	Propr.	*Benedic. Dom.*; Sab. *Ite M.*
De Angelis.	Albus.	Propr.	Semper dic.	Ut infr. 6.	Ut infr. 10.	*Ite Missa est.*
De Apostolis. 2.	Rubeus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 8.	Propr.	*Benedic. Dom.*
De Sanctis canoniz.	R. pro Mart., pro aliis A.	Propr. si adsit, aliter de Com.	Omitt. 5.	Ut infr. 6.	Propr. si adsit, vel ut infr. 10.	*Benedic. Dom.*
Pro quac. necess.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	Ut infr. 10.	*Benedic. Dom.*
Pro infirmis.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	Ut infr. 10.	*Benedic. Dom.*
Pro sponsis præs. 3.	Albus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	Ut infr. 10.	*Benedic. Dom.*
Pro fidei propag. 4.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infr. 6.	Ut infr. 10.	*Benedic. Dom.*
Pro defunctis.	Niger. 11.	Una ex 3. prim. vel Quotid.	Omitt.	Ut infr. 9.	Comm. semper.	*Requiesc. i. p.*

Credo semper omittitur; in fine semper dicitur Evangelium S. Joanni.

1. Quando dicenda est Missa pro gratiarum actione, sumitur Missa votiva de SS. Trinitate, vel de Spiritu sancto, vel de B. M. V., et tunc 2. Oratio erit de Officio diei; 3. pro gratiarum actione *Deus, cujus misericordiæ,* quæ habetur in Missali post Missam votivam SS. Trinitatis. (Rubrica propria de Oratione dicenda *sub una conclusione*, spectat tantum ad Missam solemnem.)

2. Si petatur Missa votiva in honorem SS. Apostolorum Petri et Pauli, legenda est Missa votiva, quæ in fine Missalis assignatur, observando tempore paschali rubricam in fine ejusdem Missæ positam. Si Missa votiva sit de S. Petro tantum, vel de S. Paulo, tunc eadem Missa votiva in fine Missalis posita legi potest, cum speciali intentione honorandi illum, in cujus honorem Missa petitur, neque tunc alterius commemoratio fieri debet, quia Oratio est communis utrique; in hoc tamen casu potest etiam sumi Missa propria S. Petri, ut in ejus Cathedra, vel etiam 29. Junii cum Orationibus ex festo Commemorationis S. Pauli; et vicissim Missa propria S. Pauli, ut in ejus Commemoratione (30 Junii), vel de ejus Conversione (25. Januar.); sed tunc sub distincta conclusione debet fieri commemoratio alterius Apostoli ante omnes alias commemorationes; 3a Oratio erit diei currentis. *(De Herdt part. I. num. 41.)*

3. Missa votiva pro sponsis in die nuptiar. dicitur in dupl., etiam majoribus (nunquam vero in dupl. 1. vel 2. clas., nec in Dominica, nec in aliis festis de præcepto); 2. et 3. Oratio ut supra, n. 1, ita ut semper servetur ritus Missæ votivæ. *(S. R. C. 28. Febr. 1818.)* In diebus exceptis Missa dicitur de festo cum commem. pro sponsis; quæ commem. nunquam est recitanda sub unica conclusione, sed semper post omnes Orationes a rubrica præscriptas. *(S. R. C. 20. Dec. 1783, 22. Apr. 1822.)*

4. Missa votiva propria pro Fidei Propagatione, ex Decr. 21. Aug. 1841., omnibus Diœcesibus concessa est, ubi nunc adest, vel in posterum aderit Societas Propagationis Fidei, necnon et licet hujus Missæ Orationes addere in Missa Festorum propria ejusdem Societatis (nempe in Inventione S. Crucis, et in festo S. Franc. Xaver.), sub una conclusione, quando fiunt 1. classis.

5. *Gloria* dicitur in Missis votivis Sanctorum, dum leguntur in die ipsorum obitus; sunt enim tunc quasi festivæ.

6. Prima Oratio Missæ votivæ, secunda vero de Officio diei currentis (etiam de officio votivo recitato ex privilegio), tertia autem, quæ aliunde dicenda foret 2° loco in Missa de officio, nempe vel de octava, vel de feria majore, vel de vigilia, vel de Simplici occurrente, vel *A cunctis*, vel alia de B. M. pro tempore respective.

7. Prima Oratio Missæ votivæ, secunda Officii currentis, tertia vero de Spiritu sancto.

8. In Missis votivis Apostolorum omnes Orationes dicuntur ut supra 6.; sed pro Apostolis Petro et Paulo, quo tempore dicenda esset Oratio *A cunctis*, ejus loco dicitur Oratio de B. M. V. *Concede nos.*

9. In tribus primis Missis, nempe pro Commem. Omnium Fidelium Defunctorum, in die obitus et in anniversario, unica semper dicitur Oratio; in quotidianis autem dicuntur tres Orationes in Missali positæ; non minus quam tres dicuntur, vel etiam plures ad libitum usque ad septem, sed numero impares; et aliquando pro illa *Deus, veniæ* impune subrogabitur alia, dummodo ultimo loco dicatur illa *Fidelium Deus. (S. R. C. 2. Sept. 1741., 16. Febr. 1781., 27. Aug. 1836., 22. Sept. 1837., 12. Aug.* 1854. et 16. Sept. 1865.)

10. De octava currenti, vel de tempore, alioquin ommunis.

11. An autem Missæ defunctorum celebrari possunt in paramentis violaceis, ut Communio dari queat idelibus cum particulis præconsecratis? Affirmanlum quidem videtur ex S. R. C. decreto d. d. 21. Junii 670. „ne in posterum Missæ defunctorum celebrenur, nisi cum colore nigro, vel saltem violaceo"; atamen illud *saltem* Pittonius explicat pro casu eccleiæ paupertatis tantum, et exstat aliud decretum ejuslem S. R. C. d. d. 23. Sept. 1837. ad eandem quæstioiem, quod dicit „*Serventur Rubricæ.*" Rubricæ autem ;enerales Missalis (tit. 18. n. 6.) præscribunt Missas le Requiem in colore nigro dicendas esse. Interro;ata „si Missa de Requiem celebretur in paramentis iolaceis, potestne ministrari SS. Eucharistia cum articulis præconsecratis" S. R. C. 11. Sept. 1847. respondit: *Serventur decreta.* Licet igitur rigorose loquendo paramenta violacea adhiberi possint in Missis lefunctorum, tamen illorum usus non absolute pernittitur, sed tantum propter aliquam necessitatem. ta *Ordo divini officii pro clero Urbis a. 1854.*

12. *S. R. C. 23. Aug. 1856.* — Post Septuagesimam ost Graduale, omissis Alleluja et Versu sequenti, licitur Tractus: *Ego autem sum vermis etc.* ut in Missa pro Diœcesi Venetiarum *(Egredimini et idete);* tempore paschali: *Alleluja, Alleluja.* ℣. *Ps. 29. Domine, Deus meus etc.* ut in eadem Missa pro Diœcesi Venetiarum. *(S. R. C. 29. Febr. 1868.)*

7. De Missa in aliena ecclesia.

Officium celebrantis.	Si color est idem.						Si color est diversus.					
Off. alien. eccles.	Simpl. et Vigil.	Dies infra octav.	Semiduplex	Dupl. maj. et min.	Dupl. I. et II. cl.	Dominica	Simpl. et Vigil.	Dies infra octav.	Semiduplex	Dupl. maj. et min.	Dupl. I. et II. cl.	Dominica
Dominica	0	2	0	2	1	0	0	6	0	6	6	6
Dupl. I. et II. cl.	3	3	3	3	1	3	8	8	8	6	6	7
Dupl. maj. et minus	5	5	5	4	1	4	8	8	8	6	6	7
Semiduplex	4	4	4	2	1	0	9	9	9	6	6	0
Dies infra octav.	4	4	4	2	1	5	9	9	9	6	6	6
Simpl. et Vigil.	4	4	4	2	1	0	9	9	9	6	6	6

Quænam Missa dicenda sit.

0 Casus impossibilis.
1 Missa alienæ ecclesiæ.
2 Missa alienæ ecclesiæ congruentior; saltem celebrans nec Missam votivam neque de Requiem celebrare potest.
3 Missa celebrantis officio conveniens.
4 Vel celebrantis vel alienæ ecclesiæ.
5 Missa officio celebrantis conveniens rectius celebratur — saltem celebrans nec Missam votivam, neque de Requiem celebrare potest.
6 Missa et color alienæ ecclesiæ.
7 Missa et color alienæ ecclesiæ; sed celebrans festi sui facit commemorationem sine tertia Oratione.
8 Missa et color celebrantis; ex decreto S. R. C. d. d. 4. Martii 1866. sacerdotibus, qui recitaverunt officium alicujus Sancti duplicis, licet celebrare Missam de Requiem in aliena ecclesia, ubi non dicitur officium duplex, imo fiunt exsequiæ pro aliquo defuncto, præsente corpore, vel anniversarium.

9 Color et Missa ad libitum — etiam Missa votiva et de Requiem potest celebrari.

NB. Si in aliena ecclesia est solemnitas quædam, celebrans officio suo prorsus neglecto celebrare debet Missam alienæ ecclesiæ; idem facere debet, quoties parochi vices gerit. Si vero solemnitas est confraternitatis alicujus in ipsius ecclesia, prædictæ regulæ valent.

Defectus quidam in Missa sollicite cavendi.

(Ex S. Liguorii libro *de caeremoniis Missae* (ed. Mich. Haringer, Romæ 1857.), ex Carli *Bibliotheca liturgica* et ex libello, cui titulus *Ritus sacri*, Mechliniæ 1830.)

1. Est defectus, Orationes, quæ juxta præceptum rubricæ sciendæ sunt, non bene memoria tenere, sicut Orationes in lavandis manibus et sacris vestibus induendis recitandæ, vel etiam non integre proferre alias Orationes, quæ pariter in decursu Missæ ex memoria dicendæ sunt, ut *Aufer a nobis etc.*, *Oramus te Domine etc. (pag. 487.)*

2. Est magnus defectus, ad Missam celebrandam cum parva vel nulla præparatione ire; pejus autem esset, si quis inter vestiendum ineptias diceret, vel sacris vestibus indutus per sacristiam vagaretur, aut colloqueretur, vel loquentibus aures præberet.

3. Defectus est, Missam non perquirere, et signacula non ordinare ad ea, quæ dicenda sunt.

4. Defectus est, Hostiæ, priusquam paramenta assumantur, non advertere, ne ea vel fracta vel maculata consecretur, vel ne alia ad altare substituatur; quod semper malum est. Convenit autem, ut Hostia a fragmentis prævie extergatur.

5. Corporale extra bursam ponere; vel non confectum ex lino aut cannabe adhibere.

6. Est defectus vituperio dignus, vel ut melius dicam, horrendum sacrilegium, nimis festinanter Missam celebrare, quo fit, ut mutilentur verba et cæremoniæ transponantur, et vel ante, vel post tempus a

rubrica præscriptum peragantur cum detrimento devotionis et ædificationis fidelium. Sunt, qui ita festinanter genuflectunt, ita præcipitanter incedunt et ad altare se gerunt, ut actum derisionis potius quam adorationis exercere videantur.

7. Est etiam magnus defectus, post Missam debitam gratiarum actionem omittere.

8. Est peccatum, cum paramentis laceris, cum purificatorio et corporali immundis celebrare; vel adhibere vasa et vestes, seu universam supellectilem, vel vetustate squallentem, et conscissam, vel sordibus fœdatam, uti scribit Pius VI. *in Encycl. 25. Dec. 1775.*

9. Est defectus, super calicem sudarium aliamve rem ponere, et gravior super altare collocare, quod ad Missam non spectat. Poterit sudarium ad cingulum ex latere dextro sub planeta appendi, quin tamen infra ipsam foris videatur.

10. Defectus est, calicem ante pectus elevatum non gestare; vel non procedere oculis demissis, incessu gravi, erecto corpore et capite tecto.

11. Defectus est, sacerdotem ad celebrandum ad suum altare euntem, vel ab eo redeuntem, absque necessitate *(S. R. C. 12. Mart. 1836.)* ascendere in transitu altare, in quo adest SS. Eucharistia, ut sacram Communionem fidelibus distribuat.

12. Defectus est, altari, ad quod celebrans accedit, vel recedit inclinationem profundam non exhibere; vel non genuflectere (unico genu) in plano terræ, si in altari asservetur SS. Sacramentum. (Vid. *Cœr. Ep.* lib. 1. c. 15. §. 5.)

13. Est error, 1. se cum amictu signare. 2. E sacristia exeundo Psalmum *Miserere* recitare, quamvis aliquam Orationem mentaliter dicere possit; alii vero negant, hoc esse defectum. 3. Reverentiam profun-

dam imagini in sacristia non exhibere tenendo dexteram supra bursam, sinistra vero nodum calicis. 4. Inclinationem simplicem, mediocrem vel profundam facere, cum jam genuflexio cum uno genu facta est. 5. Nullam differentiam ponere inter inclinationem profundam, mediocrem et simplicem.

14. Est magnus defectus, se non bene cruce signare, crucem in aërem faciendo, quin caput, pectus vel humeri tangantur; et propterea est etiam defectus, crucem in pectore dividere, quin humerus sinister et dexter manu dextra tangantur; quod ex negligentia etiam quidam devoti faciunt.

15. Est error, genuflectere in altari Sacramenti ad Orationem *Aufer;* et sic pariter est error contra rubricam, in genuflexionibus genu terram non tangere.

16. Est error, nondum repetito Introitu in medium altaris ire, vel in via *Kyrie etc.* dicere, vel etiam *Munda cor meum*, vel Orationem in medium procedendo concludere, cum tamen Missale finita conclusione claudendum sit. Est error, si celebrans, cum ad populum se vertit, ut dicat *Dominus vobiscum*, vel *Orate fratres*, oculos ad terram non demittit, sicut rubrica præscribit dicens: *demissis oculis.* Est etiam error, si celebrans, cum manus super altare ponit, ut ipsum osculetur, vel genuflexionem faciat, medias tantum manus, non vero integras plantas deponit, vel illas, cum genuflectit, ad cœlum elevat, cum ipsas in plano dicti altaris tenere debeat. Sic error est, cum altare osculandum est, ab eo unius pedis spatio non recedere, ne indecenter incurvari oporteat, vel a latere illud osculari.

17. Defectus est, immediate ante *Gloria in excelsis*, et *Credo* ponere manus extensas super altare; vel eas jungere in fine, dum dicitur, *Amen;* vel in fine Præfationis.

18. Si plures Orationes dicendæ sunt, est error, jam folia vertere, dum conclusio primæ Orationis fit.

19. Est error, ad *Munda cor meum* oculos non elevare, vel non profunde se inclinare, et manus non tenere junctas inter pectus et altare, vel incipere, priusquam in medium perveniatur, vel oculos ad crucem fixos retinere.

20. Est magnus error, in principio Evangelii signum crucis non facere, sicut oportet, vel facere, sicut quidam, qui lineam serpentem a fronte ad pectus ducunt, quin lineas dividant.

21. Est error, 1. dicere Offertorium manibus apertis. 2. Calicem detegere, Offertorio nondum absoluto; vel velum non decenti modo plicare. 3. In Missis defunctorum Offertorium non legere, sed ex memoria dicere et interim calicem detegere. 4. Non plicare velum, sed deponere, sine ordine super corporale retro post calicem. 5. Ad Hostiæ oblationem non tenere ambabus manibus patenam ad altitudinem pectoris (non altius) elevatam; vel crucis signum super corporale facere, non integre finitis *Suscipe etc.*, vel *Offerimus*, in oblatione calicis. 6. Cum calix versus cornu Epistolæ ponitur, sinistra patenam una cum palla superposita accipere. 7. Oculos non elevare ad Orationes *Suscipe, sancte Pater etc.*, *Offerimus etc.*, *Veni, sanctificator etc.*, et *Suscipe, sancta Trinitas.* 8. Abstergere patenam cum planeta. 9. Dicere *Deus, qui humanæ substantiæ etc.*, cum ampulla vini accipitur, et non exspectare, usque dum illa aquæ porrigitur, super quam crux facienda est, dum præfata Oratio dicitur.

22. Est defectus, 1. Orationem *In spiritu humilitatis* incipere, priusquam manus junctæ super altare ponantur. 2. Caput inclinare, cum dicitur *Incarnatus est etc.*, quia tunc jam genuflectitur, et sic etiam ca-

put inclinare, quando post consecrationem genuflectitur: uti pariter, si inclinatio profunda vel mediocris facienda est. 3. Ad *Sursum corda* in Præfatione manus elevare palmis deorsum versis, et non se invicem respicientibus. 4. Confundere cæremonias ad *Sursum corda* et ad *Gratias agamus Domino Deo nostro*, quæ a paucis bene fiunt.

23. Est error, 1. ad verba *Per Christum Dominum nostrum* caput inclinare; excipitur tamen ad Memento mortuorum. 2. Ad *Sanctus* manus junctas super altare tenere, cum teneri debeant inter pectus et altare usque ad *Benedictus qui venit etc.* cum media inclinatione.

24. Est defectus, dicere *Te igitur*, cum manus aperiuntur; rubrica enim præscribit, ut primo manus aperiantur et aliquantulum eleventur, et postquam oculi ad Crucifixum elevati, manus autem junctæ et super altare positæ sunt, tunc celebrans profunde inclinatus Canonem incipiat, dicens *Te igitur.*

25. Ea, quæ alta voce legenda sunt, tam submisse legere, ut a circumstantibus audiri nequeant, vel voce adeo elata et clamosa, ut alii sacerdotes in aliis altaribus celebrantes, vel etiam fideles turbentur; e contra, ea, quæ secreto pronuntianda sunt, ita pronuntiare, ut sese non audiant, vel tam alte, ut a circumstantibus audiantur. Dicere voce mediocri, vel aliquantulum elevata, *Te igitur, clementissime Pater*, in principio Canonis; et similiter, *Memento, Domine*, et *Memento etiam, Domine;* et alia duo verba subsequentia, *Et omnium circumstantium*, ac, *Ipsis, Domine.*

26. Contra rubricam est, 1. manus ante formandas cruces super oblata, scilicet ante illa verba *Hæc dona etc.*, et ad verba *fiat dilectissimi Filii tui etc.*, antequam hostiam consecrandam accipiat, non conjungere. 2. Cruces non dividere, ubi verba signum ✠

habent, v. gr. *Bene†dictam etc.* 3. Hostiam cum sola sinistra tenere, usque dum crux signetur. 4. Hostiam versus corporale declinatam, non erectam tenere, cum crux super eam signatur. Sunt, qui ita velociter signant oblata, ut credantur muscas a speciebus abigere et non ritum sacrum agere.

27. Est indecens, pedibus inæqualibus vel multum distantibus adstare, vel infra consecrationem vel aliam actionem extremitatem pedis dextri super predellam ponere.

28. Non proferre reverenter, et secreto verba Consecrationis, sed magno nisu, grandi aspiratione, moram inter illa ponendo et tam alte, ut a circumstantibus audiantur; vel ad quodvis ferme verbum movere caput, vel afflare hostiam aut calicem.

29. Indecens est, 1. totos cubitus in consecratione hostiæ super altare mittere; sunt enim aliquantulum retrahendi. 2. In adoratione non tantum extremitates manuum super altare ponere, sed etiam cubitus. 3. Inclinare caput in adoratione, cum Hostia et calix semper aspiciendi sint. 4. Elevare Hostiam vel calicem supra caput vel non per lineam perpendicularem supra eam corporalis partem, a qua assumpta fuerunt; item non continuo intendere oculos in Sanctissimum. 5. In genuflexionibus non integras manus, a pulsibus scilicet, super corporale tenere, vel digitos in altum cœlum versus elevare.

30. Est error, 1. in consecratione calicis utraque manu nodum tenere, dum sinistra pes tenendus sit. 2. Non statim post consecrationem, sed in elevatione tantum illa verba dicere *Hæc quotiescumque etc.* 3. Osculari pedem calicis vel eundem admovere ad frontem. 4. Hostiam non ad eandem altitudinem elevare sicut calicem, scilicet ut a populo videri possit, et in linea recta. 5. In elevatione Hostiæ vel calicis aliquam orationem voce proferre.

31. Est defectus, manus junctas super corporale ponere, cum ita tenendæ sint, ut parvi digiti frontem altaris tangant; rubrica enim non aliter distinguit, nisi ut pollices ante consecrationem in formam crucis ponantur, post consecrationem vero pollices ab indicibus non separentur.

32. Est error, 1. utrumque *Memento* voce alta dicere. 2. In Memento mortuorum moram facere, antequam verba: *Qui nos præcesserunt etc.* dicta sunt.

33. Est defectus, ad *Nobis quoque peccatoribus*, inclinare caput, vel fortiter pectus percutere; vel non percutere tribus tantum inferioribus digitis semiextensis et clausis. Quod ad *Agnus Dei*, et ad *Domine, non sum dignus*, est similiter advertendum.

34. Est defectus, manibus junctis super altare positis inclinato capite adstare, cum dicit: *Præceptis salutaribus moniti etc.* usque ad *Pater noster:* debet enim manus junctas ante pectus tenere.

35. Est error, abstergere patenam cum sinistra vel abstergere in planeta, postquam eam osculatus fuerit, vel eam non tenere erectam super altare extra corporale.

36. Est defectus, 1. dicere *Agnus Dei etc.* manibus junctis super altare. 2. Ad *Domine, non sum dignus* inclinari ex latere, et pectus vehementer percutere. 3. Cum se signat dicendo: *Corpus Domini nostri Jesu Christi etc.* cum linea transversa patenam excedere. 4. Immorari in calice lambendo in sumptione SS. Sanguinis.

37. Est defectus, 1. dicere *Quid retribuam Domino etc.*, dum fragmenta colliguntur: rubrica enim dicit: *Aliquantulum quiescit in meditatione SS. Sacramenti; deinde depositis manibus dicit secreto: Quid retribuam Domino, et interim discooperit calicem etc.* 2.

Patenam ante sumptionem Sanguinis sub mento tenere, vel tenere illam in eadem sumptione vel purificatione calicis prope pectus. 3. Cooperire patenam cum palla vel eam inversam super corporale ponere. 4. Os vel digitos ad oram calicis vel digitis purificare. 5. In purificatione calicis et digitorum calicem super altare premere. 6. Calicem vino non purificare, ad quod dispensatio pontificia requiritur: vel purificationem non ex ea parte sumere, qua SS. Sanguis haustus est, ut S. Pius V. (apud Gavantum) præscripsit. 7. In purificatione digitorum non adhibere parum vini et multam aquam, ne purificatorium maculetur.

38. Est error, 1. post ablutionem calicem in medio altaris (supra corporali) tegere, vel eumdem cum velo revoluto supra bursam in medium altaris ponere, ita ut calix discoopertus videatur; et major, corporale plicatum super calicem, et non intra bursam mittere. 2. Antiphonam *Communio* dicere, cum calix accommodatur, eamque non in cornu Epistolæ dicere vel eundo absolvere. 3. Librum manu dextera non claudere; vel sic claudere, ut foliorum pars medium altaris non respiciat.

39. Defectus est, ad *Ite, Missa est*, *Benedicamus Domino*, vel *Requiescant in pace*, caput inclinare.

40. Est defectus, dicendo *Et verbum caro factum est*, versus crucem et non versus Evangelium genuflectere, et partem anteriorem planetæ elevare.

41. Est defectus, si celebrans biretum sumit, antequam ab altare descendat, vel antequam genuflexionem vel inclinationem profundam faciat, vel illud super bursam ponere, super quam nec in accessu nec in recessu ab altari aliqua res ponenda est.

42. Est defectus, in regressu ad sacristiam dicere *Hymnum Te Deum laudamus*, vel quid aliud, loco

Cantici *Benedicite* cum sua Antiphona. *(Missale, Rit. celebr. Missam tit. XII. n. 6.)*

43. Est defectus, festinanter et incomposite deponere sacras vestes, vel statim ad fabulas, risus vel negotia mundana se convertere.

Hæc data sunt, ne *peccator sacro altari irreverenter assistat, ubi Sancti metuunt, pavent Angeli, tremunt Potestates, et supremi Spiritus faciem suam velant præ verecundia et confusione.* (Bona, *tract. asc. de Miss.*, cap. 3. §. 4.) Maxime vero quod attinet ad nimiam festinationem in Missa celebranda, juvat hic quæ sequuntur, advertere: *Est lacrymis uberrimis dignum, quod ob nonnullorum sacerdotum incuriam, aut impietatem sacrosancta mysteria tam indecenter tractentur, ut qui illa tractant, videantur non credere majestatem Domini esse præsentem. Sic enim aliqui sine spiritu, sine affectu, sine timore et tremore, festinatione incredibili Sacrum perficiunt, quasi fide Christum Dominum non viderent, aut ab eo se videri non crederent.* (Ven. Card. Bellarm., apud Benedict. XIV., in Bullar., tom. 3. pag. 42. §. 15.)

Largiri dignetur Dominus noster, Jesus Christus, sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, ut omnes, qui hoc libello usi fuerint, sacramenta acerbissimæ Passionis Ipsius devote recolentes tam digne et devote quotidie SS. Sacrificium Missæ celebrent, ut Missa unius diei nova semper et apta sit præparatio ad Missam alterius diei, et Missarum omnium ultima tandem eosdem præparet ad felicem æternitatis introitum.



A. M. D. G.

Index.

Pars I. Ascetica.

I. Instructiones.

II. Preces et exercitia devotionis.

Pars II. Liturgica.

Libri liturgici in eadem Typographia excusi:

	fl.	kr.	Thlr.	ngr.	$ curr.
Breviarium Romanum. Cum Approb. Congr. S. Rit. 4 Tomi. 4°. Rub. et Nig. Editio communis	22	30	14	—	14,50
„ elegantior cum 4 titulis pictis	30	—	18	—	20,00
Prostant etiam, eidem Breviarii editioni accommodata, Propria Diœcesium: **Buscoducensis; Chilensæ; Harlemensis; Hispaniæ; Hungariæ; Limanæ; Mexicanæ; Moraviæ; Poloniæ & Sueciæ, Russiæ, Lithuaniæ & Silesiæ; Salisburgensis; Tridentinæ; Ultrajectensis;** nec non **Ordinis Societatis Jesu.**					
Breviarium Romanum. Cum Approb. Congr. S. Rit. 4 Tomi. 18°. Rub. et Nig.	9	—	5	10	6,00
Breviarium Romanum. (Totum) ad itinerantium præsertim et Missionariorum commodum instructa. Cum Approb. 18°. Rub. et Nig.	6	—	3	18	4,00
Prostant etiam, præfatis Breviariis accommodata, Propria Diœcesium: **Angliæ; Bohemiæ et Comitatus Glacensis; Buscoducensis; Harlemensis; Hispaniæ; Hungariæ; Monaco-Frisingensis; Passaviensis; Poloniæ et Sueciæ, Russiæ, Lithuaniæ & Silesiæ; Ratisbonae; Ultrajectensis;** nec non **Ordinis Societatis Jesu.**					
Canon Missæ in Folio maj., solidissimæ chartæ impressum. Rub. et Nig.	1	—	—	18	0,65
Canon Missæ in Folio min. Rub. et Nig.	1	—		18	0,65
Convivium (Sacrum) vulgo Carta Gloriæ (Canontafeln). Rub. et Nig. Editio major	—	48	—	15	0,90
„ „ coloribus impressis . .	1	36	1	—	1,50
„ media	—	30	—	9	0,60
„ „ coloribus impressis . .	1	—	—	18	1,25
„ minor	—	24	—	7½	0,40
„ „ lineis aureis circumdata	—	42	—	12	0,60
Epistolæ & Evangelia totius anni, *ex Missali* Romano deprompta. Ad *Sacrorum* Ministrorum in Missis solemn. usum. Cum Approb. Congr. *S. Rituum.* Folio. Rub. et Nig. .	8	—	5	—	5,20

	fl.	kr.	Thlr.	ngr.	$ curr.
Horæ Diurnæ Breviarii Romani. 18°. Cum Approb. Congr. S. Rituum. Rub. et Nig.	1	21	—	24	0,85
Prostant pariter, eidem editioni accommodata, Propria Diœcesium: **Augustanæ, Bambergensis, Buscoducensis, Eystettensis, Friburgensis, Fuldensis, Herbipolensis, Hungariae, Limburgensis, Monacensis, Passaviensis, Poloniae &c., Ratisbonensis, Rottenburgensis, Spirensis & Ultrajectensis.**					
Missa in Festo et in Vigilia Immaculatæ Conceptionis B. M. V. in Folio. Rub. et Nig.	—	6	—	2	0,15
detto in 8°. Rub. et Nig. . . .	—	3	—	1	0,10
Missæ Defunctorum etc. Cum Appr. Congr. S. Rituum. Folio. Rub. et Nig.	—	54	—	16	0,60
Missale Romanum in Folio majori Editio III. Rub. et Nig. Cum Approb. Congr. S. Rituum. Editio communis .	11	—	6	15	7,30
Editio communis cum titulo picto . .	14	—	8	—	9,10
„ elegantior in charta præstant.	15	—	9	—	10,00
„ „ cum titulo picto .	18	—	10	—	12,00
Prostant pariter, eidem editioni accommodata, Propria Diœcesium: **Angliæ; Belgii; Bohemiae & Comitatus Glacensis; Chilenæ; Hiberniæ; Hispaniæ; Hungariæ; Limanæ; Lusitaniæ, Brasiliæ & Algarbiæ; Mexicanæ; Poloniæ, Lithuaniæ, Russiæ, Silesiæ & Sueciæ; — Bambergensis, Bredanæ, Brixinensis, Buscoducensis, Camberiensis, Maurianensis & Tarentasiensis, Coloniensis, Curiensis, Eystettensis, Fuldensis, S. Galli, Harlemensis, Herbipolensis, Lausannensis et Genevensis, Limburgensis, Linciensis, Luxemburgensis, Moguntinæ, Monaco-Frisingensis, Monasteriensis, Paderbornensis, Passaviensis, Ratisbonensis, Ruræmundensis, Salisburgensis, Sanhippolytanæ, Sedunensis, Spirensis, Strigoniensis, Trevirensis, Tridentinae, Ultrajectensis, Vratislaviæ;** nec non **Ord. S. P. Benedicti, Ord. Capucinorum, S. P. Francisci, SS. Redemptoris, Societatis Jesu &c.**					
Missale Romanum in Folio minori. *Editio V. Rub. et Nig.* Cum Approb.					

	fl.	kr.	Thlr.	ngr.	$ curr.
Editio communis cum titulo pictis imaginibus symbolicis eleganter exornato	13	—	7	15	8,60
Editio elegantior in charta præstant.	13	—	7	15	8,60
„ „ cum titulo pictis imaginibus symbolicis eleganter exornato	16	—	9	10	11,00
Propria Missalis in Folio majori etiam Missali in Folio minori adaptata sunt.					
Missale Romanum in 8°. Editio VI. Rub. et Nig. Cum Appr. Congr. S. Rituum. Editio communis	4	—	2	10	2,70
Editio cum titulo picto	5	—	3	—	3,30
Prostant etiam, eidem editioni accommodata, Propria Diœcesium: **Angliæ; Bohemiae & Comitatus Glacensis; Chilenæ; Hiberniæ; Hispaniæ; Hungariæ; Limanæ; Lusitaniæ, Brasiliæ & Algarbiæ; Mexicanæ; Poloniæ, Lithuaniæ & Russiæ, Silesiæ & Suecieæ; — Bredanæ, Buscoducensis, Camberiensis, Maurianensis & Tarentasiensis, Coloniensis, Harlemensis, Ruræmundensis, Ultrajectensis** &c. &c.					
Officia propria Ss. S. R. E. S. Pontificum et aliorum Romano Clero Sæculari et Regulari concessa. 18°. Rub. et Nig.	—	24	—	7	
Officium in Festo **S. Cyrilli** et **Methodii** in 4°. Rub. et Nig. . . .	—	9		3	
Officium Hebdomadæ sanctæ etc. juxta Breviarium Rom. Cum Approb. in 4°. Rub. et Nig.	1	—	—	18	0,65
Officium Immaculatæ Conceptionis B. M. V. in 4°. Rub. et Nig. . .	15	—	—	4½	0,20
detto in 8°. Rub. et Nig. . . .	15	—	—	4½	0,20
Officium Immac. Concept. 4 tomis accommodatum in 4°. Rub. et Nig.	—	30	—	9	0,40
Offic. et Missa Imm. Concept. (Cantui chorali) aptata in Fol. Rub. et Nig. .	1	—	—	18	0,65
Preces ante et post Missam etc. 18°. Cum Approb. Rub. et Nig. .	—	15	—	5	0,20

